212
C
5

ROB
TVRNE
VONIIAN
...ESSORIS

DIE

Poſth

Orationes Se

Tractatus Se

Epiſtolarum c

nusquam vnquam

Acceſ

EDMVNDI CA

TATIS IESV

in A

Orationes,

Epiſtolæ,

Tractatus de i

a

ROBERTO TV

PIANI DISCIPV

Omnia nunc prim

Cum Gratia & Pri

Ingolſtadij, Typis EDI

DREAM ANG

ANN

BIBL... SOC. IESV COLLON...

Digitized by Google

OBERTI VRNERI DE-ONII ANGLI, PRO-ESSORIS INGOLSTA-DIENSIS

Poſthuma.

BIBL. NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Orationes Septendecim,
Tractatus Septem,
Epiſtolarum centuriæ duæ.

nuſquam vnquam antehac edita.

Acceſſerunt

MVNDI CAMPIANI SOCIE-TATIS IESV MARTYRIS

in Anglia,

Orationes,
Epiſtolæ,
Tractatus de imitatione Rhetorica.

à

BERTO TVRNERO CAM-ANI DISCIPVLO COLLECTA,

Omnia nunc primum è m. ſ. edita.

Cum Gratia & Priuilegio Cæſ. Maieſt.

olſtadij, Typis EDERIANIS apud AN-DREAM ANGERMARIVM.
ANNO M. DC II.

Digitized by Google

Ad Lectorem.

Adiunximus ſub finem Turneri Campiani quædam, cuius ſe ille diſcipulū, nominat. Gratus ſane diſcipulus, cui hæc Campiani lipſana debemus, quæ quanto ſtudio conquiſierit, vt nihil tanti viri periret, patet ex Epiſtola 150. ad Gvvalterū Gvvinnum: *Stainhurſtus vt ſua ſuauitatis mihi explicet diuitias, etiam communicauit aliquot Campiani Epiſtolas. Hic te volo mihi virū. Si quid Campiani ſcriptum poſsis emere, expilare, dono accipere, Orationes, Dialogos, Poëmata; horum tu mihi copiam. ſi redimas pecunia ſiue ſcripta illius, ſiue laborem ſcribentium, illa tibi repræſentabitur à me bona fide.* Hæc ideo pono, vt moneam vnde nobis ſint hæc Campiani; & vt alios excitem ad promenda, ea quæ varia varii habent ſcripta eiuſdem ſparſa.

MAGNIFICO, ILLVSTRI, GENEROSO DOMINO, DOMINO BERCHTOLDO, LIBERO BARONI à VVolckenſtein, Domino in Troſtpurg & Neuhauſen &c.

Celeberrimæ & Catholicæ Academiæ Ingolſtadienſis Rectori.

ROMA ... EMANUELE

MAGNIFICE RECTOR, Vidimus te eodem die, & in clariſſimo honoris habitu, & in pulcherrimo virtutis ornatu. Hæc verba gratulationis quid ni liceat vſurpare? cùm & virtutem & eruditionem tuam Academia Ingolſtadienſis voluerit ornare eo honore, quem Sereniſſimi aliquot Principes ſibi oblatum ita acceptarunt, vt hoc vir-

virtutis, & eruditionis teſtimonio ſe ornatos eſſe lætarentur. Quo & tu lætari potes: Et quidem hoc etiam nomine, quòd cùm anno 1577. Magnificus Rector fuerit Illuſtris & Generoſus Dominus Ioannes à *VV*olckenſtein, tu tamen verum eſſe probas, quod quidam ait, honorem in multos collatum, veluti fluuium in multos alueos diductum, iterum vi ſua in vnum confluere. De quo, ſi omnium ſenſui ſatisfacere vellem, prolixè hic gratularer. Sed malo meo ſenſu id breuiter facere, & quidem non meis verbis. Quod enim ille Traiani Imp. ocellus Plinius *S*ecundus Traiano, hoc egò tibi: Omnis gratulatio voto obſignanda eſt, quod eſt, vt honor iſte tibi, & honori iſti tempus, quàm longiſſimum accumuletur; vt habeat virtus & eruditio, quò longè procurrant. neſcit enim ſemel incitata virtus ſtare, cuius pulchritudinem vſus ipſe commendat. Obſignata ſit hæc gratulatio hoc voto & hoc dono, quo offero tibi TVRNERI poſthu-

ma. ita enim placuit appellare ea quæ in ſparſis & male habitis ſchedis poſt mortem reperta ſunt: multa ſine nomine eorum ad quos ſcripta erant. Quare tanti viri quicquam perire, cenſui ego iniuriam eſſe in publicum bonum literarium. Quod Plinius de ſcriptis Augurini, hoc ego de his Turneri: *multa ſublimiter, multa venuſtè, multa tenerè, multa dulciter, multa cum bile. Aliquot annis puto nihil generis eiuſdem abſolutius ſcriptum, niſi forte me fallit amor eius.* Et vt eiuſdem, Ep. ad Maximũ, verbis vtar: *Eſt opus pulchrum, validum, acre, ſublime, varium, elegans, purum, figuratum, ſpatioſum etiam, & cum magna tua laude diffuſum.* Cum tua, inquam, laude, MAGNIFICE RECTOR, non tam quod hæc Turneri tua tibiq; dicata ſunt, quàm quod laudes continent. Admodum Reuerendi & Magnifici Domini PETRI STEVARTII, tui iam Vicerectoris, & cui in Rectoris dignitate ſucceſſiſti. Si enim laudes anteceſſorum in ſucceſſores aliquo modo redundant, tua eſt laus il-

ſius, qua illum *Turnerus* Epiſtola 34. ad Thomam Golduellum Epiſcopum Aſſaphenſem ornat. Equidem Turnerus totus Rectorum Ingolſtadienſium eſt, vt qui viuus Steuartium, toties Rectorē, ita amicè & prolixè laudat, etiam mortuus te Rectorem velit laudare. Laudi enim ducere potes, quod laudatiſſimus & celeberrimus vir ſuorum poſthumorum patronum habere vult te tuumque nomen: illuſtre ſane nomen ex illuſtri familia, ex qua tot Europa heroas vidit. Cui enim (vt vnum è multis nominem) ignotus eſt VITVS à VVOLCKENSTEIN, Eques aurei Velleris Maximiliano I. Imperatori in ſummis bellorum periculis tam fidus, tam promptus manu & conſilio? Odomarifanum non potuit recipi, donec SIGISMVNDVS Tirolenſium Princeps militem ex Tiroli collectum, duce VITO à VVOLCKENSTEIN ſubmiſit. Ille hoc arduum & plenum cruenti diſcriminis negotium in ſe recepit, & pœne ſine ſanguine confecit. In hac

aliisq;

aliisq; à Comminæo prudentiſſimo hiſtoricorum deſcriptis expeditionibus tam ſub MAXIMILIANO I. quàm alibi VITVS à VVOLCKENSTEIN primus fuit, vt ſcribunt Guicciardinus, & Gerardus de Roo diligens & elegans ſcriptor rerum Auſtriacarum. Talia multa poſſem ex hiſtoriis promere in laudem tuæ Illuſtris gentis, ſed ſileo; & cum Mamertino (in Genethliaco Maximiani & Diocletiani) *nouam mihi propono dicendi legem, vt quum omnia videar ſilere, quæ ſumma ſint, oſtendam tamen ineſſe laudibus veſtris alia maiora. Quæ igitur illa? pietas veſtra atq; felicitas. V*eſtra, dico, dum ſimul nomino Illuſtrem Dominum PHILIPPVM RVDOLPHVM COMITEM à LIECHTENSTEIN: amitini enim eſtis, & ſimul eodē læto & felici progreſſu in ſtudiorum tractatione, non ſine laude & nominis veſtri commendatione verſamini. *O annum letum!* exclamabo verbis Plinii. *quid enim publicè lætius, quàm clariſſimos iuuenes nomen & famam ex ſtudiis petere?* Deus Opt. Max.

tuas, Magnifice Rector, animi corporisque dotes, quas tam eximias tibi contulit, eas ſemper augeat. Et liceat mihi hanc gratulationem nouo voto TRAIANI Imp. obſignare: *Precor, Deus, beneficiis tuis faueas, tantisq; muneribus addas perpetuitatem.* Vale. Ingolſtadii 17. Auguſti Anno

1602.

Carmen ad

Magnificum, Illu-
ſtrem, Generoſum Dominum

Berchtoldum Liberum Baronem à
Wolckenſtein &c.

Ingolſtadienſis Academiæ Rectorem.

SOl Atheſisque decus, Bauaris date Rector A-
Qui de ſaxosâ lumina nube iacis. (thenis
Turneri hic fœtus blattis ſubductus & vm-
Prodit in illuſtrem te radiante diem. (bris
Orbus & occiduo nuper genitore relictus,
Auxiliatricem pro patre quærit opem.
Te videt atque tuo ſperat ſub tegmine ſeclâ,
Seclâ inter patrios poſthuma charta libros.
Credibile eſt ipſos cineres ita poſcere mutos,
Quondam Arpinati voce, ſtyloque pares,
O quos non poteris Rector defendere viuos,
Quando tuum quærit mortuus auxilium?
Nec liber hic Dominũ meliorẽ quærere, ſed nec
Huic ſimilem potuit Rector habere librũ.

Index orationum Turneri.

1. *De S. cruce Chriſti.* fol 1.
2. *De S. Catharina, ad Epiſcopum Aichſtadianum.* 9.
3. *In laudem Philippi Hiſpaniarum regis.* 20.
4. *De Religionis cura Principis propria, ad Archiduces Auſtriæ Græcii.* 49.
5. *Ad ſereniſſimum Principem Bauariæ Gulielmum.* 68.
6. *Ad Eccleſiæ Leodienſis Dominos, nomine Gulielmi Ducis Bauari.* 70.
7. *Dii omnia laboribus vendunt.* 75.
8. *Nihil ignauia tetrius.* 87.
9. *Ad Sigiſmundum Regem Polonorum de fœdere contra Turcas.* 99.
10. *Ante diſputationem Theologicam.* 128.
11. *De ſcientia.* 129.
12. *Ante diſput. Philoſoph. ad Cardinalem.* 129.
13. *Gratiarum actio poſt diſputat. Philoſophicam.* 134.
14. *Ante diſput. Theolog.* 135.

15. *Gra-*

15. *Gratiarum actio poſt diſput. Philoſophicam.* 139.
16. *Ante diſput. Iuridicam Duaci.* 141.
17. *Ante diſput. Philoſoph. Romæ.* 145.

Index tractatuum Turneri.

1. *Paradoxon, melius eſſe debere quàm non debere.* fol. 148.
2. *Hodæporicon.* 158.
3. *De concionatore.* 187.
4. *Preces ad S. Ambroſium.* 227.
5. *De Hiſtoria.* 229.
6. *De Linguis.* 243.
7. *In Ciceronis Milonianam & Philippicas.* 254.

Index Epiſtolarum.

A.

Adamo N, epiſtola. 97.
Alberto Hungero Procancellario Academiæ Ingolſtadienſis Epiſt. 159.
Andreæ Patricio Nidecico Epiſcopo Liuoniorum. 35. 38.
Anonymis 96. 140. 157. 158, 160. 161. 162, 163. 164. 166. 167. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 177. 179. 180. 181. 182. 183.
Antonio Velſero. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 176.
Audamarenſi Epiſc. 131.
Aurilot nobili Gallo. 107.

B.

Beurero. 149.

C.

Caſparo à Seckendorf Epiſcopo Eyſtadiano 32.
Chriſtophoro Elſenhaimer ſupremo Bauariæ Cancellario. 117.
Clementi Sublindio. 79.
Conrado Ritershuſio Saxoni. 141.
Couerto Anglo. 128.

D.

Danieli Vyems Sereniſſ. Gulielmo à Sacello. 65.

E.

Edoardo Kellæo nobili Anglo. 98.
Epiſcopis anonymis. 131. 157. 160. 169. 173.
Epitaphium Matthæi Velſeri. 45.
Eraſmo Herborto Baroni Polono. 105. 106.
Ericio Botuito 133.
Euchario Sanghio. 151.

F.

Friderico Martini Iuris. Profeſſori. 127.

Fridin-

Fridingero 123.

G.

Georgio à VVerdenſtain Canonico Eyſtadiano. 116.

Georgio Talbotto Anglo illuſtri.100. 101. 102. 103.104. 198.

Georgio Lautherio Præpoſito ad B. Virg. Monachii.82.

Georgio Petreo. 122.

Gregorio XIII. Pont. Max. 1.2.3.

Gregorio de Valentia Societatis IESV. 93.

Gualtero GVVinno. 150.

Gulielmo Sereniſſimo Bauariæ Duci.8.9.10.11. 12.13.

Gulielmo Alano Cardinali.14.15.17.146.

Gulielmo Bruſio Doctori. 142.

H.

Hæreticis.164.167.

Henleo Doctori Friburgenſi.80.

Hermanno Vinckelio I. *V. Doctori & Canonico.* 66.67.

Hiberno N. 140.

Hieronymo Belgæ. 148.

Hillardo nobili Deuonio. 143. 144.

Hiltprando Meckhero à Bulghaim. 109.

I.

Iacobo Erlachero presbytero Brixinenſi. 71.

Iacobo Millero Vicario Ratisponenſi. 83. 84. 85.86.

Ioanni Beruitio Imp. Rudolpho ab Epiſtolis. 110.111.

Ioanni Fulgeneo Patritio Veneto.138.

Ioanni Hiltprando Meckero in Bulghaim nobili. 112.

Ioanni Holonio Societatis IESV. 95.

Ioanni

Ioanni & Iacobo Vinzetis. 76.
Ioanni *M.*136.
Ioanni Reginaldo Deuonio 145.
*Ioanni Vogelio.*134.
Ioanni Zangio. 152.
Ioanni zario Zamoiſcio Cancellario Poloniæ. 36.37.
*Iulio Epiſcopo Herbipolenſi.*29.

L.

*Laurentio Præpoſito monaſterii Baumburgenſis.*43.44.
Laurentio Vlmero Theolögiæ D. 81.
Leonardo Zindekhero. 124. 165.
*Ludouico Audoeno Referendario Apoſtolico.*63.
Ludouico Haberſtock Imperatori Rudolpho ab Epiſtolis. 115.

M.

Marco Velſero. 45.46.
Mariæ reginæ Scotiæ. 41.
Marquardo Epiſcop. Auguſtano. 26.
Martino à Schaumberg Epiſcopo Eychſtadiano 30.31.
Martino Dumio 64.
Matthæo Velſero 62.
*Matthæi Velſeri epitaphium.*45.
*Minutio de Minutiis Cardinali.*19.20.
Morono Cardinali. 21.22.

N.

Nicolao Fitzherberto. 28. 155.
Nicolao Serario Societatis IESV. 87. 88. 89. 90. 91.92.
Niniano Vinzeto Abbati ad S. Iacob. Ratisponæ. 72.73.74.75.156.

O.

Otmaro VVaibelio Doctori. 125. 126.
Ottoni Henrico à Schvvarizenburg

renburg Comiti. 99.

P.

Paulo Alberto. 130.
Paulo Velſero. 61.
Peitingero Patritio Auguſtano. 109.
Petro Steuartio Magnifico Rectori Academiæ Ingolſtadienſis, parocho ad S. Mauritium. 39. 40. 41. 42.
Petro Ognibene Paſtori Pergenſi. 69.
Philippo Menzelio Medico & Profeſſori Ingolſtadienſi. 168.
Poloniæ reginæ. 7.

R.

Regi Sueciæ. 6.
Reginæ Poloniæ. 7.
Reginæ Scotiæ Mariæ. 4.
Rhemenſi Seminario Anglicano 68.
Richardo Briſtoo Theologiæ D. 77.
Richardo Haller Societatis IESV. 94.
Richardo Steinhurſtio Hiberno. 139.
Rogero Smytho. 129.

S.

S. N. Epiſcopo Audomarenſi. 131.
Sbinko Berka Præpoſito Ratisbonenſi poſtea Epiſcopo Pragenſi. 33.
Scotiæ reginæ Mariæ. 4.
Scotorum Senatui populoque. 5.
Stanislao Hoſio Cardinali. 18. 27.
Sueciæ regi. 6.

T

Teſtimonium. 24.
Theoderico Archiepiſcopo Salisburgenſi. 23. 25.
Thomæ Chambres Theologo. 78.
Thomæ Croſeo. 137.
Thomæ Golduello Epiſcopo Aſſaphenſi. 34.

Thomæ

Ioanni & Iacobo Vinzetis. 76.
Ioanni M. 136.
Ioanni Reginaldo Deuonio 145.
Ioanni Vogelio. 134.
Ioanni Zangio. 152.
Ioanni zario Zamoiſcio Cancellario Poloniæ. 36. 37.
Iulio Epiſcopo Herbipolenſi. 29.

L.

Laurentio Præpoſito monaſterii Baumburgenſis. 43. 44.
Laurentio Vlmero Theologiæ D. 81.
Leonardo Zindekhero. 124. 165.
Ludouico Audoeno Referendario Apoſtolico. 63.
Ludouico Haberſtock Imperatori Rudolpho ab Epiſtolis. 115.

M.

Marco Velſero. 45. 46.
Mariæ reginæ Scotiæ. 41.
Marquardo Epiſcop. Auguſtano. 26.
Martino à Schaumberg Epiſcopo Eychſtadiano 30. 31.
Martino Dumio 64.
Matthæo Velſero 62.
Matthæi Velſeri epitaphium. 45.
Minutio de Minutiis Cardinali. 19. 20.
Morono Cardinali. 21. 22.

N.

Nicolao Fitzherberto. 28. 155.
Nicolao Serario Societatis IESV. 87. 88. 89. 90. 91. 92.
Niniano Vinzeto Abbati ad S. Iacob. Ratisponæ. 72. 73. 74. 75. 156.

O.

Otmaro VVaibelio Doctori. 125. 126.
Ottoni Henrico à Schvvartzenburg

rzenburg Comiti. 99.

P.

Paulo Alberto. 130.
Paulo Velſero. 61.
Peitingero Patritio Auguſtano.109.
Petro Steuartio Magnifico Rectori Academiæ Ingolſtadienſis, parocho ad S. Mauritium. 39. 40.41. 42.
Petro Ognibene Paſtori Pergenſi. 69.
Philippo Menzelio Medico & Profeſſori Ingolſtadienſi.168.
Poloniæ reginæ.7.

R.

Regi Sueciæ. 6.
Reginæ Poloniæ. 7.
Reginæ Scotiæ Mariæ.4.
Rhemenſi Seminario Anglicano 68.
Richardo Briſtoo Theologiæ D.77.
Richardo Haller Societatis IESV.94.
Richardo Steinhurſtio Hiberno.139.
Rogero Smytho. 129.

S.

S. N. Epiſcopo Audomarenſi. 131.
Sbinko Berka Præpoſito Ratisbonenſi poſtea Epiſcopo Pragenſi. 33.
Scotiæ reginæ Mariæ. 4.
Scotorum Senatui populoque. 5.
Stanislao Hoſio Cardinali. 18.27.
Sueciæ regi. 6.

T

Teſtimonium. 24.
Theoderico Archiepiſcopo Salisburgenſi. 23. 25.
Thomæ Chambres Theologo.78.
Thomæ Croſeo.137.
Thomæ Golduello Epiſcopo Aſſaphenſi. 34.

Thomæ

Thomæ Mermanno Principis Bauariæ medico. 118, 119.

V.

*Vdalrico Raslero.*147.
Vdalrico Speer Principis Bauariæ Secretario. 113.114.
*Vito Crepſero Cancellario Herbipolenſi.*153, 154.

W.

Walranto Tumlero Theologo 70.132.
Wenceslao Petreo Principi Bauariæ à ſecretis 120 121.
*Wolfgango Theoderico à Raitenau Archiepiſc. Salisburgenſi.*23.25.

Z.

Zachariæ Doctori 135.
*Zario Zamoiſcio Cancellario & belli duci Poloniæ.*36.37.
*Zaunero.*108.

ROBER-

ROBERTI TVRNERI ORATIO DE CRVCE Christi, habita Ingolſtadii.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

QVI *Oratores noſtra ætate plurimi res Theologiæ altiſſimas, & è medio cœlo fluentes, conantur eloquentiæ flore conſpergere, illi etſi multa & fabrè ad ſpeciem, & ad intelligentiam enucleatè dicant, tamẽ quod Chriſtum ſemper veſtiunt Cicerone, nec eum populo volunt ſiſtere, niſi in artis vel quincuncem redactum vel quadrum, quaſi ſeptum incluſum, duo videntur peccare; primùm, contra artem, dum malunt videri Chriſtiani ad Ciceronis, quàm ad Chriſti normam Ciceroniani; deinde contra cœlum, quaſi Chriſtum probarint potius vanum quàm verum; ad pompam fictum, quàm è*

Digitized by Google

cælo factum ; pallentem ab eloquentiæ fuco, quàm ſuo ſanguine tinctum & pellucentem. Eſt quidem in Cicerone & arte color neſcio quis, qui rudi materiæ tanquam pannus purpuratus adſutus, facit, vt illa ruditas niteat, præferatque ſpeciem non inſitæ rei, ſed externi pigmenti; at Chriſto adpictus, cæleſti quadam viſit, vt ipſe color quaſi næuus vel ſordeat præ Chriſto, vel in Chriſto perdat formam, neruum, venuſtatem omnem. Quæ ars res nullas, facit, vt aliquæ; minimas, vt appareant maximæ, ea Chriſtum cur deformet, & ſuligine quadam obducat, ſi forte quis quærat ; næ is, Chriſti nomen quantam vim habet, non ſatis videtur aut poſſe aut velle capere. Nam cum Chriſtus ſit ſplendor Patris, cum quo reliquæ venuſtatum ſtellæ comparatæ inſtar ſcintillæ, aut potius nihili habent, fit vt quemadmodum adamas natura ipſe ſua pellucidus, nulloq; næuulo inſperſus omnem è regione poſitam lucem claritate ſua obruit; ſic Chriſtus omnem artis vim & Venerem ita abſorbeat, vt quantum ars lucis adfert reliquis rebus, tantum huic luci caliginis inducat Chriſtus. Quare qui Chriſtum mortuum illum aut viuum dicunt, ſtultè

quæ-

Digitized by Google

quærent orationi ſuæ florem & emblema, cum omnis fucus externus ita ſit infra Chriſtum, vt is id vnicum admittat emblema ſine emblemate nitere; nec vnquam videatur pulchrior quàm in ſorde, fælicior quàm in miſeria: id quod apparet, ſi vnquam, clariſsimè in cruce, vbi diuinitatis ſuæ explicauit diuitias, quantas humanæ mentis acies quo propius aſpicit, eò obſcurius videt: ita vt clarè & præclarè dixerit, Exaltatus traham ad me omnia, *artem, Ciceronem, vim, Cæſarem, cælum, terram, vno verbo quæ cæli & terræ complexu coërcentur, omnia. omnia? quo modo? ſingulari illo & planè diuino, ad cuius obiectam ſpeciem vt vel eloquentia eſt infans, vel infirma potentia, ſic & infantia eloquens & infirmitas videtur potens.*

Miracula iſta ſunt, qualia crucis omnia, è quibus duo à duobus mea memoria cum in hoc loco fuerint illuſtrata, crudelis prius amor, dulcis poſtea amaror: ego puto me non facturum contra voluntatem veſtram, certè non præter tempus, ſi tertium hodie miraculum, haud ſcio an longè maximum, crucis ſcilicet breuē & eloquentem ruditatem breui rudique orationis

meæ colore expreſſero. Vt verò aut attenti rudem, aut ſilentes de rudi crucis eloquentia audiatis, nihil rogo: cum crux ipſa ſine eloquentia ita ſit eloquens, vt quantum habetis Chriſti, tantum vos cogat auris & mentis ad hanc nouam eius eloquentiam adferre.

Si qui artem dicendi profitentur, ex græca illi ſiue latina ſchola eloquentiam benè terminarint duabus maximè rebus, verbo & notione, rectèque partes aſſignârint, verbo vt mulceat, notioni illas vt moueat: Chriſtus profectò in cruce ita dixit, ita ſenſit, vt ex tota antiquitate nihil legerimus, audierimus, eruerimus, aut dulcius ad ſuaſionem, aut ad perſuaſionem firmius. Totam crucis eloquentiam non expectabitis hodie, vt complectar, rem nimis diſſipatam, nec huius temporis, quod perexiguum circumſcripſi orationi meæ. illa dua voculæ, conſummatum eſt, *quas Deus ſacro ore edidit vltimas & eloquentiſſimas, ita multum in ſe continent verbi & notionis, vt ſi cum iis componantur Athenarum & Romæ vrbis flos, fucus, cincinnus, neruus, Athenæ profectò nobis ſine flore, vel fuco pallidæ, & Roma ſine cincinno vel neruo exucca meritò poſſint & debeant*

debeant videri. Conſummatum eſt? rudem hic inquis & breuem dictionem: rudem, fateor, & ad ſtuporem eloquentem; breuem, & ad miraculum fuſam; rudem, inquam, ſi vocem; eloquētem, ſi dulcedinem; breuem, ſi ſyllabas; fuſam ſi vim ſpectes & pondus. Si eloquentiam ad vulgi normam metirer multâ bellâq; voce, facilè eſſet vt faterer & Demoſthenem vberius, & nitidius Ciceronem dixiſſe. Verum ad rectum ſenſum ſi ſtatuamus tantum quemque habere eloquentiæ, quantum mouet, & mulcet, Chriſto in cruce primas deferto, qui cœlum, terram ita mouet, mulcet, vt æquo myſterij librili & terra excitetur in cœlum, & cœlum ſubſidat in terram; id eſt, (vt ſanctis verbis vtar) omnia trahantur ad Chriſtum. Chriſtus trahit ad ſe omnia? quando? in deſerto minimè. hic populum tantum trahit & Ioannem. in templo? tantundem. hic vendentes ſolos trahit & diſputantes. in monte fortaſſe Thabor omnes trabit? quomodo omnes? vide tres ſolos tractos Petrum, Ioannem & Iacobum. Vbi tādem trahit ad ſe omnes? Exaltatus in cruce poſt illas voces, per illas voces, conſummatum eſt. O eloquentiæ miraculum, nec antea auditum, nec

poſtea editum. Miraculũ tamen, quod non valdè miremur (vt miraculum nõ mirũ magis miremur) ſi quam multiplex duab⁹bis voculis notio ſubiiciatur, cũ animis noſtris reputemus. Cõſummatum eſt. quantum iſtud valet? Finis eſt vmbris, principium rebus. Cõſummatum eſt. nõ intelligis? Finis eſt peccato, principiũ gratiæ. Conſummatũ eſt. Non audis? Finis eſt litatui boũ, principiũ eſt ſacrificio altaris. Conſummatũ eſt. Quid quæris? Finis eſt morti, principium nouæ vitæ. Conſummatum eſt. Vis alium ſenſum? Finis eſt legi ſcriptæ, principiũ legi in mẽtes noſtras tanquã tabulas inſculptæ. Conſummatum eſt. Nõ eruo reliquam notionem, intus tam multã, foris tam neruoſam, vt quicquid eſt ſacris literis proditum miraculi, ad huius vocis vim meritò reuocari poſſit. Quæ antea terrore & poteſtate ſua impleuerũt orbem, illa in Chriſti hanc vocem tanquam ſcopulum inliſa fecerunt naufragium omnia, vimque ſuam ita fractam fatentur & inciſam, vt ad crucem pereant, vel in cruce, quadam quaſi anima harum vocum viuant.

Qui aut ſuperſtitione obſtricti ſunt, aut animal potius viuunt quàm hominem, in crucem

Chri-

Chriſti dum intuentur, & externo oculo luſtrāt nuditatem, inopiam, plagam, corpus conciſum, vultum liuidum, linguam teſtem doloris, omnia plena calamitatum, facilè eſt vt cum Apoſtolis patiātur offenſionē, & ad appetitionis titillatū, tanquā vilis ancillæ voculā, illud Petri vſurpent, Non noui hominem. quanquam benè dixerint ſe non noſſe hominem, verius Deum quàm hominem: malè tamen illud, quod hunc humano iudicio tanquam limite definiunt, colligunt que potius ex miſeria hominem, quàm ex tali miſeria Deum. Oculus velim & mens noſtra hæreant, non in externa hac ſpecie, non in voce, non in vultu, non in vulnere: ſed inſpicite, & introſpicite Chriſtum; quot hominis miſerias tot videbitis Dei indicia tanquā ſigna altiſſimè ſublata. Nudus eſt? ô myſterium! nudus vincit mundum. Affixus cruci? ô ſtuporem! affixus triumphat de carne. Mortuus? ô miraculum! Mortuus dæmonem mittit ſub iugum. Aut ſi quid adhuc eſt neruorum fortaſsè in his, deſcendant iam in ſolem, pedemq́; conſerant cum hoc crucifixo, cum hoc mortuo. Prodi mihi ſis munde, pulcherrime munde, & vocem tuā exere cōtra hanc vocē. Tacet. Caro, macte potētiſſima

caro, exi & flammam tuam explica contra hanc flammam. Languet. Satan eho verſutiſſime Satan, ad pugnam, & vim tuam exprome contra hanc vim. Fugit miſer, & potius, quàm crucis, vel ferat infirmam potentiam vel rudem eloquentiam audiat, abdit ſe in peccatores, in pecudes, in porcos, in ſolitudines, in montes, in glaciem in id, quidquid viliſſimum eſt & remotiſſimum. In his omnibus maximis, Auditores, illud eſt maximum, quod vna illa vox, Conſummatum eſt, hanc & vim fregerit, & poteſtatem ſola attriuerit, atq; in puluerem comminuerit. Ante hanc vocem aut aptius ante hanc crucis eloquentiam promulgauit quidem Chriſtus legem omnibus, qui illum ſequerentur, vt abnegent ſe, vt tollant crucem ſuam, vt non ferant peram, panem aut pecuniam, vt vadant & vendant omnia quæ habent, & eant tanquam oues in medio luporum, vt ſi velint ſeruare animam, perdant eam. Sed hæc lex adhuc tam dura illis videbatur, vt pauidi & pallidi. . . . .

Cætera deſunt.

RO-

ROBERTI TVRNERI Oratio II. de D. Virg. & martyre Catharina, coram Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Principe Martino à Schaumberg Epiſcopo Eyſtadiano, habita Eyſtadii 25. Nouemb. anno 1587.

CVm omnes, qui Chriſti luce ſunt è cœlo perfuſi, putent de grauiſſimis, ſanctiſſimiſq́; rebus, nõ niſi à grauiſſimis ſãctiſſimiſq́; viris dici oportere: & ſit hodie dicendũ vel ſtudioſis de patrona ad gratiã, vel Chriſtianis de martyre ad exemplum, vel nobis neceſſario ad conſuetudinem, vel corã Illuſtriſſimo, & Clementiſſimo Domino noſtro decenter ad gratitudinem: in iis me video anguſtiis, vt ſi dicam de ſancta non ſanctus, vir pollutus labiis; ſi taceam, vbi tam multa impellunt vt dicam, ingratus meritò cenſeri poſſem. Quid fecero? pollutus non volo, ingratus non debeo videri, id eſt, nec dicere nec tacere volo aut debeo: vt ſi velim me exoluere nexu, hinc polluti, inde ingrati, media mihi ineunda ſit, nec dicendi nec tacendi ratio. Hæc

ratio non ſane difficilis. Nam quaſdã Caterinæ laudes pauculas è plurimis ita delibabo, vt videar de S. Chriſti virgine tacuiſſe potius, quàm dixiſſe: & in iis pauculis eum ſi ſeruabo modũ, vt doceam, quod in ſancta fuit illuſtre ad laudem, id nobis eſſe illuſtre ad imitationem, hic certè modus ſine modo, & vobis meã rationem, & D. Caterinæ meã voluntatẽ facilè probabit. Quæcunque igitur vel non tangẽtur in hac oratione, vel minus ornatè, quàm pro rei dignitate tangentur, erit veſtræ prudentiæ, ſic cogitatione non ſubſequi, ſed antecapere: vt quàm ſit mihi in re ad explicationẽ grauis obex, tàm ſit in cogitatione veſtra, ad excuſationẽ facilis receptus. Ita fiet, vt tetigiſſe mihi ſit tacuiſſe, & tetigiſſe apud tam prudẽtes ſit dixiſſe; & tetigiſſe ſine modo ſit modus, quod D. Caterinæ gratũ, & huic concioni piũ me oratorẽ facilè probauerit. Incipio tacere verbo. Vos cogitatione incipite, mihi ad veniã, vobis ad exemplum dicere.

Quid ergò de noſtra Caterina tacebo primũ? Vrbẽ Alexandriam, in qua nata; Coſtum Regẽ, à quo nata, alias nam dotes cum quibus nata? hæc etiamſi talia ſint, vt ſi dicãtur & obſcuris ſplendorẽ, & virtutum indigis, vmbræ alicuius

lucem

lucem præferant, tamen in hac noſtra Virgine, artis eſt, ea poti⁹ tacere, quàm dicere: cum quãtum hæ vmbræ aliis, tantum hiis vmbris Caterina viuæ lucis adferat & affũdat. Fuit glorioſum, eſſe ciuẽ Alexandriæ; glorioſius cæli: fuit magnũ, eſſe Regis filiam; mai⁹ Dei: fuit ſummũ, ꝙ habuit natura, ingenio & fortunæ bonis floruiſſe ſupra ſummos; alti⁹ tamen fuit, virtutũ ac gratiarũ donis ita excelluiſſe, vt cum cælũ, gratia, Deus in Caterina plena fronte tanquam ſoles luceãt, has Alexandriæ Regis fortunæ nubeculas, obſcurè tanquã è gratia medio ſole extantes potius quàm nitẽtes tãgere ſolummodo, & ſicco quaſi pede tranſilire velim & debeam.

Infantia illius, antequam poterat loqui, loquebatur gratiam, ſiue cælum ſæpe inſpiceret, ſiue puppas ſẽper deſpiceret. ferũt enim, nutricem illius nunquã obieciſſe puppam, rationem communem vagiẽtis ætatulæ, vel pacandæ, vel excitãdæ, quin ſancta Virgo contempta puppa, & oculo intento in cælum, oſtenderit ſuæ infantiæ petendam non ex pupparum nugis, ſed ex cæli ſtellis conſolationem. In ſemine videmus frugẽ, & laudamus Deum; in hoc virtutis initio, quin videmus Deum, & laudamus Caterinam? loquebatur infans ſine

lingua, mentē ſibi fore non in rebus iſtius mundi fluxis, ſtabilibuſque tanquam puppis & nugis, ſed in Deo cœloque perpetuò defixam. Adoleſcens fortè ætas adoleſcebat ad voluptates. Ad voluptates? voluptates illi cruces. Ad ludos tamen. ad ludos? ludi illi ludi & iocus. At ad nitorem muliebrem. ad nitorem muliebrem? nitor illi ſordes & macula. Ad quid ergo? Adoleſcens quidem ætas erat, ſed adoleſcens ſine Adamo, adoleſcens cum virtute, adoleſcens ad Chriſtum: Chriſtus illi voluptas, ludus, nitor, omnia. Si tota vita Catherinæ, non fuiſſet plena myſteriorum, vel miraculorum, id tamen hanc vitam nobilitaſſet, poſuiſſet que in diuinitatis aliquo gradu, quod adoleſcens, quod Regina, quod apud Principes, quod in deliciis, quod in diuitiis eam conſecuta erat vel charitatem vt vellet, vel doctrinam vt poſſet id quicquid erat in eloquentia politum, atque in Philoſophia neruoſum, id totum & lingua exæquare, & ſuperare gratia. Quid hic primum ordiar? quid vltimum ſubſtituam? Diabolus omnem artem, Maxentius omnem authoritatem, populus omnem furorem exercebat, vt vel Chriſtum ex hominum mentibus, & memoriis euelleret.

leret. At Caterina Chriſtiana, contra artem, virgo contra authoritatem, martyr contra furorem, ita pugnabat, vt artem gratia, authoritatem præſentia, furorem patientia facilè refutaret. Quicquid hic dico, infra rem eſt. vos hic velim cogitatione anteuerteretis, fuiſſe ingentes ſpiritus in femina: exiiſſe Reginam ex ſolio, & exiiſſe in populum, & exiiſſe ad obiurgandum Maxentium, quo nihil vidit aut terra immanius, aut infernus tetrius. At exiit fortaſſe ſine fructu? quomodo ſine fructu? Maxentius qui flamma, ferro, vngula, aliiſque tormentis exquiſitiſſimis ſæuiebat in Chriſtianos, ſuſtinuit aliquandiu impetum, & quod ante tempus dabat furori, id iam ſepoſuit Caterinæ audiendæ & corrumpendæ. Et quemadmodum Maxentius, hic ſeipſum vicit immanitate, quod auderet Caterinā aggredi: ſic Caterina ſeipſam vicit pietate, quod poterat Maxentium vincere. Atque vt videatis (Aud) victoriā è cœlo; vicit tyrannū virgo octodecim annorū, vicit, vicit omni vi & via, ſiue minas, ſiue illecebras, ſiue oratores adhiberet. Carcerē propoſuit. quā nihili fecit? tormentū. quā contempſit? At in oratorib. & philoſophis efficies? aliqua vt apud

orá-

Oratricem & Philoſopham. Verum Chriſtus vnus ita præfulſit virginis menti, vt quicquid erat Oratorum & Philoſophorum in Imperio, voce noſtræ Caterinæ, tanquam enſe, caderet. Non potuit aut Philoſophia ſuo neruo, aut eloquentia ſuo flore, aut vlla doctrina firmamento vllo tantum efficere, vt Caterina, non probârit plus in vno Chriſto, quàm in reliquis omnibus rebus eſſe momenti ad gloriam. Nam Chriſtianæ religionis vim, virtutẽ, conſtantiã, nitorẽ, miracula, poſtquam explicârat virgo ſãcta, ita Philoſophis & impreſſit, & inſtillauit Chriſtum, vt vi victi exclamarent omnes, Stetimus veritati caſuri, cadimus reſurrecturi Chriſto. Eſt fulgor & fulgur in tuo Catharina verbo. percellis non vincis tantũ inuictiſſima. Quanta hæc victoria? Vincuntur plurimi ab vna, à Regina Oratores, à ſubmiſiſſima, tumidiſſimi, Platone, Socrate, Ariſtotele pleni, ab ea quæ Chriſto vno nitebatur, ſolido quidem, vno tamen, ſed vno, qui vt habet omnia, ſic omnia per Caterinã & potuit, & præſtitit. Hunc igitur tuũ, Caterina, triumphũ, quo aduerſarios non tàm viciſti, quàm vindicaſti, nulla vnquam ætas conficiet: quin quo plus habet ætas

vetu-

vetuſtatis, eo hæc tua virtus diuina plus habebit floris & viriditatis. Id ꝙ tam verũ comperimꝰ, vt qui hæreſeos flamma ſunt ambuſti, putẽt, inſtar monſtri cuiusdam, ꝙ femina Philoſophũ, Virgo vicerit tyrannũ. Sed hij perpendunt naturã, non pẽdunt gratiam Gratia, gratia poſuit noſtrã Caterinã ſupra naturam, tam altè, vt quacunq; inſpicimus Catholici, tàm multũ ſtupeamꝰ Chriſti, quàm nihil Adami. Vbiq; Chriſtꝰ in Caterina lucet, ſed nunquã clariꝰ quàm cum tyranni cõtempſerit illecebras. Cum enim Maxentius videret, nec carcere, nec tormẽtis profici quicquam, vltimam expeditiſſimamq; illecebrarum viam putauit ineundam. Nam quicquid habebat aut ſoliũ ſplẽdoris, aut Regnũ honoris, aut Imperiũ poteſtatis, aut ipſe ſui, id totum p̃fert & offert Virgini, ſi cadens adoraret ſolem, lunam, reliquasq; nugas, quas antiquitas ſuperſtitionis crimine deuincta conſecrauit. Sed quàm ſtultè ô Maxenti? quæ contemnit tormẽta, putas illectũ iri illecebris? in luce eſt gratiæ, quid curat tenebras naturæ? ſpectat Chriſtum, cur te timeret tyrannum? exue ſuperſtitionem, exue ſtultitiam, exue furorem, exue id, quicquid menti

tua caliginem erroris effudit: Chriſtum indue, tuorumque ſcelerum veniam ſupplex cum Caterina ora & exora. Quid hortor aut furentem ad mediocritatem, aut belluam ad rationem? parat tormentum tyrannus, & quam non poteſt de viua, eam de mortua cogitat referre victoriam, ſed fruſtra cogitat. Nam rota vindex è cælo rupta & eiecta in aërem, quatuor millia ex fæce gentilium extinguit, Porphyrium militum præfectum confirmat, milites ducentos & Maxentii vxorem conuertit. Conuertit tantum? etiam coronat. Nam quæ dies fuit vltima ſuperſtitionis, illa illis prima erat æternæ gloriæ, profeſſis Chriſtum, vt ore, fauente Catharina; ſic ſanguine, furente Maxentio. Si in ſuos furit, in Catharinam quid? mortem intentat; & mortem gladii, non quod tyrannus, maius quid non potuit, ſed quod Chriſtus hoc genere mortis voluit, vt tyranno quid ſæuitiæ, & virgini quid puritatis fuit, apertiſſimè oſtenderetur. Ergo Dei virgo, obiectis ceruicibus, læta has vltimas edit voces. Bone Ieſu, gloria virginũ, corona martyrũ, lito iã tibi pro amore tuo, amorem meum: accipe à me hoc quod ſolum poſſum,

ſum, & ſolum vellem, amare. Amor hic quidem eſt meus, vt à me; tuus vt in te: ſed melior ſane tuus, quàm meus. quia ex me tantum eſt, vt ſit amor naturæ, ex te, vt ſit diuinus amor, & amor gratiæ. Amo. quid poſſum grandius facere? amo. quid debeo melius facere? Ieſum amo, amo Chriſtum Ieſum. & quod amo offero tibi, primum & vltimum; non tàm ad meam, quàm ad tuam gloriam. Quid hic Auditores, mirer primum: conſtantiam in facto? an ſubmiſſionem in dicto? an in vtroq; Deum? Tyrannum contemnit, quia vitam non curat; non curat vitam, quia amat Deum; non vt ipſa hinc fructum, ſed vt Deus inde libet gloriam.

Pulchra certè hic doctrina, & haud ſcio an longè pulcherrima de amore Dei, & propter Deum. Plurimi enim in quibus virtutis ſpecies, & vmbra non parua, amant quidem Deum, non Deo, ſed ſibi. Volunt ſcire, vt ſciantur; amare, vt amentur; laudare, vt laudentur; ſubmittere ſe, vt efferantur; mori mortem corporis, vt viuant vitam cœli: ita vt gloriam Dei dum obtendant, ſuam ſolam quærant. Percunctare hos, velint relinquere cum Abrahamo

patriam; annuent propter terram promiſſionis; ſeruient etiam cum Iacob Labano, ſed certè vt potiantur Rachaele. Chriſto ſe miſcent, in nuptiis quidem, nõ apud Herodem; in monte Thabor, non apud crucem. Quid crucem? Hic vel negant ter cum Petro, vel cum Apoſtolis fugiunt. Qui perſeuerent, ſeq́; potius Deo, quã Deum ſibi ament, paucos (Aud) inueneritis, Marias, Ioannes, Caterinas. Quare cum Caterina amarit, non vt vulgus: Deus huiuſmodi amorem ſigno non vulgari, & viuæ ad conſolationem, & mortuæ ad miraculum, remuneratus eſt. Nam vt oſtenderet Deus, candorem amoris, effecit vi qua poteſt omnia vt pro ſanguine lacteus quidam candor ex vulnere effluerett, ſacrumq́; corpus in montem Synai angelico miniſterio honorificentiſſimè collocaretur. Tantumne? & viuæ conceſſit Chriſtus, vt quicquid quiſq; oraret ſe per Caterinam id exoraret. Magnum iſtud priuilegium, vt feminæ, inquam, magnũ, vt amantis non magnum. ſiquidem cum Deus hominem pendat voluntatis momento, tantumq́; illi huic tribuat facultatis, quantum hic illi amoris: meritò certè Caterina accepit multũ

quæ

quæ multũ amauit. Quid hic finiã? Quẽadmodum ab amore tuo incepimus, ſic in amore tuo definemus Caterina, rogabimusq́; vt quo amoris priuilegio gaudes è cœlo, eo vtaris in hoc hodie loco, nobisq́; exores à Deo omnipotente, vt qui eſt parens huius Collegij, teq́; annuo hoc honore colit, Illuſtriſsimus Princeps Martinus, Dominus noſter clementiſsimus, is vertentibus ſæpè annis, hunc tuum diem poßit videre atq́; colere, vtq́; ſtudia, quæ hui⁹ hic liberalitate ſtãt, quęquid ſtant; ſic floreant, vt optimus princeps poßit ex hoc collegio in hoc ſuæ liberalitatis & pietatis domicilio, illum metere fructũ, quem ſeuit Eccleſiæ & Eccleſiæ ſperat. Vos autem quicunq; adeſtis (auditores) pro veſtra in Rempub pietate, iſtud conſentientibus vocibus, & mentibus, mecum Deum per Caterinam orate. Quid dico orate? Exorate potius. Nam Diua quicquid orat, ex Priuilegio exorat.

DIXI.

ROBERTI TVRNERI ORAtio in laudem Philippi Regis Hiſpaniarum, habita Duaci.

SI diuinum numen hoc me ſibi munere obligare voluiſſet, vt quicquid conceptis verbis peterem, id re conſequi liceret, optarem, non quod ſtultè Midas, vt omnia, quæ ſenſibus vſurparem, in aurum mihi conuerterentur; nec quod imprudenter Cleanthes, vt ſingula, in quæ oculos intēderem, clariſſima ſolis luce colluſtrarentur; neq; quod turpiter Epicurus, vt mihi ex humana concretione ficto cæleſtium voluptates impartirētur, ſed vt oratio mea haberet neſcio quid exquiſiti artificii, quò in aures veſtras ſuauiter influerem; & vultus neſcio quid latentis vis, qua quandam vobis oris ſuauitatem ſuffunderem; & animus neſcio quid diuini luminis, quo veſtras mihi mentes arctiſſima beneuolentia conſtringerem. nam cum hodie tam limata & polita iudicia ſint hominum, vt quicquid demum fluxum, nullaq; arte deuinctum fuerit, illud faſtidioſè repellant, & aures hominum tam tere-

teretes, diſertorumq́; lectione tritiſſima, vt nullã dictionem, niſi fuerit illa eloquẽtia calamiſtris inuſta, cõquiſitisq́; deliciis vndiq; exculta, patienter ferant; illis non dico aliquantula ſtultitiæ nota allini, ſed turpiſſima impudentiæ labes aſpergi debet, qui nec à natura inſtructi, nec dictione ex intimo artificio prompta perpoliti in oratorum celebritate verſari audent. Quæ cogitatio hanc mihi ſententiam impreſſit, fore me ab omni orationis inuidia integrum, ſi domi meæ nullam inanem gloriæ conſectans vmbram, quicquid habebam roboris, quicquid neruorum, quicquid eruditionis, illud in iuuentute priuatim informanda collocarem. Sed in hoc meo iucundiſſimo otio dum latito, ecce vobis aliquos ex ſchola neſcio qua homunciones, ea vultus veſtisq́; conformatione, vt Socraticos putares; ea oris pectorisq́; acerbitate, vt Cynicos iurares, qui nos vt obſcuros acerbiſſima oratione perſtringunt, & nulla ne leui quidem eruditione tinctos aſperrimè exagitant; vt ſit iam in oratorum palæſtram & ſpatia deſcendendum cum priuatæ exiſtimationis diſcrimine, vel ab oratorum palæſtra & ſpatiis diſcedendum cum publica collegii infamia. Quid igitur facerem,

BIBLIOTECA ... ROMA

Digitized by Google

niſi quod ratio præſcripſit piè & natura informauit iuſtè, vt ad communem infamiam delendam, omnem omnium inuidiam ſubeam, conuitiorumque aculeos valenti animo perferam. Prodeo ergò in ſolem, ſed inuitus, vt verecundiam agnoſcatis; venio in hunc puluerem, ſed aliorum conuitio extimulatus, vt neceſſitatem aduertatis; deſcendo in hæc curricula dicendi, ſed vt animo ab hac prouincia alieniſſimo, ſic ad communẽ extinguẽdã inuidiã propẽſiſſimo, vt voluntatẽ probetis. in qua prouincia tanquã mea ſparta exornãda, acerrima mihi mẽtis commentatione verſanti, dum venit in mentẽ, ſi rem quæ vel propter leuitatẽ cuiuis è plebis fæce in medio poſita, vel propter tenuitatẽ puerorũ ſermone protrita obſoleſcit, in auribus animiſq; veſtris defigerẽ, fore vt rei tenuitate iudicia offendãtur leuitate, & aures violẽtur, ſtatui Philippũ Regẽ Hiſpaniarũ Sereniſſimũ, Philippũ inquã, illã virtutũ omniũ geminã expreſſãq; effigiem oratione mea, quid dico oratione mea? ſuis ſuis virtutũ luminibꝰ inſigniter nobilitatũ non tàm in auribus quàm in oculis veſtris collocare. Nam cum mens humana vel propter corporis concretionẽ, cui illigatur, vel propter flagitiorum conſuetudinẽ, quibus im-

Digitized by Google

luitur, ſic in res fluxas & caducas demerſa fuerit, vt in illis, quæ nulla tẽporis ſpatia definient, nunquam aciem ſuã fixerit, ſit vt tam diuini regis propoſito exemplo, tanta caligine, qua mens antea obducebatur, diſcuſſa, in diuinam ſe contemplationem & commentationem penitus abdat.

Neq; in hanc dicendi viã ingreſſus ſum, eo animo, quod Philippi laudes, quæ totius orbis oras lõgè latèq; peruagatæ, nullis terminis circumſcribi poſſunt, mea orationis finibus includi poſſe arbitrer, aut quod orationẽ meã ſine Demoſthenis artificio ſolutã, ſine Æſchinis aculeis lãguidã, ſine Iſocratis ſuauitate aſperã aures veſtras aliqua voluptate delinire poſſe putẽ. ſed hoc potiſſimũ nomine, quòd cũ omnia ferè ſuorũ Mæcenatũ laudes perſonẽt, ſiue animi quædam pia inductio exegerit, ſiue officij ratio neceſſaria extorſerit, vt Philipp⁹, à quo omnes & ſpirãdi & ſperãdi rationes ſuſpẽſas habemus, non ſuis iuſtis coloribus effingatur, ſed certis quibusdã lineis noſtro more adumbretur.

Quod ſi quorundam mentes ita fuerint maleuolẽtia erga nos ſuffuſæ, odioq; teterrimo infuſcatæ, vt quia in re tanta nihil aut artificio,

quod quidem emineat, elaboratum; aut iudicio, quod quidem eniteat terſum adferam, id in me acerrimè reprehendant; reliquos tamen ea & humanitate poliuit natura & mentis ſuauitate excoluit doctrina, & morum eloquentia aſperſit conſuetudo, vt iuſtiorem mihi cauſam eſſe loquendi, officium; quàm tacendi tenuitatem cogitantes, de regis laudibus breuiter perorantem, patienter excipiatis.

Si qui ſint vel cæco mentis errore tranſuerſim acti, vel virtutis ſpecie illuſtriſsima falſò illecti, qui nihil imaginibus, nihil ſanguini, nihil ipſi generis propagationi tribuendũ eſſe cẽſent, ij ſi nullius regni habenas, præterquã iis, qui ex illuſtri aliqua familia promanarint, omnium ætatum gẽtiũq; conſenſione commiſſas animaduerterint; ſi nullũ vnquã coruũ, aquilæ; aut aſinũ, leonis; aut canem, leopardæ ſatu conceptum viderint; ſi nunquam ex lauro ſentes, ex oliua glandes, ex lilio vrticas effloruiſſe perſpexerint, denique ſi Philippi ex illuſtriſsimi Imperatoris Caroli ſanguine eſſloreſcentis virtutes animo & cogitatione obiuerint, quid habeat momenti, & ad vitam piè traducendam, & virtutis viam ſtudioſè perſequendam, & reip.

ſum-

ſummam iuſtè adminiſtrandam generis ſplendor paterniq́; ſanguinis inſita vis facillimè videbũt Nam etſi Philippi vita ita omnibus virtutibus tãquam ſtellulis quibusdã diſtincta fuerit, vt dum illũ vel Regem Hiſpaniarũ omni honoris genere inſignitum vel Auſtriæ Archiducem fortiſſimorũ militũ, præſidio munitum, vel Tyrolis principẽ bellici inſtrumenti copia inſtructum, vel Mediolani ducem ingenioſiſſimorum ſtratagemate pollentem, vel Flandriæ comitem nobiliſſimorum amicitiis florentem, vel Indiæ (prope dixeram) Imperatorem omnibus diuitiarum copiis circumfluentem appellauero, non tam eius nomen huſce titulis & ornamentis honeſtare, quàm iſtos titulos & ornamenta eius nomine nobilitare videar: tamen ſi illum Caroli ſemine ortum, & Auſtriaco ſtemmate illuſtrem dixero, tantum videar de illo pronunciaſſe, quantum diuinus Homerus de Agamemnone, dum Palladis; aut fulgurans Virgilius de Ænea, dum Veneris; aut ſuauiſſimus Ovidius de Auguſto, dum Iouis; aut ſedatiſſimus Statius de Achille dum Martis aut reliqui poetæ, de præſtantiſſimis viris dum Deorum illis genus & ſanguinem affingerent. Ea

namq; antiquiſsimorũ mẽtes imbuerat ſententia, tantã in generis ratione, & ſãguinis ipſi natura inſidere vim, vt nihil ab eo edi præclarũ, ac ne ſtatui quidẽ; nihil ab eo ſtatui pulchrum, ac ne cogitari quidẽ; nihil ab eo cogitari magnificum, ac ne ſperari quidẽ, cuius nomen & genus à Dei aut præſtãtiſsimi alicuiꝰ viri proſapia non fuerit deriuatũ. neq; hæc cum dico, id intelligi velim, quod aliquã ponerẽ, aut in poëtarũ commẽtis veritatẽ, aut inaniũ Deorum opinione religionem, aut antiquitatis anili ſuperſtitione diuinitatẽ, (quanquã & Poëtarũ commẽta ſolent veritatis & deorũ opinio poteſt religionis, & antiquitatis ſuperſtitio debet diuinitatis quandam rationẽ præ ſe ferre) ſed vt antiquorũ authoritate id eliciã, fuiſſe in omnium gentium mentibus, etiam earum, quas vel fœdiſsima morum barbaries infuſcauit, vel inaniſsima Deorum ſuperſtitio obſtrinxit, ſententiam quandam de generis nobilitate plenam honoris & obſeruantiæ inſitam, & quaſi proſeminatam. id quod Philippus (Philippum cum dico, quicquid eſt aut in honore ſplendoris, aut in religione ſanctitatis, aut in vita puritatis, aut in ingenio

*acuminis, cum Philippi nomine & notione cõ-
prehẽdo) id quod, inquam, Philippus vel natu-
ræ quadam inſita vi, vel quadam diuini numi-
nis implicata ratione ſenſiſſe videbatur, cum
Concilii Tridentini patribus illum ad eccleſiæ
partes fortiter ſuſcipiẽdas adhortantib. in hãc
ſententiam reſponderit, quid? ſi ad illorũ, quos
fœdiſſima hæreſeos labes infecit, vires conuellẽ-
das; & eorũ, quos miſerrima Mahometanæ ſe-
ctæ peſtis infecit, neruos elidendos: ſi ad illorum
nequitiam, horum furorem comprimendum; il-
lorũ pluſquam diabolicam veſaniã, horum pluſ-
quã barbaricam immanitatẽ contundendam o-
mnes ingenii mei vires non effunderẽ, non ego à
ſanctiſſ. Domi. familiæ patre Domi. à Soto Ca-
tholicæ religionis ſinceritate imbutus, ſed tur-
piſſimæ hæreſeos ſordib. à nequiſſimo Caluino,
aut Beza neſcio quo oblitus; nõ ego inter Hiſpa-
nos in caſtiſſimo eccleſiæ matris ſinu educatus,
ſed in Bohemia inter teterrima hereſeos mon-
ſtra & prodigia enutritus; nõ ego ex Caroli in-
uictiſſ. Imperatoris ſanguine effluxiſſe, ſed ex
Lãtgrauii alicuius tenebricoſa familia extra-
ctus eſſe meritò cenſendus ſum. videtis cum ſit
res plena virtutis ac diuinæ gratiæ, religionis*

puri-

puritatem cum lacte matris ſuxiſſe, ac tota penitùs mente combibiſſe, quanta ſit etiam in ſanguinis vi virtus impreſſa, & generis propagatione infixa ratio, vt hoc vno exemplo eorũ, qui nullam vim in generatione poſitam eſſe arbitrãtur, oratio penitus infringatur. Videor fortaſſe vobis eandem viam veſtigiis meis imprimere, quam in Scæuolæ laudibus prædicandis triuiſſe aliquando Lyſiam antiquorum monumentis conſignatum legimus, qui in maxima populi corona, frequentiſſimaque nobilitate id tantum ſumma lateris firmitate ter inclamarit, Ex Gracchorum familia ortus eſt. quanquam ego non tàm Lyſiæ exemplo incitatus, quam multò iuſtiore ratione fultus officii mei partes me expleuiſſe arbitrarer, ſi tantum auribus veſtris, Philippum ex Carolo effluxiſſe, inculcâro; tamen aduertite, quàm luculentum teſtimonium diuinæ virtutis Philippo dederit, quis? Carolus. at quando? tùm, tùm cum contritis mundi honoribus, confixis carnis illecebris, & cacodæmonis eliſis viribus, in ſolitudine ſanctiſſimus, cum monachis religioſiſſimis, numine cœlitus in eius ſe pectus inſinuante impulſus reliquum ætatis ſuæ curriculum

con-

conficere, in animum induxiſſet; cùm in terris adhuc hærens, in cælis verſari, & in corporis compagibus incluſus, ad cælitum ſe ſocietatem agglutinare voluiſſet, vt hæc vox non tam ex Carolo, quàm ex Deo effluere videatur. nam cum omnes Carolum ex Sodoma ad Ieruſalem, ex Babylone ad Syon iam iam exiturum retardare conarentur, & ſinguli nobiles ſordidati ſuũ regem; Gandauenſes in ſquallore iacẽtes ſuum Principem; plebeii lachrymis perfuſi ſuũ dominum; ſtipendiarii luctu ſquallentes ſuum Imperatorem hiis aut non diſſimilibus vocibus proſequerentur: quid? Carole, quid nos deſeris? an tu indignus tanto imperio? nihil minus. ſed nos in omni flagitiorum cæno volutantes indigni tanto Imperatore. quid Carole, quid nos deſeris? Turca naturæ quadam immanitate efferatus, & inſito quodam Chriſtiani nominis odio inflammatus iam inſanire, furere, agros depopulari, templa depeculari. ſerua te Chriſtianis. hæretici odii & ipſius Satanæ furiis cõcitati ſaga ſumere, diuorum deique imagines comminuere, monachorum cæde omnia funeſtare, eccleſiæ fundamenta labefactare. ſerua te eccleſiæ. Franciſui regni proferendi incredibili deſi-

deſiderio flagrantes, & victoriæ per te toties ab illis reportatæ vindictam acerrimè expetentes noſtris ceruicibus imminere; ſerua te nobis: Henricus Angliæ Rex eius nominis octa-uus, tyrannus eius nominis primus, Henricus, inquam, illa reipublicæ ſuæ peſtis, religionis labes, buſtum bonorum, monachorum, atq; adeò Catholicorũ omnium carnificina, tuæ gloriæ per totũ iam orbem dilatatæ inuidia miſerè extabeſcens famã lacerare, virtutem contemnere, generoſum tuum animum timiditatis macula notare, bonori tuo, gloriæ tuæ; te tibi ſerua: in tantis tot hominũ clamoribus partim ſtultitiam perſtringentiũ, partim reip. vtilitatem inculcantiũ quid fecit? his vocibus flecti potuit, vt fuit miſericors; ſed à propoſito auerti non potuit, vt fuit conſtans: his clamorib. tanquam mœſticiæ ſignis ſublatis pungi voluit, vt decuit virũ, quem natura aſperſerat humanitate, ſed retardari voluit, vt decuit virum, quẽ Deus afflarat diuinitate. reſpondet ergo vt ad tantum leniendum dolorem prudentiſsimè, ſic de filii laudibus diuina iam luce colluſtratus veriſsimè, quin meis auribus opplorare deſinitis? quin tantis clamoribus modum præfini-

finire pergitis? ſi regem quæritis, Philippum vobis relinquo potentiſſimum: ſi reipublicæ propugnatorem, Philippum vobis prædico acerrimum: ſi deſideretis qui & ſtratagemate Turcam, & viribus hæreticum frangat & debilitet, quis illius calliditatem prudẽtius irretire, vel huius vires valentiùs armis comprimere poſſit, quàm Philippus? at eſt fortaſſe in Caroli nomine & aſpectu, quod & oculos veſtros iucunditate paſcat, & aures voluptate perfundat; en vobis tùm in Philippo ſolidam & expreſſam Caroli imaginem, vt ſi omnia ornamenta, quibus rex inſtructus; vel virtutes, quibus Chriſtianus cumulatus eſſe debet, mentis notione comprehendatis, nihil poſſitis ne cogitando quidem informare, quod in Philippo, tanquam in clariſſimo quodam ſpeculo, non eluceſcat. ô luculentum luculentæ virtutis præſagium. nam ſi omnes Philippi actiones acerrima mentis acie pertentemus, glorioſæ apparebunt, vt à fortiſſimo inſtitutæ; ſi cogitationes, ſinceræ, vt à ſanctiſſimo informatæ; ſi conſilia, toti reipublicæ vtiliſſima, vt à Deo inſtillata meritò videantur. ac ne omnes virtutes, quibus adoleſcens

flore-

florebat & plurimis & maximis, oratione meâ peragerem, quantam in arduis rebus obeundis animi magnitudinem. quantam in repub. tuenda charitatem, quantam in conſilio capiendo prudentiam ſemper præ ſe tulit; illa pugna, quã cum Henrico rege Galliarum in Veromanduis commiſerat, ita loquitur, vt illo die non tam cum hoſtibus fœliciſſimè collata ſigna eſſe dicantur, quam ſuæ in Deum pietatis, & Dei in illum amoris toti orbi clariſſima ſublata ſigna eſſe putentur nam cum in rebus humanis illud maximum ſit, æquis partibus cum hoſtibus cõſerta manu dimicare, quantum illud fuit cum copioſiſſimo milite rarum, cum ſelectiſſima manu promiſcuam, cum equitatu & peditatu inſtructiſſimis equitatum non ita multum conflixiſſe? quãtum illud fuit? ſingularis animi virtutis fuit, & Philippi fuit. quantum illud fuit non ſolum cum tanta vi tantillam turbam conflixiſſe, ſed tantillam turbam tantam vim proſtraſſe & obtriuiſſe? quantum illud fuit? incredibilis fœlicitatis fuit, & Philippi fuit. quantum quantum illud fuit magnum Galliæ dictatorem fere dixerim Montmorantium, clariſſimum totius Galliæ ducem Montpenſerium, comi-

comitem Ringrauium illuſtriſsimum, Mareſcallum Diui Andreæ bellicoſiſsimum, alios permultos Franciæ principes bello fortiſsimos, virtute lectiſsimos, ductu vniꝰ principis & Comitis, & ad deditionem vi compuliſſe, & in poteſtatem armis redegiſſe, quantum illud fuit? Philippi profectò fuit, teſtantur Annales. ſed tantum fuit. quantum ne Marcus quidem Tullius, ſi ab inferis excitatus hæc ſubſellia occuparet, dicendo conſequi potuerit, cum tantæ & tam diuinæ virtutis ſplendore humani ingenij acies penitùs perſtringatur. Res alias bello ab illo glorioſè geſtas, ſi oratione perſequi conarer, vel naturæ ordinem infringerem, qui paria illuſtrarem paribus; vel artis profectò legem imperitè violarem, qui minuta magnis, aut obſcura clariſsimis ſubſtituerē.etſi. n.in tota ſua vita omnia ea fortitudine geſſerit, & ea prudentia digeſſerit, vt non tàm vitæ, quàm gloriæ confeciſſe curriculum videatur, tamen reliquæ eius actiones, etiam quæ enitent maximè, ſi cum illa victoria conferantur, obſcurabuntur, ne dicam obſoleſcent. neq; eſt cur quiſquam vel hæreſi obſtrictus teterrima, vel tantæ virtutis odio incenſus acerrimo, tanto Re-

gi, vel ignauiæ, vel timiditatis (quam ego vocem à quibusdam audiui) infringat, quòd dum Belgium inteſtinis contentionibus diſtineretur, & maria ſua Barbarorum audacia & furore infeſtarentur, & omnes ferè Chriſtiani orbis fines Turcarum immanitate vaſtarentur, multos iam annos ille in ſuauiſſimo Hiſpaniarum otio delituerit, cum à victoriis ea gloria relatis, vt Cæſarem diceres; & bellis eo animo commiſſis, vt Annibalem putares, ineuntis ſuæ ætatis commēdationē duxerit. in quibus perſequendis, qui ſingula tantùm tetigi, fuſiorem ego orationem ponerem, ſi Alexādrū aliquē cicatrices toto corpore exceptas iactitantē furioſè, non Philippū reb⁹ Chriſtianis proſtratis iam & afflictis toto pectore conſulētem, proinde, ſi leonem aliquem aut Elephantū ex immani quadam feritate coagmentatū, non regem omnib⁹ præclaris virtutib⁹ mirabiliter inſignitū, orationis meæ penicillo vobis depingerē. qui ſi in Hiſpania lateat, hæreat, commoretur; ſic latet, vt totā Eccleſiā labātē, iam penéq; præcipitatā potētia ſua ſuſtētet; potētiam admiramini: ſic in Hiſpania hæret, vt Belgium luculentiſſimis vulneribus ab hæreticorum

manu

manu conciſum ſua prudentia ſuffulciat; prudentiam veneramini: ſic in Hiſpania commoratur, vt Turciæ genti tàm prorupta audacia efferatæ, vt nihil exhorreſcat, horribilem quẽdam timorem nominis ſui gloria incutiat; tantam nominis gloriam obſtupeſcite: Sic denique Hiſpaniæ finibus incluſus viuit, vt res ab illo bello fortiter geſtæ nullis tantæ molitionis finibus incluſæ, vbiq; ferè peruolẽt. lateat ergò, diſrũpantur licet omnes hæretici, ſibi glorioſè, nobis feliciter, dummodo remp. Chriſtianam tot vtilitatib⁹ amplificet. non enim latitat, (quid furis hæretice?) ꝙ gliſcẽtiũ gladiorum acies reformidat, aut furentiũ hoſtiũ impet⁹ pertimeſcit. ſed ꝙ cogitat ſine turpiſſima conſciẽtiæ labe regẽ Hiſpaniarum, Flandriæq; Comitẽ in tãtis hoſtium inſidiis, in medios hoſtium enſes non poſſe irruere; quod cogitat eſſe à generoſo animo alienum, illas ceruices, quibus remp. & Eccleſiam ſuſtinet, Maurorum crudelitati, hæreticorum furori, & Turcarum immanitati ſubiicere; quòd cogitat, idq; cum Scipione prudentiſſimè, ſe regem eſſe natum; qui cæteris belli paciſq; iura deſcribat; non ſtipendiarium militem, qui in arenam cum hoſte

furioſiſſimè deſcendat. fortitudinem audiuiſtis, prudentiam perſpexiſtis, reliquas iam virtutes, quibus vel illum illuſtrauit Deus, vel excoluit doctrina, ſi cum animis veſtris diligenter conſideretis, non aliquem ex humana natura concretum putabitis, ſed angelicam quandam naturam in hominis pectus commigraſſe obſtupeſcetis. Si in omnium rerum deſcriptionem modumq́ꝫ affabrè deſignatum mentis noſtræ notionem infigamus, ſingulis rebus ſingulas virtutes indidiſſe, latentiq́ꝫ quadam vi implicaſſe Deum; oculis plusquam lynceis perſpiciemus, vt herbæ ſuum, lapides ſuum, ſuum arbores, ſuum homines munus, tanquam virtutem quandam, à diuino numine impreſſum habere non ſolùm dicantur ab antiquis inani ſuperſtitione conflictatis informante natura, ſed credantur à nobis ſacro iam fonte perfuſis inſtillante Deo. Vnde vſu venit, vt quemadmodum herbam herba, aut lapidem lapide præſtantiorem eſſe firmiſſimo rationis momento colligimus, quod præſtantiorem ſibi virtutem & vim inſitam habet, ſic illum hominem cæteris omnibus diuiniorem eſſe eadem rationis firmitate extorquemus, qui fortitudinis, prudentiæ

dentiæ

dentiæ, temperantiæ laudibus cæteros antecellit; & iuſtitia ita excellit; vt Dei expreſſam quandam ſolidamq́; effigiem, (nam Dei ornamentum iuſtitia dicitur) præ ſe ferre videatur. quod dum cogito, inducor, vt non ſolùm præ Philippo omnia Gracchorum, Camillorum, omnium hominum ornamenta ſordere putem, ſed etiam, vt illum Deo quadam naturæ ſimilitudine, & communione deuinciri arbitrer, vt qui adoleſcentiæ curſum ea ſimplicitate, ſine hypocriſi; ea ſinceritate ſine ſimulatione; ea ſanctitate, ſine fuco; eo veritatis ſtudio ſine fraude tranſegit. vt Iuſti cognomen ſuis meritis fuerit aſſecutus. id quod Guilielmus Zenacorus militiæ auratæ eques illuſtriſſimus ille, à quo Caroli Quinti vita, mores, res præclarè geſtæ orationis nitore ſatis terſo, ingenij acumine planè diuino illuſtratæ fuerunt, ſatis ſuperq́; indicauit, qui nunquam Philippi mentionem fecit, (facit ſæpiſſimè perhonorificam) quin Iuſti cognomen attexuerit: quaſi hiſtoria ſua mendacij labe contaminaretur, ſi Philippum iuſtitiæ laude non commendatum ſemel ſuis ſcriptis nõ attexuiſſet, præſertim cùm ſanctiſſimus Papa Philippum iuſtum prædicaret,

 ſin-

ſinceriſſima plebs Philippum iuſtũ loqueretur, & frequẽtiſſima theatra Philippum iuſtũ perſonarent. Omnia circumſpicite, ſingula animis diligentiſſimè luſtrate, an non illud Concilium Tridenti indictũ, ex tot ſanctiſſimis Patribus ad hæreticarum ſordiũ ſentinas penitus exhauriẽdas conflatum, ſpiritu cœlitùs in illorũ mentes defluente mirabiliter illuſtratum, an non illud Conciliũ Philippo iuſtitiæ theatrũ quoddã propoſitũ eſſe videtur? qui toties per legatos Patribus ſignificauit, hanc ſibi ſententiam inſculptam eſſe, non alio ſe nomine tot Aſiæ, tot Italiæ, tot Belgiæ, tam opulentis Hiſpaniæ & Indiæ regnis, tot tantarum gentium vbiq; ferè diffuſis imperiis Deo immortali amplificatum eſſe, quàm vt inter tot hæreticorum aperto quodam furore graſſantium, ſi eas, & tot Catholicorum turpiſſimo otio languẽtiũ nimis (proh dolor) nimis ſecuras cogitationes, reip. & eccleſiæ partes fortiſſimè ſuſtineret. at quãtas (quæſo) acerbitates in collapſis eccleſiæ muris reficiẽdis animo quãto deuorauit? maximas maximo. nolite iam cogitare (id quod apertiſſimũ) Angliã crudeliſſimis hæreticorum manibus miſerè dilaceratã, altiſſimis vulneribus

*bus immaniſſimè cõfectam, & Lutheri exhau-
ſto veneno penè extinctã, illiꝰ auſpiciis, & Ma-
riæ reginæ, ſacratiſſimo Diuæ virginis nomine
digniſſimæ auxilio, eccleſiæ iterum ſeptis in-
cluſam in eius gremio, tanquam in portu, de-
lituiſſe, vſque dum hæc omnium: nolo dice-
re, ne dum regis ſanctiſſimi laudes perſequor,
ſpurciſſimæ mulieris nomine & ſordibus au-
res veſtras polluere videar. nolite cogitare
(id quod clariſſimum eſt) hæreticorum cona-
tus in veſtram Belgiam nefarios ab illo fuiſſe
retardatos, conſilia in veſtra capita im-
maniſſima, ab illo fuiſſe diſſipata, vires in ve-
ſtra viſcera comparatas ab illo fuiſſe pro-
fligatas; penituſque attritas, nolite (id quod o-
mnium ſermone peruagatum eſt) nunc cogi-
tare eorum qui Pictauii Bezæ commentis, tan-
quam diuinis placitis ſeſe dicarunt, audaciam
ab illo fuiſſe refutatam, vnoq; die regem infan-
tem à mortis certiſſimo periculo in vitã opta-
tiſſimam; & Franciam miſeram ab incendio
præſentiſſimo in ſalutem promptiſſimam; &
Eccleſiam laceratã à tenebris obſcuriſſimis in
lucẽ clariſſimam fuiſſe vindicatam. nolite (in-
quam) hæc cogitare, ſed hîc hîc mentis veſtræ*

 aciem

aciem defigite, quantam operam fixit, quantos ingenii neruos contendit, ne illa hæreſeos contagio, quæ ſe ferè per omnia loca dilatauit, ad Hiſpaniæ oras permanaret. nàm dum hæreſeos naturam tàm eſſe ad malitiam & dolum fictam eſſe animaduertit, vt quæ aperta vi in animos hominum non poſſit irrumpere, ea vel religionis ſinceræ integumento inuoluta irrepere, vel euangelicæ libertatis adulterina ſpecie, tanquam velo quodam, obtecta in illorum mentes influere ſoleret, Hiſpanicam (timidè dico, nam hæreticum audio huius nominis odio, tanquam Erynni quadam, percitum) Hiſpanicam (audacter dico, nam Catholicum video huius vocis ſuauitate incredibili perfuſum) Hiſpanicam (inquam) inquiſitionem eorum conatibus & inſidiis obicem, & tanquam apertum quendam murum obiecit, id eſt, viros in perabſtruſis ſacrarum literarum receſſibus contritos, qui longo vſu ſapientiæ; acerrimo ſtudio, doctrinæ; ſtudioſis actionibus, ſanctitatis; ſincera vita, religionis clariſſimam famam collegerunt; quaſi in ſpeculis collocauit, qui Catholicam religionem, quæ in Hiſpania ſemper dominata eſt, altiſſimis radi-

radicibus defigerent, & quicquid in eius viſceribus inſideret ſordium hæreticarum, ſtirpitus eradicarent. maxima profectò hæc ſunt, & talia, quæ certiſsimo diuini ſpiritus auxilio necti videntur, ſed maiora tamen iſta, quod ſui auunculi Ferdinandi, patriſque Caroli veſtigia perſecutus, crucem noſtræ ſalutis ſignum nobiliſsimum, Chriſti in nos amoris monumentum clariſsimum, ipſius mortis plagam luculentiſsimam victoriæ ab inferis reportatæ indicium longè iucundiſsimum, in omnibus ferè Indiæ partibus, quæ dæmonum dolis, vanaque ſuperſtitione irretitæ antea extabuerunt, extulerit, & ita extulerit, vt viam patribus qui ſocietati Ieſu ſanctiſsimæ nomen dederunt ad erroris nubem barbarorum mentibus diſpellendam, Chriſtique ſemina inſerenda, pecunia, conſilio, armis munierit. in quorum pietate & ſanctitate tantum ſibi præſidii ad barbarorum vel mentes in officio continendas, vel animos religione imbuendos collocatum putauit, vt cum ad aures eius increbuiſſet, Anglos quoſdam in Indiam ſe eo animo traieciſſe, vt Eccleſiæ apud illos in cunis vagienti, confuſionem Babylonicam; & Chriſti Euange-

lio, Caluini commenta opponerent, illę animo conſtantiſsimo & diuini numinis pleno dixerit, Si duodecim tantùm Apoſtoli omnium hæreſeon neruos eliſerint, & euulſo penitùs errorę Catholicæ lucis ſplendorem per totum orbem diffuderint, tot Patres ſanctiſsimo Ieſu nomine conſecrati, & apoſtolico ſpiritu verè inſtructi, iſtorum hæreticorum inſidias & furorem facillimè diſsipabunt. etſi omnis oratio tantis tantorum patrum meritis inferior eſſe ſolet, nihil tamen profectò ad ſolidam illam & veram gloriam, quam in virtutis & religionis ſtudiis collocatam omnibus neruis conſectantur, tàm diuino diuini regis teſtimonio illuſtrius potuit accidere; vt mirer monſtrą neſcio quæ eſſe, quæ ſparſis ſchedulis (vah pudor) & conuitio ex triuiis arrepto (proh dolor) illam ſocietatem diuini regis vocę confirmatam, & illuſtriſsimo Ieſu nominę conſignatam, vt ſuperbia & ignauią torpeſcentem configant. quid? tu illis qui perditos Caluiniſtas enſem in eccleſiæ iugulum diſtringentes, odium in Dei imaginem euomentes, & in ſanctiſsimam virginem furorem fulminantes, laborę, vigiliis, ſtudio comprimunt, tu illis negli-

negligentiæ, & deſidiæ notas inuſſeris? ſtultam vocem, & blaſphemiæ in Deum ipſum pleniſſimam. tu illis, qui vultu ſimplicitatem, veſte ſimplicitatem; factis ſimplicitatem ſemper præ ſe tulerunt, qui quandam modeſtiæ & puritatis officinam inſtituerunt, tu illis ſuperbiæ & arrogantiæ maculas aſperſeris? veſanam mentem, & odio, non dico Vatiniano, ſed penè diabolico infuſcatam. ſed Patres defendo, non regem laudo: at patres defendere, quid aliud eſt, quàm regem laudare, cum tantum videatur de regis virtutibus poſſe imminui, quantum cæteri volunt delibari, vel de patrum ſanctitate, quam ille prædicat ſummam; vel religione vera, quam ille decantat ſingularem. nam cum Philoſophi, qui in moribus ad virtutem fingendis ſedulò verſati ſunt, omnes homines iis moribus quibus illi quos vel amore proſequimur, vel oratione decoramus, imbutos eſſe iudicent, ego profectò Philippum non ſolum quòd in patres pietatis laude excellentes ſumma animi inclinatione propenderit, ſed etiam quòd Belgas ſumma beneuolētia præ cæteris ſit complexus, ſanctiſſimū ſemper ſum arbitratus. ac ne videar plus ad aurium voluptatem, quàm

quàm rei veritatem loqui. an quicquam potuit eſſe ad ſuam erga vos inuolutam animi notionem declarandam illuſtrius quàm quòd Belgicos legatos ſummæ humanitatis & beneuolentiæ ſpecie cõprehenderit, quòd apud Belgas ſuos domiciliũ ſuum collocare ardentiſsimis ſemper votis exoptarit, quòd Belgarum ſe ſãguine ortum glorioſiſsimum ſibi duxerit; vt cum vos propter incredibilem quendam in illum amorem videamini digniſsimi tanta propagine, ille quoq; propter ſingularem quandam in vos beneuolentiam videatur non indignus tanta origine. at ſi cõmunia hæc ſint hominis in hominẽ officia, diuinum profectò illud vobis videri debet beneficiũ, quod Duacum academia, academiã collegio, collegiũ ſuo nomine nobilitauit, ne foris proficiſcentes hæreſi obſoleſceretis, & Duaci hærentes politiſsimæ literaturæ, ſubtiliſsimarum artium, & puriſsimæ religionis hauſtis ſimul fontibus gratam patriæ, eccleſiæ fidelem operam ſemper nauare poſsitis. nec eſt cur quiſquam de tanti regis laude aliquantulum decerpat, quod collegium ſuo nomine donatum beneficio ampliori non cumulet, & forma turpi horridum non perpoliat, næ illæ à vero

rectoq;

rectoq́; ſenſu rem non iudicans, non perſpicit, regis cogitationes, quæ per totam eccleſiam ad illam propagandam, & totam Belgiam ad illam propugnandam ſunt diffuſæ, in tantas vnius collegii anguſtias non poſſe coniici. at non deſunt, qui nobis ignominiam & infamiam infligere conantur, quòd parietibus ſqualentibus incluſi, tanquam in Diogenis antro, i. (vt illi interpretantur) in obſcuro loco latitantes obſcuri ſedem noſtrarum fortunarum fiximus, cum rem diligentiùs conſiderantes nobis ſplendidi⁹ eſſe duxerim⁹ in Philippi ſordidis ædibus, & regis tanquã Cynici (ſi diis placet) dolio animos habere ab omni inuidiæ labe immunes, quã illis, in ſplendidis ſuis tectis animos habere pluſquãCynicos, & ſordib⁹ neſcio quib. obſoletos. ſed ne oratio mea plus olere videatũ de Ariſtippi ſchola, aut Rami gymnaſio, (quorũ alter ſcurrarum facetiſsimus, alter zoilorũ aſperrimus omnes orationibus ſuis aculeatis pupugerunt) quã de Ariſtotelis Philoſophi ſedatiſsimi Lyceo, aut Chriſti præceptoris humaniſsimi palæſtra, ad vos, vos, (regii collegii ſumma humanitate adoleſcẽtes, ſumma indole ſcholaſtici) orationẽ meam inflecto, ſi veſtra ſtudia retardet,

quod

quod in lacera; hoc vobis animos faciat, quod in regia domo, Muſis veſtrã operam dicauiſtis: ſic ſic ſtatuite, cũ ſit anguſti, & in terram depreſſi animi, in ſummo nitore ſordere; eſſe generoſi, & maxima cõſectantis, in ſummo nitore ſplendere. Neq; animos deſpõdere debetis, ſi aliorum exiſtimationẽ conuitio non vexemus, ſi præceptores noſtros, cudendæ linguæ inſignes artifices, & earũ rerũ, quæ à natura inuolutæ ſunt, acutiſſimos venatores, vobis nõ adumbrem⁹, cũ omnes malimus eſſe ſuauiter obſcuri latendo, quã malitioſè ſuperbi latrãdo; & piè inſcientes videri tacendo, quã ſtultè arrogantes, noſtras laudes prædicãdo. Qui ſi non habem⁹ quem vobis prædicem⁹ Mæcenatẽ miſelli, nec quẽ vobis oſtentemus munificũ, ſubdoli, quid torpetis? annon habet hoc collegiũ, nõ dico regẽ authorem, qui nos nomine ſuo tanquã patrocinio defẽdat, ſed ſenatũ fautorem, qui nos ſua beneuolẽtia & humanitate, tanquã alis quibuſdã foueat; & eũ moderatorẽ in quo poſſitis & experiri piiſſimi propenſiſſimã beneuolentiã & colere ſanctiſſimi admirabilẽ grauitatẽ, & adamare humaniſſimi mellitiſſimã ſuauitatẽ, & venerari iuſtiſſimi incredibilẽ ſinceritatem: quæ ideo dico, nõ ꝙ ſuis

ſuis audiendis laudib. tā auidè inhiat, quā, vt omnib. videatur digniſſim⁹, enixè cōtendit; ſed vt gaudeatis talē & tantū virū vitæ morumq; leges vobis indicere, ſeu poti⁹ exemplo tāquam intēto digito, quæ ſit in illā æternā patriā omni voluptate & fœlicitate fluentē, trita via indicare. Sed Philippo iniuriam facio, qui dum in iſtis orationē nimis fortaſſe longā figo, illas illi⁹ nō infimas laudes tēpore iam excluſus, trāſilire cogar, quod precū horariarum (quas vocant) penſum diligētia, qua ſacris myſteriis cōſecratus; ardore, quo monaſticæ vitæ legib. aſtrictus; & ſtudio, quo vir diuino ſpiritu afflatus, quotidiè perſoluat; vt Turca cū audiuiſſet, illū prole fuiſſe auctū, furiis tanquā Oreſtes Tragicus cōcitat⁹, ſummis laterib. fuerit vociferatus, Philippus vel viu⁹ virtute, vel mortuus renouata prole nos in arctiſſimos Aſiæ cācellos cōpinget, & ſui Nazareni Eccleſiam tot vndiq; fluctibus conquaſſatam denuò excitabit. O ſuauiſſima Chriſtianorum mater Eccleſia, ſi eo te munere Chriſtus non illuſtraſſet, vt in miſeriis floreres, in tenebris luceres, in ſanguine clareres, & hoſtium vel vi vel victoria triumphares, tamen hoc te nomine vel feliciſſimam duxe-

duxero, quod rei apertiſſima veritas ab hoſte tuo immaniſſimo hanc vocem elicuit, fore, vt labefectata opem, & obſcurata lucem, & vulnerata medelam, & ſuperata victoriam Philippi vel vi, vel prole conſequerere. O Philippe chariſſime Eccleſiæ fili, ſi iis te virtutum inſignibus non honeſtaſſet Deus, vt & propter generis claritatem qua ſplendes; & fortitudinem, qua bella geris; & prudentiam, qua pacis negotia nectis; & religionem, qua Indos illuſtras; & charitatem, qua Sanctiſſimos Societatis IESV *Patres; & Belgas tuos comprehendis, omnia antiquæ virtutis exempla ſuperes, tamen hoc vnico tuæ in Eccleſiam charitatis teſtimonio à Turca extorto, ea gloria floreres; quã nulla temporis circũſcriptio metietur; & ea virtutis fama vigeres, quam ipſa immortalitas excipiet, ſeu potius quæ ipſam immortalitatem exhauriet. vt ſi ego reliquas tuas laudes oratione mea terminare conarer; Chorœbi profectò perſonam viderer induiſſe, qui maris longe lateq́; patentis infinitas agitationes certo numero comprehendere aggreſſus fuerit.* DIXI.

RO-

ROBERTI TVRNERI CANONICI WRATISLAVIENSIS Oratio, De Religionis cura, Principis propria:

In aula Academica, ad Auguſtos Principes, Epiſcopos, Abbates, Præpoſitos, cæterumque Academicorum nobiliſsimum & ampliſsimum conſeſſum, Græcii habita, cum doctiſs. & C. V. D. Blaſius Laubich Prutenus, Auguſtorum fratrum, Leopoldi & Caroli, Præceptor, à Cancellario Academiæ Græcenſis ampliſsimo ad lauream Theologicam, quam Scholæ vocant Licentiam, ſiſteretur, Anno 1599. tertio Idus Maias.

DICAM *hodie (Auguſtiſsimi, Illuſtriſsimi, Reuerendiſsimi, Doctiſsimi Auditores) tantùm vnũ, ſcilicet nullam curam tàm propriam eſſe Principis, quàm religionem, & hoc vnum vno penè verbo dicam. Quid miramini? narrationem ſimplicem? Theologus ſum, non Orator. Nullum exordium? exordium fucus eſt & cincinnus: veritas verò, tanquam virgo, conſeſſui huic integello omnia, & puro vult ſe hodie ſiſtere viſendam, ſine fuco & cincinno. Sed vt rideatis, non miremini tantùm, hoc quicquid excuſo, exordium eſt, quod poſt narrationem & ex narratione plenè exit. Præter artem fortaſſè, ſed certè non contra artem.*

Nam Libanius, qui ætatem mentiſq; contentionem in artis diuitiis deliciiſq; conquirendis fixit totam, orationis partibus partes ita inſudit apteq; inſeruit, vt Athenæ ipſæ, quibus eloquentiæ non neruũ tantùm, ſed etiam florem debemus, rectè iudicarint, id in Libanij oratione fuiſſe artificioſius primum aut extremum, non quod ſchola præſcripſit, ſed quod ipſe digito poſuit, aut iudicio diſpoſuit. Quanquam quid requiritis à me artem, palatino potiùs quàm Academico? fuit ætas, illa quondam Duaci, Pariſiis, Ingolſtadij florens, cùm & placeret oratio, vel lita lumine, vel opaca vmbra, vel interſtincta colore, &, ex hac luminis, vmbræ, coloris varietate, concionis ocellum, ſurriſum, ſuſurrum ambitioſè forte aucuparer. Verùm hac ætate præcipitatâ, & penè extremâ; cùm cadat vox, fluat memoria, caligent oculi, torpeant manus, reliqua membra, quibus actio orationis animula continetur, langueſcant omnia: rideo certè. rideo ipſe me, non ſponte, ſed blanduli verbi, tanquam pharmaci Cyrcæi, propinatu, à palatio ad Academiam, id eſt, à quiete Muſæi ad Cathedræ iactationem punctulo tranſlatum.

At

At ne quis me poſſit iuſtè, vt Seneca Furium, reprehendere, quaſi nunquam magis aut palatinum quàm in Academia, aut Academicũ quàm in palatio: ſic moderabor orationi meæ, vt poßim videri & palatinis, quod de Principe dico, ſeriò palatinus; & Academicis, quòd de Principe Chriſtiano, non ineptè Academicus. Res ipſa, & clementia Auguſtæ genti inſita, facient, vt Auguſti Principes, Maximus-Æmilianus, Leopoldus, Carolus, faciles & libentes audiant. A reliquis auditoribus palatinus in Academia, narratio ante exordium, ars præter artem, & vna res, illa ſanè maxima, vno verbo perſtricta, facilè impetrabunt; vt, ſi nolint attendere, abeant mox hinc Athenas, non ad Libanios, ſed ad putidulos illos rhetores audiendos, qui nihil grauius contra artem peccat, quàm quòd omnia ad artem dicunt.

Quæ nos ætas, dii deæq́ue, quæ nos ætas habet? Non ſatis illi ad labem, æternamq́ue maculam, collegiſſe, diſtinctéq́ue numeraſſe Lutheranæ factionis quadraginta, Caluinianæ triginta, tres, diuerſas aduerſaſque ſententias, & aliam infinitam ſcelerum errorumque ſegetem ad inferni meſſem protuliſſe, niſi

apertè eat in ſeceſſionem à cælo, & Deo ipſo. Nam inuenit illa iam primum, omnibus omnẽ religionem ad ſalutem eſſe obuiam, nec hanc curam pertinere vlla parte ad Principem. Triumpha, inferne, iô, triumpha. Nam hæc factio, heri ex Luthero, tanquam muſcà ex fimo nata, dum religionem à ſolio, tanquam animam à corpore ſegregat, facitque ſolium ſine religione, tanquam corpus ſine anima, penitus truncum: tui certè imperij pomœria, longè, latè, ſumma facilitate, profert. Chriſtus aliter. Nam cùm ſatis intelligeret, fruſtrà ſe pœnis ſuis primam noxam piaſſe, niſi ad conſequentis vitæ noxas vel eluendas, ſi concipiantur, vel cauendas, ne concipiantur, ſolio religionem quaſi animam vinciret, quaſi magiſtrã præficeret: pro æterna ſua ſapientia illam mox iubebat, ſcribebatque omnibus legem, primùm quærite regnum non mundi, ſed Dei. Reliqua, mundus, ſolium, maieſtas, palatia, diuitiæ, appendices erunt, aut (Vt ſacro vtar verbo) adiicientur vobis. Si regno Dei, id eſt, Eccleſiæ, maieſtas regni terreni debeat mandatu Chriſti, vel inniti tãquam fundamento appendix, vel illigari tanquàm corpori anima, vel ſub-

ſubſeruire tanquàm pediſſequa dominæ: illos, qui toti ſunt in eo, vt hæc compago ſoluatur, meritò quis dixerit docere ſummam paganitatis, ſed ſtultæ paganitatis. Nam Paganitas prudens, ſiue Romana illa, ſiue Græca, quæ rationem tanquàm ſcintillam ex medio cinere obſcurè, ante Chriſtum, pellucentem ſecuta eſt, nihil vnquàm iuſſit ſolenniùs, nihil ſeruauit ſanctiùs, quàm ne peregrini dij, peregrini ritus irrepant, veteriſq́; reip. vel faciem deforment, vel diſciplinam euertant. Etſi vſu nondùm compererant illi ſatis, vi tamen naturæ, tanquam filo, ducebantur eò, vt ſtatuerent nouam religionem inferre, in remp. nouam diſciplinam, nouam vitam, nouam legem, noua omnia. Paulus clarè dicit, & ſine circuitione, translato ſacerdotio, fore translationem legis, atq; quod dicit Paulus, id & memoria præterita, & ætas ſemper conſequens comprobauit. Iobus, Aaron, Melchiſedech, Chriſtus, etſi, æternæ prouidentiæ præſcripto, ita ſubirent alter alterius in locum, vt priorem poſterior non euerteret, ſed prior poſteriorem innueret, eſſentq́; perpulchra ordinis deſcriptione, & præcedentes Chriſto via, & Chriſtus finis formaq́;

præcedentibus: tamen quoties mutata eſt forma ſacerdotij, toties mutabātur mod⁹ vitæ, legum ratio, alia penè reip. omnia. Vin' clarius? Tāta vis ſacerdotio tanquā diuinitatis expreſſioni indita eſt è cœlo, vt bonū bonā, & malum hypocriſeosq́; falſo colore illitum remp. faciat malā, omnisq́; probri plenā. De Anglia, quamdiu illa ꝑſtitit in veſtigio priſcæ formæ, ſcribitur, & ab iis, qui eā intimè norant, nihil orbē habuiſſe aut clero vincti⁹. aut Academia doctius, aut femina caſti⁹, aut viro ſincerius, aut rep. ipſa pulchri⁹. At poſtquā Caluinum audiit noui myſterij myſten, exiit cleri ordo in ſycophātiā, Academiæ doctrina in linguā. & factæ ſunt feminæ tàm viliter propudia, vt emāt iā non vēdant noctes; & viri tàm impudenter latrones, vt rapinā ducāt quæſtui, cædē gloriæ. Quæ forma reip? non ratio, abiit: non lex, ceſſit: non religio, exulauit. Quæ tandem forma reip? Vna femina dicā an furia, cui illa trita vox, miſce Galliā, turba Flandriā, perde Scotiam, vt Anglia ſola ſtet, & mihi quieta ſtet, ſi tamē diu poſſit illa ſtare ſic ſola, aut tibi ſtare ſic tyrannæ, aut quieta ſtare, ſic turbatrix, ſic turbata. Gallia perdidiſti antiquam tu-

Google

*am faciem, penè dixeram virtutem; & ex Cal-
uino eſt, cur perdidiſti. Nam poſtquam tuæ
venæ nouo huius presbyterio (ſic hæreſis vult
dici) tanquàm veneno plenæ erant, ita tabuiſti
tota, vt nec tueretur ſanguis martyrum tuam
religionem, ne pallidula; nec Academiarum
ſplendor doctrinam, ne flaccida; ne victori-
arum palmæ gloriam, ne vanida; nec deſcriptio
legum remp. ne occidua videretur & penè
mortua. Germania noſtra, non aliam forſan
remp. ſol vidit maiorem aut meliorem. Tot
Principes, quaſi Reges; tot ciuitates quaſi
Principes, facile eſt, vt defluant in factiones,
irritati alter alterius offenſione aut æmulatio-
ne: eos tamē vinxit religio priſca, & Spira re-
ligionis neruo ſub Cæſare freta, omnes fecit ita
vnum, vt nunquam legeretur aut corpus èx
multis tàm libere vnum, quàm Germania; aut
caput in corpore ſic vno tàm ſolide monarchi-
cum, quàm Cæſar. Hæc tamen imperij ſiue ma-
ieſtas, ſiue firmitas, dùm abiit poſt Luthe-
rum, abiit (lachrymæ, lachrymæ) abiit penè in
fauillam. Quare, cùm non Paulus ſolus, ſed
certiſſima exempla in auribus, oculiſque
noſtris defigant, ex labe fidei labē ſemper exi-*

ro reip: plumbeus ſit ille, non in Euangelio tantùm, ſed etiam in natura, qui neget vllam curam tàm propriam Principis, quàm ipſam religionem. Memini me vidiſſe Romæ, & Florentiæ ſtatuas, ſpecie hominis benè magni, longas, latas, omni opere & numero ita elegantes, vt in viua corporatura nec venulæ turgeant liuidiùs, nec oculi molliùs motent, nec color nũc lacteus, nunc rubicundulus aptius fluat. Denique omnia ſunt viua, niſi quod non habeant vitam, ſed cieantur, ſi cieantur, motu non ſuo, ſed alieno. Tange, inclinant; impelle, cadunt; lacerá, ſordent, luto intus farctæ & ſtramine. Principes Chriſtiani, qui in Chriſti cauſa frigent, mihi ſemper viſi ſunt habere inſtar harum ſtatuarum. Tincti ſunt aqua Chriſti, conſecrati nomine Chriſti, incluſi in Eccleſiam Chriſti. quid præterea? omniá dicuntur Chriſti. Iurares certè, vt Romanas illas aut Florentinas ſtatuas viuos homines, niſi tangeres, ſic iſtos Principes, veros Chriſtianos, niſi probares. Petit Turca? timent. Vitium inualuit? rident. Hæreſis dominatur in templis? torpent? Chriſti honori aut cauſæ perit hilum? Hilum dicunt eſſe, de quo Principem, non æquũ

eſt,

eſt, mouere digitum. Hilum, inquiunt, Chriſti quicquid eſt, præ eo Papæ, Cæſares, Reges, principes, nihil eſtis. Non æquum, pro hilo Chriſti, mouere digitum? ſtatuas puta Chriſtianorum, ſine vita, ſine motu cœleſti, mundo vitioq́, tanquam luto & ſtramine, tãtùm infarctas. Nam ſi eos animaſſet Chriſt⁹, pro hilo Chriſti, ſi quid tamen Chriſti debeat cenſeri hilum, maria, terram, cœlum miſcerent, mallentq́; tenuicula re Chriſti vindicata, mori; quàm, læſa violataque, viuere. Cõſtantini, Theodoſii, Iouiniani, Martiani fuiſtis, ô nomina, ô numina, fuiſtis. Incalui, incalui (Auditores) à nominibus horum Cæſarum, qui à mea parte ſunt omnes, adduntque orationi meæ momentum, non tàm quòd magni, quàm quòd pii; quanquam non alia magis re erant magni, quàm quòd pii. Quippe Conſtantinus, luſtratus iam è cœlo, nihil habuit prius, quàm neruos Paganitatis elidere, Chriſtianitatis firmare, ſolideq́ conſtituere. Theodoſij neſcio religio ſolio, an ſolium religioni debeat magis: id verò ſcio, ſimul & eum immiſſum in ſolium, & è Conſtantinopoli eiectum Arrium, qui populo Catholico templa & templorum vſum quadraginta plus minus annos

ſacrilegè intercepit. Iouinianus dictus Imperator diem mox dixit idolis, & quæ fixerat Iulianus Apoſtata, euertit vniuerſa, Catholicos reuocauit, Eccleſias aſſeruit. Martianus collocatus in ſolio, non prius conquieuit, quàm Apollinarem & Eutychen eradicarat, interpretatuſque eſt, per reliquam vitam, imperium, fortunæ donum; hæreticos eradicatos, gratiæ meritum, & ex pia voce adeptus eſt Pij cognomen. Nihilnè hic inſpergo ex ſacro fonte? adfundo, non inſpergo tantùm. Edixit Iſraeli Deus, ne habeat non dico communionem, ſed pacem vnquam cum Amalecho. Triumphati Ægyptij à Moſe, Acham à Ioſua, Golias à Dauide, alij ab Aſa; triumphati, & à ſtirpe euulſi omnes ob vnam Dei iniuriam, quòd aut colerent idola, aut aliam errorum ſegetem ſererent. Quid dubitas de euellendis Hæreticis? Amalechus, Ægyptij, Acham, Golias erant ſinguli imagines viuæq; expreſſiones hæreticorum, qui hodie induti nomen Chriſti, veram Chriſti religionem falſis criminibus obterunt. At fert noſtra ætas Iudæos. Hactenus ſi Chriſtum non polluant ore ſacrilego, & Chriſtianam rem vitij & conuitij ſui immunem

præ-

præſtent. Si contra hanc legem veniant, vide eos in Hiſpania, Luſitania, Gallia, Anglia eradicatos, non punitos tantũ. Atq; cùm vis cœleſtis, quæ Iudæorum quondam & factum zeli, & verbum impleuit energiæ, ita perierit iam tota, vt nulli hactenus Catholicæ communionis Catholico audiantur aut legantur ſuæ ſuperſtitionis ſcabiem adfricuiſſe: debent illi, in nullo contagionis periculo, non ſolùm ferri, ſed, ſi defluant ad alias partes, in communionem adſciſci, vindices & rigidè cuſtodes earum prophetiarum, quibus pugnamus & expugnamus, Chriſtum eſſe Meſſiam, eſſe Deum, eſſe noſtrum. Hæretici æquè, inquis, ferendi. Cui rei? lepra ſunt, inficiunt; peſtis ſunt, conficiunt. Sacras fortè literas ſeruant integras à labe. Seruant? demunt, addunt, aut aliam ſemper lituram de ſuo inſpergunt. Neque eſt, cur quiſquam defendat, eos viuere Chriſtum: viuunt Bacchum, Venerem, & quicquid ſenſus iubet; docentq; quæ Stoa potius dicit quàm probat, fatum, voluntatis in vnam partem neceſſariam vim, Deum authorem peccati, dicti facti nullam mercedem, nullam pœnam, & ſexcenta huius generis, quæ diſciplinæ religio-

nis,

nis, virtutis, reipublicæ incîdunt ſingula nervos. Qui ſic docent, viuent illi Chriſtum? viuẽt illi Chriſtum, quibus diſciplina eſt ſtultitia, religio ſuperſtitio, virtus ſomnium, reſp. nomẽ? Chriſtiani tamen dici volunt, nõ certè vt huius nominis vi ſint ipſi meliores, ſed vt nominis liquore tanquam melle conditiores facilius in mentes rudiorum influant. At certè quò ſe dicunt Philoſophiæ Chriſtianæ tenaciores, eò illi paganâ magis quàm Philoſophâ vitâ Chriſtianitatis fundamenta altius conuellunt. Id Chriſtus innuit. Nam cùm ſciret tyrannos & falſos prophetas miſeris maximè exemplis vexaturos Eccleſiam, ſuis hos ſic cauit, illos ſic contempſit: vt facilè videas tyrannos præ falſis Prophetis in Eccleſiæ vlcere eſſe oleum, aut ſi quid oleo lenius. Si tyranni incurſent, quid cauet? contemnit eos, tanquam floccum, aut rem indignam ſua cura. Nolite, inquit, timere, occidunt corpora. At à falſis prophetis iubet, vt caueas. Cur tandem? poteſtatem habent occidendi animas. De grandi periculo grandis cura. cauete, inquit, à falſis Prophetis, qui non corpus, labẽ terræ, ſed animam opus Dei, curã cæli, perdũt, & æternũ perdunt.

Vnde

Vnde aſcenſurus in cœlum, dùm prouidet pius pater omnia omnibus, non centuriauit milites, qui à gladiis, telis, reliqua tyrannide corpora vindicarent: ſed ne mentes vt corporum diuiſione multæ, ſic charitatis communione vnæ, abirent in partes, opinionumq́ ventis, quos priuati cerebri ſuperbia efflauit, agerentur, cauit omni cura, & , ad hanc curam exprimendam, Apoſtolos, Euangeliſtas, Paſtores, Doctores, quaſi in perpetua vigilia, collocauit. Quid? vni turmæ tot centurias opponendas? non quaſi aut Doctores, aut Paſtores, aut Euangeliſtæ, aut Apoſtoli non ſatis ſint ſeparatìm vilitati hæreticæ premendæ, ſed vt intelligatur ex apparatu belli cura Dei, ex cura Dei inſidiæ hoſtis, ex inſidiis hoſtis periculum ſummum. Quare cùm ex hæreticis plurima ad remp. permânet peſtis, commoditas nulla, premendæq́ hæreſeos exquiſitiſſimam diligentiam Deus oſtenderit ſibi curæ eſſe: princeps certè, qui hanc curam Dei ſedulò curat, non poteſt non eſſe plenus, vt zeli, ſic laudis & gloriæ. Quid laudem & gloriam inculco? Principes, ſi Dei hanc curam magnam deſerant, nulla alia laude conſequentur, vt eos

non cenſeat & terra ignauos, & cælum in Deum impiè ingratos. Princeps, quicquid eſt, Dei eſt, expreſſio Dei, vicarius Dei, vindex Dei; & à Deo habet, vt ſit melior expreſſio, prudentiã; vt verior vicarius, ſolium; vt fortior vindex, gladios, prouincias, ſubditos. Pro tot beneficiis quid exigit à Principe Deus? vt ſinat animas, ſui ſanguinis pretium, ſuæ prouidentiæ curã, ſibi curæ eſſe: vt Apoſtolis ſpiritũ, Euangeliſtis calamum, paſtoribus laborem, doctoribus ſinat vocem liberè ad ſalutem animarum fluere. Tantis beneficiis tantulum non reponet? Expreſſio Dei in re Dei erit obſcura? negligentia. Vicarius Dei in cura Dei erit incurius? torpor. Index Dei in cauſa Dei erit taciturnus? perfidia. Vindex Dei in fide Dei erit languidus? impietas. Accuſabunt certè Principem, quicunq; ille eſt, in extremo illo & horrifico die, prudentia, ſolium, authoritas, gladij, ſubditi, ſi hæc inſtrumenta à Deo ſibi data ad iuſtitiã, in fide, id eſt, cura Dei ſinat eſſe otioſa. Non deſunt tamen, qui in Principibus deſiderant aliquid neſcio quid, quaſi dum Hæreticos turbant, ipſi ſe cum hæreticis etiam turbent, & periculum adeant non neceſſarium.

Iſti

Iſti dupliciter (Auditores) peccant, & quòd putant memorabile facinus poſſe ſine periculo fieri, & quòd periculum, in hæreticis, tanquam quiſquiliis, eradicandis, ſtatuunt non neceſſarium. Pulchrè Alcibiades, Principem præferre ſpeciem hortulani. at hortulanus, vt bonus ſit, officijque ſui numerum perfectè impleat, non ſolùm plantare, ſeminare, ſed quiſquilias etiam ſuccreſcentes euellere debet. Adde, Principem bonum etiam paſtorem eſſe, id quod non ſolùm Homerus, qui cæcus plus in arte & natura vidit, quàm Poëtarum & Philoſophorum oculi omnes, in ſuo Agamemnone notauit, ſed ſacra etiam pagina in Dauide diſertè loquitur. Poſuit Deus paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſrael hæreditatem ſuam. Si non ſatis forſan intelligitis, explico. Effigies eſt Iacob, ſerui, qui coactus; Iſrael, filii & hæredis, qui libens paſtoris nutum ſequitur & imperium. Dauid ergò, & Princeps, & forma poſteritati Principis, niſi Iſrael filium ſponte amoris inclinantem teneat, ac Iacob ſeruum proteruè declinantem cogat intra officij lineam, næ ille proditi officij & hæreditatis cæleſtis diſſipatæ pœnas Deo perſoluet, perenni, vel viuæ lachry-

lachrimâ, vel mortuus flammâ. Quare, Dauid verus vt oſtẽderet Principibus, qui erant, qui erunt, hæreditatem Dei contra hoſtes Dei, ſi ingruant, quouis periculo redimendam, contempſit Golias. Contempſit tantùm? contempſit & ſtrauit Conſtantinus, Theodoſius, Quadus, & reliqui ſuæ quiſq; ætatis Dauides, ſi poſt pericula habuiſſent Eccleſiam & Deum: habuiſſent certè illæ ætates Arrium, Eutychen, Manichæum, alios, Eccleſiæ non perturbatores ſolos, ſed etiam euerſores. Pericula parua paruos & minuti animi viros, tanquam laruæ pueros, terrent ponuntq; extra ſe: at illi, quibus altitudo mentis è cœlo eſt, pericula grandia (auſim ſic dicere) terrent potiùs, quàm timent, gaudentq; Dauides Goliarum, Phyliſteorum Samſones, Machabæi Hiericheorum, Iudithæ Holofernorum, magni magnorum aggreſſu & obtritu, id eſt, ex periculis potiùs ſumunt, quàm demittunt animos. Hæc contra Catholicos, qui in cauſa Dei cùm deberent eſſe leones, videntur lepores, impieq; volunt Catholicos Principes zelo præuorti ab iis, qui ſtudent partibus. Hæretici verò, ſi qui inculcant Catholicorum Principum pericula, ridendi

potius

potiùs ſunt, quàm refutandi. Nam rudiorem̃ hanc Lutheri, aut Caluini illam paulò dulciorem fiſtulam qui libentes audiunt, hi ſanè in viculis & pagis, quos Principum Catholicorum liberalitate habent vniuerſos, ne vnum quidem vni Catholico angulum liberum & immunem ſinunt. Qui ſic agunt pro ſuo Luthero, exigent illi à Principe Catholico, vt tepidiùs agat pro ſuo Chriſto? frons, non ſolùm perfricta es his, ſed abijſti tota. Qui ne ruſticum quidem Catholicum in ſuæ terræ veſtigio ferunt, aut ſi ferant, vexant, multant, aliis exemplis miſerè atterunt, iniquè, non ſtultè tantũ requirunt à Catholicis Principibus, vt minus adferant animorum ad Eccleſiæ pomœria proferẽda, quã ad propagãdã ſectã illi. qui illi? factio, Lutheri factio, contra Eccleſiam factio, factio factionum poſt Chriſtum natum ſtultiſſima, iniquiſſima, ac ſanè à ratione & verbo (quod oſtentant) deſertiſſima.

Quod de Principe hactenus (Auditores) dixi, aut verbulo potiꝰ tanquam obſcuro colore inumbraui, id magis intelligi vellem de Sacerdote. Nam vt veteribꝰ, quos Moyſes adſtrinxit lege, regnum dicebatur ſacerdotale, quaſi

ſacerdotium tùnc ſequeretur regnũ & ſanguinẽ; ſic nobis qui Chriſti viã vitãq; liberi inſiſtimꝰ, ſacerdotiũ dicitur regale, quaſi ſanguis & regnũ iam eſſent tota in nutu ſacerdotij. Si zelus contra hæreſim, zelꝰ pro domo Dei, in Principe, hoc tẽpore, debeat nitere: in ſacerdote certè debet ille ſplẽdere, & ita ſplẽdere, vt ſacerdotẽ reliquis virtutib. inſignẽ, & zeli expertẽ, putẽ vmbrã; zelo incẽſum & aliarũ virtutũ notas obſcurè præferentem cenſeam tamen candelã in Eccleſia, aut potius ſolem. Quare admodum Reuerende & doctiſſime Cancellarie, cùm partium mearum ſit, hodie Blaſium Laubichium ſiſtere, tibi probatum, ſatis ego tibi, æquiſſimo ſanè iudici, videar probaſſe hominem, ſi illam de eo communem omnium vocem ſubiecero, Quicquid eſt, zelus eſt. Aliud vide, aliud longè maximum. Si Plato, ille qui omnem humanæ ſapientiæ numerum impleuit, rectè dixerit, ſuum cuiq; opus diligi, domum architecto, quòd ipſe fabricatus eſt; pecuniam auaro, quòd ipſe in arcam condiderit; alij aliud, quòd ipſe fecerit: non potes non amare & ornare Blaſium, tuæ Societatis opus. Nam Patres tui Braunsbergæ in Bruſſia primam

mam eius ætatem, tanquàm ſemen, in Academia ſuæ hortum inſeruerunt; inſitum poëſeos dulci rore inſperſerunt, Olomutiiq́; poſtea in Morauia Rhetorices & philoſophiæ fontibus irrigatum viderunt hui⁹ ordinis primum germen. Hunc tuo, doctiſsime Kleini, tuorumque collegarum rigatu, runcatu, fotu factum ex Olomucenſi germine florem Græcenſem (ſi velis iuſtè cum Platone & ad præſcriptum naturæ) debes in Licentiæ cathedra, tanquam monte, ad ſpectaculũ collocare, opus non ſocietatis tantùm tuæ, ſed etiam tuum. At quantum op⁹? quod Auguſta Maria gemma Germaniæ, Auſtriæ & Bauariæ, duarum ſanctiſsimarum & fælicisſimarum gentium miſcella & quidam quaſi cinnus, amor Poloniæ, Italiæ ſtupor, orbis propter tàm multam & fælicem prolem fælicitas, tanquam Phidiæ ſignum ſemel & inſpexit & probauit. atq; ita probauit, vt in eius fide probitateq́; Auguſtum Leopoldum, ſpem vrbis, vellet latere, & quaſi peroportuna ſtatione confidere. Quemadmodum nulli placere, eſt ſtoliditas; omnibus, peccatum: ſic Principibus placere viris, maxima laus eſt, & prudẽtiæ laus eſt. Te, doctiſsime Blaſi, meũ etiam

hodie factum amore, qui non ſatis poſſum laudare, monebo tamen, memineris quòd quemadmodum nihil erat fuiſſe ſemen, niſi exires germen, nec germen, niſi flos vireres: ſic ridiculum erit, te fuiſſe florem, niſi ad cæli meſſem flaueſcas. Eccum, Magnifice Cancellarie, ſupra alias virtutes, modeſtum tuum Blaſium; firmiori enim fronte fert ſe moneri, quàm laudari. Vin' plura? poſſum in hoc genere infinita: ſed probatus iam ille tibi non ſolum ſcholæ tuæ ſemen, germen, flos, opus, ſed etiam (vt vtar Theologus Theologa voce) zelotes, prudens, modeſtus, cùm de ſe non velit plura dici: tu etiam pro tua æquitate facilè feres, vt illud rhetorum vſurpem, Dixi.

ROBERTI TVRNERI Oratio, Ad ſereniſſimum Principem Bauariæ VVilhelmum. Ingolſtadii.

OMNIS *res, Sereniſſime Princeps, quæ habet vel commendationem ab arte, vel dignitatem à natura, creſcit ſplendetque magis loci ma-*

ci maieſtate. Videtur Sol pulchrior, quòd in cœlo; gēma precioſior, quòd in auro; oculus nitidior, quòd in capite; religio præſtantior, quòd in Principe, tanquam ſolio reſideat. Religio, Sereniſſime, in aliis ſi niteat, nitet ſua vi; at in Principe accipit à perſona ſplendorem, à loco altitudinem. Vnde nihil mirū, ſi tuæ religionis vis, illa ſit, quæ poſſit nec obrui tenebris, quia ſplendida; nec coërceri anguſtiis, quia alta. Non ſatis fuit tuæ virtuti & religioni, ſparſiſſe per Bauariam ſemina virtutis & religionis. tua virtus ſumma eſt, debet ſpargi; tua religio vehemens eſt, vult manare ad alios, & quadam naturæ tuæ bonitate ad nos vult manare, ita vndiq; vel diſſimiles loco, vel preſſos anguſtiis, vt nec meriti ſimus tantum, nec poſſimus mereri de tanto. Quò minus aut meremur, aut mereri poſſumus, eò diuinior tuæ religionis vis, quæ ex alpium latebris remotis illos quidem & reconditis eruis Benedictos, Bernardos, Siluestros, quibus benefacias. nec curas quibus, ſed quid agas. De hoc beneficio nec ago gratias, ne infinitè; nec laudo, ne ineptè; nec hortor, ne ſtultè videar dixiſſe, & præter normam. Tantum profiteor meo aliorumq; qui in hoc Collegio

ſub tua vel ala, vel nutu ſtudent, Religioſorum nomine hanc hodiernam veſtram humanitatē de nobis viſendis, tanquam virtutem non natā inter homines, ſed è cœlo lapſam, à Deoq́ quaſi decerptam, ſilentio veneraturos. tantumne? etiam Deum, in cuius manu eſt via & vita Principũ, rogabimꝰ ſeriò, perpetuò, ſuppliciter, de beneficiis in nos collatis, has veſtes noſtras, has patientias, hos pileos, deniq; reliqua omnia noſtra ornamenta intexat quaſi gēmas illi coronæ, quam tibi in cœlo imponet, de exemplo ſplendidam, de pietate auream, de religione ſummam. Dixi.

ORATIO NOMINE SERENiſſimi Principis Guilielmi Comitis Palatini Rheni, vtriuſque Bauariæ Ducis, &c. habita ad Reuerendos, Generoſos, ac honoratiſſimos Eccleſiæ Leodienſis Dominos.

AMOR (*R.G.DD.*) *ſiue qui fictus à poëtis agitat furore, ſiue qui delibatus è cœlo afflat ſpiritu, ſolet, quicquid agit, aut infra*

rem

rem agere, aut ſupra opinionem; nihil agnoſcit moderati, nihil certi; omnia turbat, omnia miſcet; in vna tantùm re habet legem, quòd nulla lege aut poteſt aut vult deuinciri. monſtrum videor loqui, ſed monſtrũ nõ eſt, amor eſt, quicquid loquor. atq; vt id, quod dico, videatis conſpirare cum veritate maximè, cogitate nihil eſſe ſanctius, nihil diuinius illo amore, qui ex grato animo proficiſcitur, & tamen hic grati animi amor, ita alget, ardet; ita ſtupet, acuitur; ita currit, ſubſiſtit; ita vacillat, hæret, quò videatur ſincerus; vt qui re non fuerit gratus, is nunquã aut difficulter ſanè collegerit ex tàm diſſidenti notione verum amoris ſenſum. quæ animi motio ſi quem vnquam affecerit, affecit maximè Sereniſſimum Principem, Dominum Gulielmum Comitem Palatinum Rheni, vtriuſque Bauariæ Ducem, Dominum patronum noſtrum longè benigniſſimum, qui vt certum aliquod certi amoris indicium edat de hoc hui⁹ eccleſiæ ſummo honore à vobis in Illuſtriſ. ſuum fratrem collato, ita agit omnia, vt nihil tamẽ videatur agere, ita nihil videtur agere, vt omnia tamen agat. quare etſi fortaſſe prudentiæ fuiſſet, amorem, quem dicendo

nunquam conſequaris, ſupprimere, tamen cum omnes conſuetudinis vel antiquitate imbuti, vel peruerſitate infecti, amorem velint exprimi, non velint ſupprimi; voluit prudentiſsimus noſter Princeps vobis à me dici, ſe amare veſtrã in dilectiſsimũ fratrem inſignem voluntatem; ſed tàm breuiter voluit à me dici, vt facilè colligatis, velle eum, quæri nõ ex oratione eloquẽtiæ; ſed ex breuitate, prudẽtiæ laudẽ. quare impertite mihi modici temporis vſuram, & ego vobis explicabo perpetui temporis amorem, qui debet videri iucundus, non tàm quòd eſt inſuſus in vos, quàm quòd eſt effuſus ab eo Principe, quo nihil vidit Sol benignius, nihil religioſius habet terra. In hoc officio ſiue beneficio, quod in Illuſtriſsimũ Principem Erneſtum cõtuliſtis, etſi omnia videat Princeps noſter, quæ amet; tamen vult intelligi, ſe nõ tã amare, quòd feciſtis eũ Comitem; natus enim fuit Dux: nec quòd creaſtis eum nouum Ducem; renunciatus enim fuit Epiſcopus: nec quòd eum auxiſtis nouo Epiſcopatu; dign⁹ enim fuit omnis infulæ omni honore: quàm quòd natũ Ducem, creatum Epiſcopũ, ita nouo Ducis, nouo Epiſcopi amplificaſtis honore, vt veſtro iudicio videat dignus

hoc,

hoc, videatur dignus illo. nam non omnis honor omnẽ ornat, ſed quo quiſq; eſt dignus maximè, is eũ ornat maximè. quem virtutis fructũ voluiſtis libari, decerpi ab Illuſtriſſimo Erneſto, cum eum vocaſtis ac prouocaſtis, vt eſſet Epiſcopus Leodienſis. vnde cum hac circumſtãtia augeatur veſtrum in Principem Erneſtum officium, augetur quoq; Principis noſtri in vos ſincerus amor. Sed vt res hæc nullo externo pigmento aut fuco illita & mihi auferat adulationis ſpeciem, & vobis adferat ſummi beneficij ſummam laudem, colligamus omnes circumſtantias. Decreuiſtis Principi Erneſto honorem Sedis. cuius? opimæ: optimæ, loquitur res ipſa. decreuiſtis homines. qui? Leodienſes, id eſt, iudicio, ingenioque præſtantiſſimi: produnt hiſtoriæ. decreuiſtis tempore. quo? nolo dicere, ne tubarum ac turbarum ſtrepitu contaminem hodiernæ diei lætitiam. decreuiſtis gratulantibus. quibus? orbis ſummo Pontifice, communi Patre, Sereniſſimo Bauariæ Duce veſtro amico. quæ omnia tantum faciunt ad huius honoris amplificationem, vt cogar exclamare, ô fælicem Principem Erneſtum à vobis factum Epiſcopum Leodienſem, in cuius

 ſum-

ſummam laudem conſpirarunt tempus, locus, populus, Deus, Pontifex, Dux, atq; ita conſpirarũt, vt ſi Deus hanc Principi Erneſto laureã nõ ſeruaſſet, non videretur prouidus; ſi non impoſuiſſet populus, non videretur prudens; ſi non nexuiſſent tempus, locus, nõ videretur facta ad normã; ſi non gratularentur ſummi Principes, non viderẽtur humani: ſed cũ ſint humani ſummi Principes, facta ad normã tempus locus, populus prudens, prouidus Deus, hanc lauream Reuerẽdiſſimo Erneſto ſeruarunt, nexauerũt, impoſuerunt omnes, idq; tanto cũ iudicio, vt ſinguli non tã gratulẽtur illi in honore, quã vobis in officio. etſi naturæ vis ſit tanta, vt cùm Princeps noſter maximè nolit, irrepat in dictionem grata ſui fratris memoria, tamen veſtri officii tanta eſt laus, vt ſi Principis noſtri amorem non communi trutina, ſed iudicii, tanquã aurificis ſtatera, examinaueritis, vix ac ne vix quidem poſſitis ſtatuere, magisne amet in Eccleſia Leodienſi Epiſcopum fratrem, an in Epiſcopo fratre Eccleſiã Leodienſem. quare cũ amor hic varius ac multiplex in duas ſe fundat partes, hinc in fratrẽ piè, inde in Eccleſiã Leodienſem amicè, ſi quãdo implicẽ ac permiſceam officium

cum

cum natura, amorem veſtrum cum amore fraterno; id conor efficere, vt vel ex duplici amore vnus amoris quaſi cirinus aptus ſit ac perpulchrè miſtus, vel Principis noſtri amor totus ex Illuſtriſſimo Erneſto effluat tanquam fratre, in vos influat tanquam amicos, aut, ad coniunctionem firmius, ex illo effluat tanquam capite, in vos influat tanquam membra.

ROBERTI TVRNERI ORATIO.

Dii omnia laboribus vendunt.

C*VM in omnia, quæ huius fabricæ complexu coercentur, mentis meæ aciem intendo, ſingulas quæ tantæ molitionis fabricator Deus nutu potius quàm opera, Numine potius quàm labore conglutinauit, animo comprehendo, mihi videre videor quandã effigiem & formam tanquam penicillo depictã, ad quam tanquam exemplar Deus omnes actiones noſtras voluit effingi. Nam dum cœlũ mo-*

motione quadam concitatiſſimè contortum, laboreq́ſempiterno agitatum, dum terram nihil fundentē, niſi immenſus hominis bouisq́ labor pri⁹ acceſſerit, dum hominem, quem natura ingenij acumine illuſtrauit, & mentis diuino munere cumulauit, non ſolùm in grauioribus hebeſcentem, ſed in leuioribus nōnunquam claudicantem, niſi in vi ſplendoreq́ ingenij ſui doctrina exornando, eloquentia poliendo, humanitateq́ quaſi informando omnes laboris induſtriæq́ ſuæ neruos intenderit, dum nihil, in quācumq́ partem mentis meæ vim intelligentiæq́ notionem infixerim, vel feliciter ad humani generis vtilitatem inuentum, vel ſuauiter ad voluptatem aſcitum, vel cumulatè ad dec⁹ perfectum video, quod non labor in penitiſſimis naturæ receſſibus prius reconditum in lucem eruerit: ſed vt lynceus perſpicio Deum in omnibus rebus id agere, vt nobis inſculpat nihil non dico laudabiliter perfici, ſed ne ſapienter quidem cogitari ſine labore, mentisq́ intentiſſima cura poſſe. Vnde admiror fuiſſe quoddam genus hominū tam tetrum, immane, turpiſſimisq́ omnium flagitiorum maculis aſperſum, quod fœlicitatem voluptate, ocio & deſidia.

ſidia definiret & metiretur, dum Deum ocio marceſcentem, nulloq; labore (ſic loquuntur) implicatum ſomnians Deum capite quaſi oppugnare, & diuinam prudentiam, qua omnia vinxit & coagmentauit, iuſtitiam qua vniuerſa temperat & regit, prudentiam qua ſingula conſtrinxit, communioneq; quadam amicitiæ deuinxit, non tàm conuitio violare, & proſcindere, quàm è medio tollere videretur. Nam ſi in voluptate tanquam in ſcopo vltimo à natura præfinito noſtræ actiones debent hærere, iniuſtitiæ labe eſſet notandus Deus, qui nos doloris aculeis configit. ſi tum fælicitatis cumulum conſecuti ſimus, quando ocio obtorpeſcimus, quid Deo aut dici aut fingi poteſt crudelius, qui laboribus nos infeſtat? ſi deſidia in rebus humanis primas tenet, incogitantiæ nota ſupremo Numini eſt inurénda, quòd omnem ſuauitatem amaritudine tanquam ſale interſperſit, omnemq; voluptatem ſiue è honore ſiue ex eruditione in mentes noſtras effluat & illabatur, dolore contaminauit. Sed cum illa excellens præſtansq; natura, ita omnibus bonis vndequaq; circumfluat, omniq; perfectionis genere cumulatè inſigniatur, ita vt nulla

nulla in eius vel actionib⁹ macula, vel cogitatione error vnquã inhæſerit, num quid tetrius quàm tantæ naturæ, vel tenuiſſimam iniuſtitiæ aut erroris ſordem aſpergere? Epicureum repellamus, vt Philoſophiæ labẽ; fugiam⁹, vt virtutis peſtẽ, menteq́; auerſemur, vt omnium flagitiorum cœnũ: illãq; ſententiam, quam natura nobis indidit, & impreſſit, dies confirmauit: naturã quid cogito? diẽ quid dico? quã Deus nobis inſtillauit, qui, tantum abeſt, vt otio aliquid deferat, vt potius omnia velit laboribus infinitis interſepta, & difficultatib⁹ ſummis intercluſa eſſe, & (vt triuit ſermo prouerbio tanquam ſyngrapha confirmatus) omnia laboribus vendit, & haſta quaſi poſita addicit. Quæ ſententia tam per ſe mihi videtur manifeſtè vera, & enucleatè manifeſta, vt qui in illa cæcutiat, plumbeus; qui ediſſerat, otioſus prorſus videri poſſit. Nam cum & luce meridiana clarius appareat, naturam nihil finxiſſe vndequaq; perfectum, ſed vrſino quodam more, omnia effudiſſe, vel ſpecie horrida, vel turpitudine tetra, vel imbecillitate minuta, vel ſqualore inquinata, vel fætore putida, non eſt quiſquam tam tenui cogitatione prædi-

tus, aut ab omni humanitate ita auerſus, qui non arbitretur numen diuinum vim ſummam quandā latentem labori indidiſſe, qui quicquid natura edidit, & in lucem ſuſcepit imperfectū, ſqualidū, inchoatum, illud ita limet, limatumq; expoliat, vt in omnibus & ſingulis diuina quædam ſimilitudo videatur eluceſcere. Nam (vt res minutiſsimas ſilentio præterſiliam) homo, cùm hæc fabrica nihil ſuis cancellis circumſcribat homine præclarius, inſignius, diuinius, quid (quæſo) habet, cùm primum (vt Ciceronis vtar verbis) in hoc corporis gurguſtio habitare inceperit, quod laudes? quid quod admireris? at potius quod nō repellas? quod non deteſteris? quod non odio plus quam hoſtili proſequaris? nam ſi pulchritudinem ſpectes, putidiſsimo pudore omnia inficit, ſanguinea tabe vndique ſqualet; ita vt videatur totus ex turpitudine plus quā belluina cōcretus, ita vt nihil tetrius. erubeſco dicendo. Si felicitatem cogites, clamoribus omnia complet, periculis vndiquaq; implicatus, cū nec vires languentes cibo fulcire, nec pericula imminentia conſilio ſubterfugere, nec malum à bono, ſuaue ab amaro indita naturæ vi internoſcere poſsit, ita vt nihil ſit eo abiectius.

con-

contremiſco cogitando. Si prudentiam deſignes, in nullum non genus periculi irruit: matrem, in cuius viſceribus miſellus incluſus fuerat, labore conficit, angore percellit; in ſimo ſuo (proh dolor) tanquam lutulentus ſus volutatur, vt nihil ſit eo ſtultius, nihil miſerius: perhorreſco ſcribendo. At verò poſtquam acceſſerit nutricis labor, poſtquam parentum diligentia eius vitam moribus finxerit, præceptoriſque induſtria mentem pietate imbuerit, habebis quod admireris, quod ſuſpicias, in quo obſtupeſcas. Nam membra conformatione quadam eleganter diſtincta modeſtum, vita omnibus virtutibus tanquam ſtellulis illuminata pium, lingua eloquentiæ ornamentis, tanquam inſignibus quibuſdam decorata felicem, prudentia in naturæ myſteriis indagandis, ſagacitas in excutiendis, acumen in decidendis Deum deſignat, & quaſi loquitur. Quod cum Anacharſis triginta iam annorum curriculo in Philoſophiæ ſtudiis decurſo pertentâſſet, omnes alios Philoſophos tanquam in clariſsimis hebeſcentes, conuiciorum aculeis compungebat, qui naturam tantis laudibus ornâſſent & nobilitâſſent, & in Deos reponerent, cum natura

non-

monſtra ederet, labor & induſtria res perfectè effingeret. Qui (ſi rectè ratiocinemur) rem ad veritatem, tanquam ad calculos diligentiùs vocâſſe videtur; quàm cæteri omnes patrum memoria Philoſophi: nam ſi naturæ potiùs, quàm Deo turpiſſimo Ethniciſmi errore implicati, rerum originem affingamus, rectiùs & firmiori rationis momento fulti, laborem, qui omnia perfectione cumulat, quàm naturam, quæ omnia inchoata procreat, in Deos referre debemus. Verùm cum diuinitas noſtram mentem ſuæ lucis radiis illuſtrauit, non eſt cur aut cum Anacharſe laborem in Diuorum numerum cooptemus ſtupidi; nec cæterorum Philoſophorum errore inficiamur miſeri, ſi mediam illam viam & interiectam teramus, vt nihil arbitremur Deum humano generi elargitum fuiſſe, vel ad fructum vberius, vel ad pulchritudinem ſplendidius, vel ad neceſſitatem conuenientius labore, induſtria, ſedulitate. Quod luculentiùs videbit is, qui ignauiæ labes fraudesq; inexpiabiles mēte complexus fuerit. Qua quàm primùm mens humana fuerit obſtricta (Chriſte bone) quas ſtrages edit? quæ flagitia in ſe admittit? Qui

namq; ignauia extabuerit, in omnia ſe flagitia ingurgitantem videmus. Mendacio inficitur, niſi manuum callum obduxiſſet, odio flagrat, inuidia conſumitur, Venere contaminatur, perfidia inquinatur, quid multa? omnia tàm diuini quàm humani Iuris repagula perrumpit, atq; adeò tàm eſt prorupta audacia, vt Deũ ipſũ inceſto ore violare, maledicoq; dẽte inſecare conetur, ſed quod in Tiberio eſt videre, qui vt affluentiùs voluptates hauriret, homines omnib⁹ flagitiis coopertos, & menſæ & vitæ ſibi comites aſciuit, ita vt palatiũ eius omnibus tanquã officina quædã nequitiæ pateret; Calphurniũ omni Philoſophiæ genere inſigniter excultũ, qui illi leges temperãtiæ, iuſtitiæ, virtutũq; omnium indixit, ſecuri percuſſit. Fauſtã thori ſibi vinculo copulatam, vt meretriciũ voluptatibus ſeſe conſtringendũ liberiùs daret, è medio ſuſtulit. O quantũ, & quàm fœdũ naturæ mõſtrum oratione depingo? O crudelitatem plus quàm Scythicã, non manus à cæde Philoſophi cohibuiſſe ſcholaſticũ? ab vxoris ſanguine non cõtinuiſſe maritũ? Videte, videte, quãta, quàm immania ſcelera ex deſidia, tanquam ex equo Troiano prodierint; ita vt videatur ſceleri & flagi-

flagitio quibus homo vitã ſuã inquinat, pœna à Deo cõſtituta, indeq; cognoſcite, clariſſimeq; pſpicite (niſi velitis in clariſſimis cæci eſſe) quanta vtilitate labor gen⁹ humanũ augeat & amplificet: nam res diſsidentes, maximeq; repugnantes, ſi copulentur, & facta collatione ob oculos ſimul ponantur, diluceſcent clarius. Quare cum otio nihil ſit infeſtius, cuius peſte literæ flacceſcunt, resp. concidunt, virtutum nerui inciduntur, non eſt dubitandum, quidquid vel terra alit nobile, vel ſol videt inſigne, vel Deus fabricatus eſt egregium, à labore è tenebris in lucem fuiſſe vindicatum, & ex induſtria emanâſſe. Quid (quæſo) illa animorum regina (vt loquitur Cicero) oratio calamiſtris verborum venuſta, ex quo alio fonte effluxit, quàm ex labore? Nam cũ Lentulus quidam deliciis verborum ſummo labore conquiſitis Dumarchum (vt refert quidam) in fraudem pellexiſſet, capitis illi mulctam irrogauit Dumarchus, niſi rationem quandam perſuadendi deſcripſiſſet. Quæ præcepta alij ſubſecuti diligentius expoliuerunt, vſque dum ad Ariſtotelis ætatem permanâſſent, qui eloquentiæ rationem

Digitized by Google

ſummo cum labore, ſummaq́ mentis commentatione, præceptis & methodo conſtrinxit & illigauit. Cuius artis laude Demoſthenem dum audio cæteris omnib. antecelluiſſe, cæterorumq́; omnium famam ſuæ gloriæ ſplendore obſcurâſſe, id non tribuo ingenio quo pollebat mediocri, neq́ naturæ, qua valebat parùm, ſed labori, diligentiæ, induſtriæq́ antelucanæ, qua (vt inquit Cicero) iniquo animo tulit, ſi non viciſſet opifices. Ideoq́ Demoſthenis oratio à Pitheo lucernam olere dicebatur, quia nunquam ad roſtra & concionem niſi præmeditatus acceſſit. Niſi in Philoſophiæ intimis myſteriis idem induſtriæ curriculum defixiſſent Philoſophi, Philoſophia adhuc tenebris circumfuſa fuiſſet. Quid illa longa Platonis profectio in Ægyptum, ſummo cum capitis & fortunarum periculo ſuſcepta, quantam lucem Philoſophiæ attulit? Nam poſtquam AEgyptiorum inſtitutionibus fuerat imbutus Plato, nihil in tota Philoſophia fuit ita naturæ inuolucris implicatum, ita difficultatibus obſtructum, quod non & ingenio indagârit, & acumine enucleârit, & eloquentia admirabili ſua perpoliuerit. Vt nihil de Ariſtotele dicam, qui vigin-

viginti annos infinito cum labore, incredibili cum mentis conſilio in Philoſophia collocârat, priuſquam Philoſophi nomine fuit inſignitus. Sed quid artes & ſcientias, quarum induſtria eſt mater, orationis noſtræ filo perſequor? quam nunc haberemus reipublicæ capeſſendæ formã, belli adminiſtrãdi effigiem, legum dicendarũ regulã, medicinæ pertractandæ normã, niſi labor è tenebris eam aſſeruiſſet? nulla iam foret. An hiſce laudibus laboris vtilitas, ſuauitas, nobilitas tanquam regionibus & terminis circumſcripta definitur? Nihil minus: nam quàm latè patet orbis, tàm latè diffunditur & propagatur laboris & induſtriæ immẽſa vtilitas, infinita ſuauitas, egregia nobilitas. Nã quid vtilius, quàm apum naturã in ſolitudine per omnem ætatem obſeruâſſe, obſeruatam ad noſtram vtilitatem traduxiſſe, & libris conſignâſſe? at hoc Meliſſi fuit, & laboris fuit. Quid ſuauius, quàm genus humanum per agros ferino more ſparſum in ciuitatis ſepta incluſiſſe, illorumque mores virtute effinxiſſe? at hoc Demadis fuit, & laboris fuit. Quid illuſtrius, quàm totius orbis clauum tenuiſſe, omnium gentium neruos incidiſſe, ſolum regio diade-

mate inſignitum fuiſſe? at hoc Alexandri fuit, & laboris fuit. Sed quid? laboris laus labore ſumma quadam cum voluptate interſperſo me opprimit; nam quocunq; oculos meos conuerterim, vel ſua me nobilitas opprimat, vel ſuauitas aures obtundat, vel vtilitas aciem mihi mentis præſtringat, vel ſplendor radiis ſuis oculos hebetet, vel magnitudo intelligentiæ meæ caliginem offundat, cuius vi & virtute effectū eſt, vt inchoata perpoliantur, artes vigeant, floreant linguæ, virtus propagetur, vitia infringantur, rerump. formæ inſtituantur, inſtitutæ nitantur, nixæ in omnem æternitatem durabunt, ſi laborem in iis reficiendis fixerimus, cui Deus laudem & honorem præmium propoſuit & conſtituit, ideoq; meritò dicitur, omnia quæcunq; cœli regionibus incluſerat, laboribus vendidiſſe.

DIXI.

RO-

ROBERTI TVRNERI Oratio.

Nihil ignauia tetrius.

NVLLA res poſt homines natos Auditores doctiſſimi, ſiue ad gloriam clarior, ſiue ad virtutẽ præſtantior, ſiue ad vitiorum fibras ipſas euellendas neruoſior vel humano ingenio inuenta, vel diuina munificentia nobis conceſſa fuit, quàm quod illa opinio in animis iam omnium & ſingulorum inueterauerit, nullum fuiſſe inuentum laudabile, quod non ex diligentia tanquam ex fonte quodam manaſſe, nec eſſe iam rem paulò rudiorem, quæ non diligentia tanquam lima quadam perpolire, nec fore aliquid ita tenebris oppletum, & in intimis naturæ viſceribus incluſum, quod diligentia è tenebris ad lucem aſſerere, ex naturæ obſcuritate ad humanam vtilitatem vindicare non poſſit. nam hæc ſiue opinio, qua imbuimur pii, ſiue ſententia cui affigimur ſinceri, ſiue naturæ inductio, qua afficimur impulſi, efficit, vt nihil

 tàm

tam videatur difficultatib. obſtructũ & intercluſum, in quo aſſequendo aut ſaltem perſequẽdo omnes corporis labores, omnem animi commentationem & contentionem non defigamus. Vnde vſu iam venit, atq; adeò diligẽtiæ ſubſidio vſu venit, vt quaſcunq; humanæ vitæ partes animo menteq; comprehendamus, illas non videamus horridè incultas, ſed egregiè excultas; non perturbatè ſolutas, ſed certa quadam ratione ita deuinctas, & certis quibusdam regionibus incluſas, vt ſi hanc vel illam partem loco moueris, tota iam totius vniuerſitatis perturbatio & confuſio conſequi videatur. quam iam iamq; imminere animo mihi proſpicere videor, dum ignauiam, qua mentes humanæ obſtrictæ extabeſcunt, ita omnia occupare video, vt quas res noſtri maiores præclariſsimi viri diligentia ſumma inuentas, & ordine digeſſerant, & ratione conſtrinxerant, ignauia & deſidia noſtrorum labefactatæ peſſum ire, atq; (niſi diuino numine fultæ cohærerẽt) multis ab hinc annis concidere viderentur. quare cum tantam & tàm tetram labem, in omnium non dico puerorum ſed iuuenum, adoleſcentum, ſenũ nominibus inhærere, penitusq; inſidere videam,

am, egregiam me reip. vobis, atq; adeò ipſi Deo operam nauaturum ſpero, ſi hodie ex hoc loco, coram vobis luce clarius effecero, nihil eſſe fœdius, nihil tetrius, nihil deteſtabilius ignauia. quod qui non viderit, ſenſerit, iudicarit, quid poſsit aut videre clarè, aut ſentire ſincerè, aut iudicare incorruptè, planè ignoro. Nam ſi in hanc rem animi noſtri aciem intendamus, ideò nos fuiſſe in lucem ſuſceptos, vt doloris aculeis confixos conſolatione recreemus, omni fælicitatis genere fluentes conſilio ſuſtentemus; vt hæreſeos crimine obſtrictos catholicæ fidei lumine illuſtremus, aut catholica fide præditos in ardentius religionis ſtudium incitemus; vt indoctos præceptis diſciplinisq; imbuam⁹ docti, aut doctos exēplo confirmem⁹ pij; vt remp. laceratam ſarciamus, aut florētem fulciamus; cum (vt rem breuiter comprehendam, & ab initio repetam) ideò fuerimus in lucem ſuſcepti, vt genus humanum aliqua vtilitate & beneficio amplificemus, & in omni vitæ noſtræ curriculo actiones, quæ charitatis nomine cenſentur, exerceamus, fit vt qui hunc finē à natura humanæ vitæ tanquam metam præfinitam aſſequuntur, aut ſaltē qui ad illū proximè accedūt,

eò ſint virtutibus clarioribus ornati & inſtru-ſti, qui ab eo longius recedunt, eò turpioribus flagitiorum maculis inuſti & aſperſi. at tantùm abeſt, vt homines ignauia otioq́ torpeſcẽtes hunc ſcopum poſſint attingere, vt potius omni charitati, naturæ, ipſiq́ Deo charitatis authori, & naturæ totius ſupremo architecto bellum plenis (quod dicitur) buccis & buccinis denunciaſſe videantur. nam quid (quæſo) hoc eſt aliud, quàm illam ſupremam & præſtantiſſimã naturam ex naturæ finibus velle exterminare, ſic ſemper otio implicatũ deliteſcere, vt nihil cogites, quod non mentẽ aliqua voluptate titillet; nihil loquare, quod non menſam exquiſitiſſimis deliciis extructam, aut poculum meraciſſimo vino plenum ſonet; nihil audias, quod ſermone quodam fucatis quibuſdam cincinnis ſuauiter intexto, aures tuas non deliniat; nihil manibus vſurpes, quod nõ hũc craſſiſſimũ ſenſũ ſua leuitate quaſi delibutũ reddat; ſic (inquã) otio implicatum deliteſcere, vt ſi quam ab his voluptatibus horulam Deo aut patriæ impartiueris, illam in re vaniſſima, nulliuſque momenti collocatam poſitamq́ arbitrere, quid hoc (inquã) eſt aliud, quàm præſtantiſſimam illam naturã ex na-

ex naturæ finibus, bello pluſquã Gygãtæo, velle exterminare? nam poſtquam hæc ſentẽtia in animus hominum leuiter impreſſa fuerit, ſic ſuas cogitationes inſtituũt, vt ſi quid otij ſui curſum leuiter inhibere poſſit, illud quamprimùm obſtaculũ ſumma diligentia, attentiſſimaq; cura remouere conentur. Vnde fit, vt cum nihil arbitrẽtur otio ſuo magis repugnans virtutib⁹, virtutes obterant; nihil magis contrarium pietate, pietatem comminuant; nihil infeſtius Deo, opinionem omnẽ de Deo in ipſis communibus ſenſibus infixam è medio tollere contendãt, & pro ſua in Deũ malitia odioq; incredibili enixè contẽdant. Quod cum diligentius cogito, inducor vt credam, ex nullo alio equô Troiano quàm ex ignauia prodiiſſe tot noſtra memoria Angliæ Huſſos, tot Germaniæ Lutheros, tot Franciæ Bezas, tot Flandriæ Marſos, tot Italiæ Hiſpaniæq; (proh dolor, religionis fontes ſuis ſordibus inquinauit deſidia) Velleios & Diagoras. nam dum otiũ inflãmato quodã ſtudio, per fas nefasq;, vi neruisq; omnibus conſectantur, in antiqua religione otio inimiciſſima labefactanda omnem operam defigunt, nouamque quandam ſpeciem ad irridendam plebeculam

culam egregiè luculentam ab inferis excitant, quæ viam rationemq́ vitæ in ſummo otio degẽdæ confirment, eoq́ tandem veniunt, vt omnem cum religione & humanitate de Deo ſententiã exuant. quid? eſtne ignauia hæreſeos fomentum? hæreſeos fomentum? perpuſillum illud eſt, nec tanti flagitij teterrimam labem ſatis exprimit. eſt nam Atheiſmi fons & principiũ. quid? Atheiſmi origo ignauia? Atheiſmi origo? etiam minutum eſt hoc nomen, tantoq́ ſcelere, quod omnia in ſe flagitia complecti videtur, leuius. nam quo tu digno nomine illam humani generis peſtem, illam bonorum omnium ſtragem, illam religionis maculam, illam eccleſiæ labem ignauiam potes appellare? cùm enim Varro quatuor inprimis res ab hominibus ſummo in pretio habendas, diuiniſq́ laudib' (vt quæ à Deo effluxerint) cumulãdas arbitratus fuerit, reſpub. amicitiã, leges, diſciplinas, quid illa peſte funeſtius fingi aut dici poteſt, quæ reſp. euertit; ſocietatem, quam natura hominibus cum hominibus peperit, diſcindit; legum repagula perrumpit; literas diſciplinaſque omnes cõminuit? ſi.n. reſp. fortitudine & ſapientia tãquã firmamentis, ſocietas amore & beneuolẽtia tan-

tanquam neruis; leges iuſtitia & religione tanquã vinculis; diſciplinæ labore & diligẽtia tanquã cõpagibus quibuſdam contineantur, plumbeus ſit neceſſe eſt, qui hæc omnia deſidia nõ dico labefactari, ſed cõcidere non viderit, cũ nullum fortitudinis veſtigium in homine voluptatibus otioq́; irretito apparere; nulla amoris & beneuolentiæ adũbrata ſpecies in viro qui omnia ad quietẽ & deſidiam refert, enitere; nulla iuſtitiæ religioniſq́; fucata forma in eo, qui religioni euertendæ omnem ſuam operam adhibet, eminere; nulla laboris & diligentiæ leuiſſima effigies in iſto elucere poßit, qui tùm ſe fœlicitatis cumulum conſecutum putat, cum otio langueat, mollitieque quadam carnis incredibili diffluat, quaſi contra laborem diligentiamque bellum quoddã inexpiabile ſuſcepiſſe videatur. Periãdrum, qui omne induſtriæ ſuæ curriculum in ciuib ad pietatem informandis defixerat, certas leges, quibus ſoluta illorum vita deuinciri, & quaſi quibuſdam terminis definiri potuit, illis tuliſſe legim⁹. quibus homini qui alieno ſanguine manus ſuas aſperſit, perpetuam ſeruitutem; qui in alienas fortunas inuolauerat, notam fronti inuſtam; qui ſe mendacio obſtrinxerat

Google

rat, menſis ſiletium; qui turbarum in rep. cienddarum authores fuerunt, perpetuum exiliũ; qui nulli ſtudio, vnde ad remp. aliqua vtilitas permanare poſsit, operam ſuam dicabat, mortem ſceleris pœnam irrogauit, poſteaque corpus illius porcis diſcerpendum dilaniandumq́; ſtatuit, ter præcone in ſumma ciuium corona ſummis lateribus exclamante, par eſt, vt is in porcinam naturam trãsferatur mortuus, qui vitam pluſquam porcinam in ſummo otio, turpiſſimaq́; voluptatum colluuione traduxit viuus. Poteſt fortaſsè cuidam inconſiderantiæ iniuſtitiæq́; notis inurendus videri Periander, q́ homicidium ſeruitute tantùm mulctauerat, deſidiæ illigatos & capite deminuerat, & crudeliſsimo quodam more modoque poſt mortem tractauerat. Sed ſi ille paulò attentiùs mecum conſiderauerit, ſcelere quanta, ſpecie quàm tetra labes ignauia ſit, in hanc mecum opinionem deſcendet, Periandrum in illa lege ferenda à iuſtitiæ rectiſsima regula, ne tantillum quidem deſciuiſſe. nam cum animis omnium nihil ſit præclarius, nihil illuſtrius, nihil diuinius, vt qui ex ipſa diuina natura ſint hauſti & delibati; & corporibus ignauo-

rum

rum nihil ſit horridius, nihil turgidius, nihil lutulentius, iniquum videri debet rem longè præclariſſimam corporis tàm tetræ moli fore illigatam. ideoq; ſuas rationes ad iuſtitiæ normam exigiſſe videtur Periander, qui animam rem longè diuiniſſimam à fœdi corporis (in quo tanquam gurguſtio habitabat) concretione ſegregauerit; corpus, quod viuum cum porcis ſummam coniunctionem habere videret, porcis iam mortuum iuſtè tribuerit & reſtituerit. quanquã ſi rem nõ ſubtilius, ſed pingui Minerua diſſeramus, maius incommodum ex ignauis, quàm ex parricidis in remp. deriuari planè cõſtat, cum deſides ſummam ſemper reipub. vaſtitatem afferant; homicidæ tela reipub. iugulis intenta ſæpiſſimè & fortiſſimè repellant. id quod populus Rom. multorum conſiliis omniumq; ferè ætatum experientia inſtructus dũ vidit, lege ſanxit, vt cui manus labore non occalleſcebant, ex ciuitatis finibus eiiceretur, vt à quo deſidia infecto pericula ſibi omnia timebat. quem hac voce vſque ad mœnia ciuitatis exeuntem proſequebantur, fœlix ciuitas quæ venenum, quo inficiebatur, euomuit; fœliciores ciues, qui reipub. miſerè laboranti

hodiè

hodie medicinam fecerunt. & populo Romano digna egregia hiſtoria; atq; cum multa de Romanorum antiqua virtute memoria literiſq; conſecrantur præclara & illuſtria, tùm haud ſcio, an quicquam præclarius, quicquam illuſtrius. Sunt enim indigni, qui ciuitatis cõplexu coërcerentur, qui ciuitati quantulamcunq; operam non nauabant; ſunt indigni; qui cum Romanis (quibus tunc temporis nihil fuit virtute antiquius) vitæ ſuæ curſum tranſigerent. Quid enim illis magis timendũ erat, quàm ne iuuenes virtutis veræ rationem acriter perſequentes ignauorum ſordibus, luxu, mollitie inficerentur, atq; ſic reip. tandem fundamenta labefactarentur. Nam vt venenum in viſceribus noſtris incluſum corporis plusquam gladiatorij vires infringit, humores puros, & ab omni turbidiori agitatione integros inficit & conficit: ſic ignaui in ipſis reip. medullis penitùs inſidentes iuuentutem reip. florem ſuo exemplo corrumpunt, facultates reip. firmamenta luxu exhauriunt, & tandem ipſius reip. legibus optimè conſtitutæ neruos incidunt. quod quàm ſit verum, facilè videbit, qui omnes ætates animo comprehenderit; nullam remp. ex-

terno

terno bello, vel vehementiùs attritam, vel acriùs afflictam, vel ſæpiùs euerſã video, quàm cum Reges otio ignauiæq́; affixi reip. clauum teneant, omnemq́; armorum, pietatis, virtutis curam abiecerint. Atq; (ne longius rem repetam) quid reſp. aluit tetri⁹, vel ſol humano generi vidit funeſtius Dædalio Perſiæ Rege? qui cum ab antiquæ virtutis via deflexiſſet, reliquum ætatis ſuæ curſum in luxu otioq́; tranſacturus, quod genus flagitij, aut ſpecie tàm tetrum, aut turpitudine tàm funeſtum, aut natura tàm infeſtum, aut grauitate tàm horribile, in quo tanquam in cœno ſeſe non liberè volutauerit? principio Veſtalium, quæ arctiſſima ſe caſtitatis religione aſtrinxerant, domum funditùs euertit, duas forma præ cæteris luculentiſſimas ad libidinem, qua æſtuabat, ſedandam ſibi aſciuit. nunquid ſcelus ipſum videtis? palatium, in quo Frontone patre viuente & vigente, iuſtitiæ antiquæ norma conſpiciebatur, continẽtiæ ſolida & expreſſa forma florebat, libidinis diuerſorium, totiusq́; nequitiæ officinã, quadraginta ibi lenonibus conſtitutis, effecit. nunquid monſtrum timetis? Lyſimachum eloquentiæ laude præ cæ-

teris ſuæ ætatis oratoribus florentem partim blanditiis pellexit, partim grandi pecunia comparauit, vt libris duobus eleganti dictionis filo contextis, ſuauiſſimaq; orationis elegãtia aſperſis, vno caſtitatem oppugnaret, altero numinis opinionem ex animis hominum euelleret. nunquid diabolũ humana forma indutum perhorreſcitis? ſed vereor, ne dum otij fœdiſſimas labes oratione conſector, & otio & patientia veſtra turpiter abuti videar. nam ſi ignauia à naturæ tramite longiſſimè receſſerit, ſi religionem infregerit, ſi diuinum numen è medio ſuſtulerit, ſi rerump. fundamenta labefactârit, ſi ſanctiſſimas leges comminuerit, ſi ſuauiſſimam amicitiã diſſuerit, ſi diſciplinas omnes obtriuerit, vt certiſſimis rationum momentis ratum fecimus, neminem arbitror ita ab omni virtutis honeſtatisq; ſimulatione abhorrentem, qui non ignauiam humani generis peſtem eſſe arbitretur, & hanc labem fœdiſſimam à ſua exiſtimatione quamlongiſſimè non repellat

DIXI.

ORATIO A BENEDICTO Mandina Epiſcopo Caſertano, congregationis Clericorum Regularium, Nuncio Apoſtolico ad Sigiſmundum Regem, Senatumq; Polonum de fœdere cum Chriſtianis contra Turcam paciſcendo, in Comitiis Varſauiæ die XXX. Martij An. 1596. recitata.

QVAM vehementer (Sacra Regia Maieſtas, illuſtriſſimi Proceres, Senatus ampliſſime, cæteriq; inclyti, potentiſſimi Regni huius, nobiliſſimi Ordines) Sanctiſſimus Dominus Noſter in Regem, Senatum, populumq; Polonum animatus eſt, ego extremis hodie lineis, ſi poſſem inumbrare, putarem certè me ſatis momenti allaturum vel ad ſanciendum, fœdus, cum Chriſtianis, vel ad perſuadendum bellum contra Turcas, ſi nudè tantùm vnoq; verbo dicerem, me ex extrema vſq; Italia à Clemente octauo Pontifice Opt. Max. miſſum ad vos huius rei cauſa, & able-

ablegatum fuiſſe. Nam beneuolentia, pietatiſq; qua Summus Pontifex ſumma Poloniam proſequitur, & ſemper proſecutus eſt, lineas primas qui videt; conſideratque cum animo ſuo hunc affectum exire ex illa prouidentia, quam Deus tanquam anima Eccleſiæ ſuæ corpus vegetat, & perpetuò informat; recto is rationis filo ducetur eò, vt ſtatuat & quaſi certum è cœlo defigat, hanc nec pietatem velle, nec prouidentiam poſſe quoquo modo fallere, & in fraudem pellicere: verùm cum lachrymæ, quæ Clementi octauo pro Polonorum ſalute ſæpe fluunt, & cogitationes quæ pro Polonia ipſa perpetuæ, & ne noctibus quidem interciſæ, excubant, tantam ſpirent in hoc regnum pietatem, quanta nullo verbi colore tenuiter quidem effingi poterit: video mihi à re ipſa impoſitum iri neceſſitatem dicendi hodie apud vos, ſi pro Chriſtianorum fœdere aliquantò operoſius, certè contra Turcicam perfidiam multò liberius. Et ſi ego ab omnibus naturæ artiſq; ſubſidiis imparatus, indignus omninò ſim, qui Apoſtolici ad vos aut Legati nomine cenſear, tamen cum dicturus ſim nomine Pontificis, qui vos tenerius amat quàm pater filios, & dicturus

ſim

ſim Chriſtum, cum fortunis veſtris & libertatibus penitùs implicatum, ſpero me à veſtra omnium æquitate impetraturum, vt ad orationem meam faciles hodie aures, ſitienteſq́; afferatis. Quare nec veteri Rhetorum more rogabo vt attendatis, Pontifex enim à quo miſſus, & Chriſtus cuius cauſa miſſus ſum, hoc à vobis quodam iure exigunt. nec deprecabor, quod orationem affero nullo aut flore ſparſam, aut artis gemma intermixtam, profiteor enim me dicturum hodie Chriſtum, vt nudum, ſic ſine exquiſitæ artis aucupio nudè.

Cum omnibus (Sereniſsime Rex) qui Chriſtum profitentur, & viuunt, pax præcipuè curæ eſſe debeat, cùm Pontifici maximè; qui Chriſtiani orbis cor & caput, quam Chriſtus præiuit illi viam orbis regendi, rectèque conformandi, eam inſiſtere debet, & ſolet. Chriſto autem pacem inprimis cordi fuiſſe, loquitur primò eius vita, quæ tota erat, præſepe, ſtabulum, colaphus, ſputum, crux, vt vno verbo dicam, tolerantia, & pax: cùm cõtra qui aliorum Imperiorum rationes fundârunt & conſtituerunt, principium ſemper duxerint, Romulus à cæde, Virginius à ſeditione, Philipp⁹ à fraude,

ablegatum fuiſſe. Nam beneuolentia, pietatiſq; qua Summus Pontifex ſumma Poloniam proſequitur, & ſemper proſecutus eſt, lineas primas qui videt; conſideratque cum animo ſuo hunc affectum exire ex illa prouidentia, qua Deus tanquam anima Eccleſiæ ſuæ corpus vegetat, & perpetuò informat; recto is rationis filo ducetur eò, vt ſtatuat & quaſi certum è cælo defigat, hanc nec pietatem velle, nec prouidentiam poſſe quoquo modo fallere, & in fraudem pellicere: verùm cum lachrymæ, quæ Clementi octauo pro Polonorum ſalute ſæpe fluunt, & cogitationes quæ pro Polonia ipſa perpetuæ, & ne noctibus quidem interciſæ, excubant, tantam ſpirent in hoc regnum pietatem, quanta nullo verbi colore tenuiter quidem effingi poterit: video mihi à re ipſa impoſitum iri neceſſitatem dicendi hodie apud vos, ſi pro Chriſtianorum fœdere aliquantò operoſius, certè contra Turcicam perfidiam multò liberius. Et ſi ego ab omnibus naturæ artisq; ſubſidiis imparatus, indignus omninò ſim, qui Apoſtolici ad vos aut Legati nomine cenſear, tamen cum dicturus ſim nomine Pontificis, qui vos tenerius amat quàm pater filios, & dicturus

ſim

ſim Chriſtum, cum fortunis veſtris & libertatibus penitùs implicatum, ſpero me à veſtra omnium æquitate impetraturum, vt ad orationem meam faciles hodie aures, ſitienteſq́; afferatis. Quare nec veteri Rhetorum more rogabo vt attendatis, Pontifex enim à quo miſſus, & Chriſtus cuius cauſa miſſus ſum, hoc à vobis quodam iure exigunt. nec deprecabor, quod orationem affero nullo aut flore ſparſam, aut artis gemma intermixtam, profiteor enim me dicturum hodie Chriſtum, vt nudum, ſic ſine exquiſitæ artis aucupio nudè.

Cum omnibus (Sereniſſime Rex) qui Chriſtum profitentur, & viuunt, pax præcipuè curæ eſſe debeat, tùm Pontifici maximè; qui Chriſtiani orbis cor & caput, quam Chriſtus præiuit illi viam orbis regendi, rectèque conformandi, eam inſiſtere debet, & ſolet. Chriſto autem pacem inprimis cordi fuiſſe, loquitur primò eius vita, quæ tota erat, præſepe, ſtabulum, colaphus, ſputum, crux, vt vno verbo dicam, tolerantia, & pax: cùm cõtra qui aliorum Imperiorum rationes fundârunt & conſtituerunt, principium ſemper duxerint, Romulus à cæde, Virginius à ſeditione, Philipp⁹ à fraude,

Cæſar à bello, ab aliis furoribus alij. Hæc res ſi non eſſet tàm perſpicuè vera, quàm Chriſtum eſſe in pace natum, in tumultu mortuum, ex eo tamen vno liquidò vinceretur, quòd Euangelij vox audita eſt in terris prima: Pax hominibus bonæ voluntatis; & vltima audietur tuba cùm Dominus ad iudicandum venerit: quaſi eſſet vt Iudicis, ab huius mundi tribunali egredi more leonis, & pugnantis, ſic Seruatoris in hoc mundi theatrum ingredi ſpecie ouis & patientis. Hanc pacis doctrinam ex Chriſto delibatam & hauſtam; cùm Pontifex & ipſe fateatur, & alios doceat: mirabuntur fortaſſe aliqui, vel non ſatis illi ſani, vel in re Eccleſiaſtica hoſpites valdè & peregrini; quid cauſæ poſſit eſſe Pontifici, qui ſe profitetur pacis doctorem, conuerſo quaſi Euangelij orbe, Polonis facem ad bellum præferat & tumultũ. Et iuſtè quidem hi mirarentur, ſi quæ dicitur pax Turcica bellum non eſſet, omniũ quæ poſt natos homines geſta ſunt odio immaniſſimum, re maximum, euentu periculoſiſſimum; Odium quid exaggero? Turcicum eſt, & contra Chriſtum ipſum; Rem quid narro? Tyrannis eſt, quantam infernus poterit excogitare maxima: Euen-

Euentum quid exprimo? Vngariam videtis fælicem forſan, ſed maximo certè Chriſtianorum malo fælicem: quæ ſi aurum proferat, Turcis proferat ad gazam; ſi æs, Turcis ad arma; ſi fœminas, Turcis ad libidinem; ſi viros, Turcis ad ſeruitutem; & (quod ſeruitute peius eſt) omnia Mahometi ad obſequia. O miſeram Vngariam, & hoc ſolùm nomine miſeram, quòd paci Turcicæ credidiſti. Quare è ſpecula Pontifex cùm videret pacis nomine in ſpeciem quidem pulchro, ſed ad exitium inſidioſo quaſi veſtigio quodam irrepere in alias Chriſtianorum partes, & quas non poteſt armis ſub iugum mittere, eas arte, aliam ſupra aliam occupare: ſtatuit ſe, vt patrem & paſtorem omnium debere, inter hanc vulpeculam, (quæ Chriſti vineam demolitur) & Chriſtianorum (grande crimen molli notabo nomine) ſimplicitatem, ſuam iam tandem prouidentiam interponere. Hortatur ergo vos (Equites Poloni) Summus Paſtor ouium Chriſti non ad tumultus mentis, quaſi Euripi immanes & inſanos fluctus, ſed ad pacem illam veram & firmam, quæ duabus tantùm rationibus comparatur, iciendo fœdere cum Chriſtianis, & acinace acuendo

contra Turcas. Quod ſi fortè adſit qui neget vllum bellum ſuſcipiendum iis, qui Chriſtiano nomine cēſentur, næ, is toto errat cœlo: cū æternus ille rerum conditor à militia cognomen Dei Sabaoth, id eſt, exercituum hauſerit, & in medio cœlo viderit ac probârit bellum illud mentium beatarum cum Spiritibus apoſtaticis, qui quod monumentum & ſolium ſuperbiæ ſuæ non potuerunt erigere in cœlo contra Patrem; id iam per Turcas conantur in terris excitare contra Chriſtum. Tenet quidem vos pace Turca, ſed pace, quæ eſt bellum; Inuitat vos Pontifex ad bellum, ſed bellū quod erit pax, & pax quæ non Turcicæ perfidiæ leuitate, tāquàm pluma, ſed firmiſſimis veſtri acinacis & lacerti radicibus perpetuò nitetur. Non ſum tàm exquiſitè rigideq́; Chriſtianus, vt fœdus non feram cum Turca, quod neceſſitate extrema impoſitum non potuit aut arte eludi, aut commodè declinari; nec quidē tàm lentè frigideq́; Chriſtianus ſum, vt fœdus cū omni infideli tāquàm iocum ac ludum probem & admittam: Nam cùm fœdus ipſum profiteatur quandam communionem amoris & voluntatis in eos cum quibus colitur ſocietas, & odij, vel certè non amoris

moris in eos qui hoc fœdere non comprehenduntur, velintq́ omnes, qui Mahumetana fraude deuincti & obſtricti ſunt, Christum, Chriſtianumq́ nomen penitus & à ſtirpe interire; cum hac peſte lueq́ hominũ qui in ſocietatem fœderis veniunt, eiuſdem voluntatis ſocietate videntur teneri, quo crimine nullum poteſt à nobis concipi vel admitti, vel labe tetrius, vel in cœlum contumelioſius. Id quod Dauid Rex oculo non ſenſus obſcuro, ſed puro illo claroq́ Prophetiæ, quia vidit, profitetur ille apertas & perpetuas cum hoſte Dei inimicitias, iſtudque cecinit poſteris, non tàm ad auris titillationem, quàm ad mentis noſtræ inſtitutionem, illis verbis: Nonnè qui te oderunt Domine oderam? & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Perfecto odio oderam illos, & inimici facti ſunt mihi. Odium hoc Dauidis in hoſtes Dei tàm vehemens erat, ſi affectum; tàm penitùs inſitum, ſi modum ſpectes, vt putârit ſanctus Zeli Cœliq́ plenus, ſe complicatam mentis ſuæ notionẽ non ſatis diſtinctè expreſſiſſe, niſi illud ſuum odium non ſolùm interrogationis amentata quaſi haſta, ſed alio modo variè explicaret. Oderam, inquit, illos. tantùmne?

odio oderam; quoſ? vehementi illo & perfecto: ita vt odio hoc tanquam Zelo implicitus totus intabuerim. Nos qui tantùm latinis literis tinctiſsimus, quid ſibi velit hic dicendi modus, non ſatis capimus; at in ſancta lingua, hæc interrogandi forma & eiuſdem rei inculcatio, tantam vim habet, vt Vatinianum illud odium, quod Ciceronis ætas nobilitauit, & Turcicum, quod noſtra, præ hoc Dauidis in hoſtes ſic expreſſo, molle videatur aut prorſus nullum. Si Dauid, qui ſcintillam tantùm Dei ex legis nube obſcurè emicantem viderat, inimicitias capitales cum inimicis Dei apertè profiteri verbo exemploque docuerit; Nos certè quibus Chriſtus aperuit quicquid habuit lex ænigmatis, aut Euangelium gratiæ, & veritatis; ſi amicitiam vel fœdus cum filiis Belial copulauerimus, admittemus profectò crimen, cui vindicando vix tres Inferni videbuntur fore ſatis. Tertullianus eorum qui de re Eccleſiaſtica latinè ſcripſerunt primus, & (ſi affectus eum ad priuati cerebri ſcopulum tranſuerſim non abripuiſſet) certè doctiſsimus: monet Chriſtianos omnes ſe profiteri in Baptiſmo pugiles & palæſtritas aduerſus hoſtes qui Chri-

Chriſtum eiuſque membra vel apertè petunt, vel inſidiarum cuniculis occultè tentant, ac ne putetis hoc verbum flocci eſſe, aut nihili; cauſa hæc eſt, cur vt pugiles ante luctam, ſic Chriſtiani ad perpetuam cum Chriſti hoſte[illegible] oleo in Baptiſmate, [illegible] conſtantique Cæremonia, vnguntur ſemper & illiniuntur. Chriſte, in quas tandem anguſtias conditus es? profeſſio tui nominis laudatur & obteritur, & ſacri illi mores qui inſtituti erant ad diſciplinam, exierunt in Cæremoniam tanquam bullam, aut ſi quid bulla poſſit fingi vanidius aut contemptius. Nam in hac re ſi quid habet antiquitas fundamenti, aut mos iſte momenti, nihil eſt à profeſſione Chriſtianorum tàm alienum, quàm non dico inimicitias non ſuſcipere, ſed fœdus icere cum hoſte illo qui profitetur ſe cogitare, facere, viuere & regnare hoc ſolùm nomine, vt quicquid eſt Chriſtiani nominis, ex orbe ſtirpitùs euellat. Fruſtrà fortè videar cuiquam ex natura rei, ex antiquitate, ex profeſſione collegiſſe, cùm Deus in ipſis iactis mundi Eccleſiæque fundamentis illam legem diſertè fixerit rectæ, puræque Adami poſteritati, vt inimicitias perpetuas habeant

cum fæce infernali, quæ callidi ſerpentis ſibilum libenter audit, & venenum tanquàm mel auidiſſimè ſemper haurit. Ponam (inquit Deus ſerpenti) inimicitias inter te & mulierem, inter ſemen tuum & ſemen illius: mulierem, ſiue ad normam literæ Euam aut ipſam quoq; Deiparam, ſiue ad Spiritus rationē cum Ambroſio intelligamus Eccleſiam, inter mulieris ſemen & ſemen Sathanæ odium eſt, vt inteſtinum, ità Dei præſcriptione tàm altè inſculptum, vt qui còntra hanc legem commiſerunt, quemadmodum ex quo ſemine fluxerunt, factis mundo oſtenderint, ſic pœnam factis dignā è cœlo èxquiſitiſſimam ſemper ſubierint. Interdixit Deus Iſraëlitis non amicitia tantùm, ſed commercio gentium & Philiſtæorum. Bonus certè Deus, qui prius monet, quàm perdit; ſed quàm eſt bonus quum monet, tàm ſeuerus dùm perdit. Primùm minatur Iſraëlitis ne iungant fœdus cum gentibus, iungunt tamen. qua pœna? quòd minatus eſt Deus, facti ſunt illis Philiſtæi fouea, in quam cadunt, laqueus quo implicati tenentur. feſtuca & offenſio, qua oculi illis corrumpuntur. quid tandem? tandem Iſraëlita terræ, quam Deus illis imperti-

uit

uit optimam, vſura priuantur, & quæ fuerũt contra Deum ſuperba, fiunt demùm vilia capita. Placuit (inquit Deus) vobis habere inimicos meos pro amicis, ego faciam vt ſitis illis ſerui & mancipia. Si iſtud indè ex Iſraëlitica gente nimis altè repetitum quiſquam fortè cenſeat, non id factum quod deſint domeſtica & recentia exempla, ſed quod Tragicam Chriſtianorum vel culpam hoc in genere vel pœnam, ſine ingenti & mentis dolore & vocis queſtu, in hunc veſtrum conſeſſum tanquàm in theatrum non potuerim inducere. Inducentur tamen & quia videmini hoc velle, & quia mala quæ propiora ſunt, propius quidem vrgeant ac moueãt vehementius. Trapezuntini Principes, quòd Paulum noluerunt audire monentem; Nolite iugum ducere cum infidelibus, meruerunt infidelium ſubire iugum. Paleologis tanta erat potentia, vt eorum nec fama terminum, nec gaza inueniret modum: quòd pacti ſunt amicitiam cum Turca, ac contra Dei vocem putârint poſſe eſſe (verbis ſacris vtar libenter) participationem iuſtitiæ cum iniquitate, ſocietatem lucis cum tenebris, ac conuentionem Chriſti cum Beli-

Belial, ab Europæ Principibus, quos anteà contempſerant, in vanum opem acclamantes, ita abierunt in puluerem, vt oriens illorum Imperium ceſſerit præda Turcis, & ipſis poſt ſe hoc tantùm reliquerint famæ, aut potius infamiæ, quod Conſtantinopolis, qua nihil habet Orbis poſt Romam maius, quæ fuit Palæologorum, horum ſcelere Chriſto perijt & Cœlo. Vngaros non dico (hos ipſi ſuperiori anno audiuiſtis Cracouiæ ſuam miſeriam ſeriò deplorantes, & veſtram opem fruſtrà implorantes): ipſi, ipſi illos veſtris auribus audiſtis eos exclamantes; heu, heu, miſeros nos quod credidimus Turcæ, & falſo fœderis nomine noſtros paſſi ſumus perpetua ſeruitute irretiri. Sed Phryges, id eſt, ſerò ſapuerunt. Dicet fortè quiſpiam eos hac ſeruitute dependiſſe Deo pœnas Schiſmatis quod contra Petri Sedem nefariè fecerunt. & ego certè non valdè abnuerim; tamen ſic intelligi velim quaſi ſeruitus qua iſti induti ſunt, tanquam catenula ex quatuor iſtis annulis, delicijs, peccato, ſchiſmate, & fœdere Turcico, ſic contexta fuerit, vt viam munierint deliciæ ad peccatum, peccatũ ad Schiſma, Schiſma ad fœdus Turcicũ, fœdus tandem Turcicum ad

ſerui-

ſeruitutem, quantum nullæ hactenus literæ Græcæ illæ, aut Latinæ expreſſerint, grauiorem. Rem etſi putem certiſſimam, tamen facile patiar, vt non credatis niſi pœnam quantam ſol viderit grauiſſimam ex media noſtra ætate attulero, Turcico tantùm fœdere irrogatam. Franciſcus Galliarum Rex: quantum nomen erat? impleuerat terram ſuam gloria, & certè ſuæ religionis ardore cœlum: ſic potens vt cum potentiſſimo orbis, certaret de orbe, & vna vtraque cura ſic complexus vniuerſos ſuos, vt lis fuerit in Gallia, debeatnè illi magis Mars, an Muſa; Nobilitas an Plebs; Miles an Mercator. Acceſſit ad hanc gloriam quod nomen ſuum ierat in Nepotem tàm pulchrum, tàm numeroſum, vt gens Valeſia iiſdem quibus mundus terminis exiſtimaretur circumſcribenda. Tantæ gloriæ, tantæ potentiæ, tantæ religionis Rex, videretur perueniſſe in partē illius fœlicitates, qua beatæ illæ mentes puriſſimæ circumfluunt & perpetua; niſi moriens exclamaſſet, Perij heu perij, quòd volui eſſe fœderatus ei qui eſt hoſtis Chriſti. Cardinali Guiſio ſubijcienti miſericordiam, pœnitentiam, conſolationem ex ſacris literis benè multùm: om-

nia

nis inquit, miſericordia mihi clauſa eſt, & nulla pœnitentia mihi ſatis eſt, qui vt æmuli mei vel gloriam infuſcarem, vel vindicarem iniuriam, fœdus pepigi cum Turca, & Christianorum capita tanquàm armenta ad Mahumetanam ſeruitutẽ viuus, videnſq; paſſus ſum abigi. Ea ſum charitate in mortuos, vt facile credã has voces eſſe extremè potius dolentis, quàm deſperantis; id tamen negari non poteſt, Franciſcum pœna viuum, mortuumq; mulctatum eſſe quanta in terris excogitari poteſt maxima: Nam extra bellum, quod ipſe cum ſua conſcientia geſſit perpetuum; extra bellum quod ipſius Galliam maximum ſemper poſteà exercuit, & in cinerem penè comminuit; Henricus filius interiit à manu hoſtis, qui ſe finxit amicum, & in publico ſpectaculo factus eſt orbi ſpectaculum, & vobis (Equites Poloni) exemplum. Leue iſtud poſſet videri quod viuat adhuc ille in plurimo nepote. Verum nepotulos, qui tanquàm ſemen in conſequentem omnem ætatem ſerendi videbantur & propagandi, dolor, bellum, venenum, cultellus, ita breui abſumpſit omnes, vt vna eademq; ætas Valeſiam gentem viderit & ſummam, & propter fœdus

Tur-

Turcicũ nullam. Iagellonia virtus & religio, etſi in te (Sigiſmunde Rex) iam viuant, & in poſteris tuis (quantùm ſperamus, & à Deo precamur) perpetuam, fœliciſſimamq́; videantur habituræ vitam. Iagellonium tamen nomen cur periit orbi? cur Poloniæ? Nolo, Equites fortiſſimi, alias veſtras proſapias penitus deletas recenſere, nec earum quæ florent memoriæ ſequuturæ, minari aut ominari; id tamen pro meo in vos amore, non poſſum non monere vniuerſos, vt quorum perhorreſcitis exitium, horum nullo modo imitemini exemplum. Video (Sereniſſime Rex) non tantum oratione contendiſſe, ſed viciſſe ratione Turcicum fœdus cum natura, cum profeſſione Chriſtiana, cum Euangelio penitus pugnare, arma pro Chriſtianis contra communem hoſtem ſumenda vobis eſſe, niſi æquè clarum effecero, facilè patiar, vt potiùs quicquam cogitetis aut faciatis, quàm quod ego arbitror, & Chriſtiano orbi tàm vtile, & Reipublicæ (ampliſſimi ordines) veſtræ penè neceſſarium. Attulerunt ex hoc loco diuerſi diuerſa, quibus mentes veſtras otio languentes, & quaſi ſomno ſopitas exuſcitare vellent videri: verùm nihil horum

à me attingetur hodie; vt qui cognoſcam eam magnanimitatem Polonis à natura inditam eſſe, vt in rebus magnis non poßint languere, illudq́; eſſe, ſemperq́; fuiſſe ſtudium publicæ rei, vt eorum animis deberet potiùs ſedandis adfundi aqua; quàm incendendis facula, aut leuis aliqua materies ſubdi ac ſubminiſtrari. Quare in huius partis primam quaſi aciem non inferam vos pugnaturos cõtra vilitatem Turcicam & Aſianam, natam ſeruire, nec ſubiiciam, hanc vilitatem nihil in rebus timere magis, quàm veſtrorum vel acinacum fulgores, vel lacertorum robora; neq; dicã Prætoriani militis (quo inprimis Turca nititur) florem vanuiſſe vel viluiſſe, deniq́; reliquam vim ita conciſam eſſe, vt quos contempſerit hactenus Tartaros tanquam pecudes, eorum gratiam legationibus iam ambiat, & donatiuis; neq; exaggerabo Turcarum illud iudicium, Othomanicam Tyrannidem, Quarti decimi Monarchæ Imperio definientium, neq; alias prædictiones, tanquàm Tragœdiæ cuiusdam interludia inſpergam orationi meæ; nam veſtra doctrina, veſtra experientia, veſtra iudicia non ſinunt, vt aliquid aut colligam minutum, aut leue corradam

& ali-

& alienum. Id tantum dixero, & vobis inſigniter Chriſtianis ſat ſcio perſuaſero, nihil à Chriſtiana charitate abeſſe longius, quàm otioſè ſpectare populatum quem agri, depeculatum quem templa, labem quam fœminæ, ſeruitutem quam veſtri non dico vicini, ſed fratres in Chriſto, & ſorores à Turcica rabie iam ſubeunt, & indies magis videntur ſubituri. Poſſunt in aliena calamitate qui torpent, aut delicias verius agunt, videri homines (quòd humana illi ſpecie induti ſint) ſed homines verè non ſunt, nedum Chriſtiani; qui humanitatem pietatemq́; (qua homo hominem naturæ inſtructione complecti debet) totam videntur exuiſſe. Quemadmodum Chirurgi, quod membrum in languido corpore acu tentârunt, aut ſcalpello, ſi nullum aduertunt motum vel ſenſum illud mox iudicant intabuiſſe, nec vllam melioris vitæ vim in ſe continere; ſic in hoc Myſtico Chriſtianoq; corpore, qui ſuorum vel fortunas auerſas, vel labefactatam Remp. vel aliam calamitatem immiſſam neglectim, & ſine quodam pietatis ſenſu intuentur, eos ego certè (ſi quid in Politicis aut Chriſtianis rebus video) iudicarim aut non membra, aut membra, quæ publicæ curæ &

Chriſti parùm in ſe vel nihil omninò habeant: Nam Dei amor amori proximi ita perpetuò annexus eſt, & veluti implicatus, vt Ioannes Apoſtolus neruosè collegerit, Qui ſuper anguſtias fratris quem videt viſcera miſericordiæ ſuæ clauſerit, eum vera viuaq; charitate Deum, qui ab aſpectu penitus obliteſcit, vix, ac ne vix quidem poſſe diligere. Ac ne quis contra hanc rationis aut naturæ vim audeat vnquã vſurpare illud Caini, ſe Vngari Germaniq;, id eſt, fratris ſui cuſtodem non eſſe, & ſacræ literæ hanc vocẽ damnârunt impietatis, & Deus prius per Salomonem monuit; Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare nè ceſſes. & diſertè tandem mandatũ tãquam legem vnicuiq; poſuit de proximo ſuo. Hæc quidẽ ipſa etſi in ſe ſint, & luce tàm clara, & momẽto tàm firma, vt vos (Equites fortiſſimi) cùm in publici boni curã ſpontè euntes, tùm inſigni pietatis ſtudio ſemper inflammatos ad vicinos vindicandos aſſeruandoſq; alia ratione nec velim, nec debeã vehementius hortari; tamẽ Vngari regione vicini, religione fratres, ita ſunt faucibus preſſi, ita momento & veſtigio temporis preſſi, vt auribus oculiſque veſtris, vaſti-

vaſtitatem ſuam, labem ſuam, ſeruitutem ſuam, reliquam miſeriam ſuam iterum ſubijciant, rogentq́ patiamini vos contra communem hoſtem videri, potiùs Sagatos in campis, quàm Togatos in conuentibus, & qui in eorum calamitate ſemper hactenus fuiſtis, etiam nunc oſtẽdatis vos verè Polonos. Etſi Equitis nomen, quod in Polonos inſignitè ſemper cõuenit; ſummam in ſe gloriam habeat; tamen cùm Polonus Equitis potiùs nomen, quàm nomen hoc ornet Polonum, aliam vocem quemadmodum non poſſum inuenire glorioſiorem; ſic ad ſtudia veſtra in vicinos elicienda non debui adhibere vehementiorem. Nam ſi Polonos vos oſtenderitis, viciſtis vim, aſſeruaſtis innocentiam, id eſt, ipſi vos cumulaſtis gloria quam vix capiat tota terra, ac æterna illa regio, quæ quot ſtellis, tot Dei ocellis fulget, ſola poteſt remunerare. Neque vos voco ad bellum tanquam prædam, aut ſolos contra totam Aſiæ Africæq́ vim; ſed hortor vt vires veſtras cum viribus fratrum veſtrorum iungatis contra cõmunem hoſtem illum, qui horum vires labefactat, & veſtras non minus certè, quàm apertè frangit. Ecce tempus acceptabile (in re Chriſti ſic

loquar) ecce dies ſalutis. Nam ſi poſitis ſimultatibus & contentiunculis, quæ à Sathana diſperſæ & diſſeminatæ, vos à vobis aliisq; Chriſtianorum partibus diuellunt, arma ſocia iunxeritis, & vinculo fœderis, aut, vt Chriſtianius dicã, charitatis colligati vniuerſi Turcicæ Tyrãnidis neruũ elidere conemini; auſim vobis promittere victoriam, quæ veſtrũ veſtræq; gentis nomen Romanorum gloria & nomine facile æquauerit. Quippe fœderi, aut qua formam charitatis habet ſocietati cuicunq; vis à cœlo tanta & tàm copioſa inſerta eſt, vt duobus aut tribus promiſerit Deus ſimul petentibus, largè omnia: quid facientibus ſimul? alter fulcietur ab altero; quid ſimul pugnantibus? ſi hoſtis præualuerit contra vnum, duo reſiſtent ei, & vnus perſequetur mille, & duo fugabunt decem millia. Si quis fortè dicat pacis vos pactis impediri, quò minus in ſocietatem belli cũ Chriſtianis contra Turcam veniatis, propè eſt vt exclamem; O vilitatẽ dignam ſeruitute. quid? hiſce auribus, hiſce iudiciis vox iſta inculcabitur, pax, pax iſta inſidioſa; pax peior bello; Pax cum Turca. Oblatã dices non prenſatã; ſed quò eſt velata pulchrius, eò plus illa alea habebit

& pe-

& periculi. Turcicus Tyrannus (Sereniſſime Rex) in eodem Philippi Macedonis ludo videtur doctus ad malitiam, & ex hac malitiæ potiùs quàm militiæ diſciplina effloruiſſe tandem ad hanc potentiam, quam Aſia, & Africa, & Europæ pars penè bona vix, ac ne vix terminauit. Nam quemadmodum Philippus pacis nomine Amphipolitas implicatos tenet, quò ad Pidnã occupârit & Potidæam; Pheranos cõplectitur beneficiis, quò ad Pegaſam & Magneſiam ſubiugârit; Athenienſes omni officio colit, quò ad Olynthios redegerit in poteſtatem, & tandem totam Græciam ſui iuris fecerit: ſic Turca Chriſtianos vnum ſuper alium irretit potius laqueo fœderis & pacis, quàm brachio & belli vi mittit ſub iugum. Trapezuntinum nexuit fœdere, quid inde? Conſtantinopolis ſola facta eſt præda: Mathelynos iunxit ſibi pacis nomine, quid inde? ſeiuncti ab hac communione Negropontini eius mox bellum ſubierunt & ſeruitutem, Theſſalonica, Scodra, Dirrha, Chio, ſunt præda non Turcici belli, ſed fœderis. Naupactus, Cyprus, Valachia ſunt ſpolia Turcicæ non virtutis, ſed perfidiæ. In re triſtiſſima non debeo eſſe mi-

nutus, Meminiſtis vel certè legiſtis omnes Europæ non toti vnquam iuſtum bellum indictum ſed pacis ſimulatione partem præcerptam parti, quò ad Imperium ſuum Tyrannus ad regni veſtri pomæria vſq; protulerit & propagârit. Et certè in hæc Pomœria qui non audet irrumpere, ſperat tamen pacis quodam pede aliquando irrepere. Vngaros tantum iam laceſſit; vobis (Poloni Equites) amicus ſcilicet & fœderat⁹, at quos Vngaros? pacis religioẽ ſancta Tyranno, antequã vos, iam deuinctos. ſi Vngari vniuerſi ſubierint iugũ, pax, heu pax, fatalis ad exitium proximè iugulans Poloniam. Videor videre Turcici Tyranni imaginem & expreſſionem veram pulchrè effictam in Golia, qui tanta vaſtitate corporis, quanta ſatis erat ſancti exercitus impreſſioni ſuſtentandæ, tamẽ non totum exercitum totis ſuis ſuorumq; viribus aggreditur rectè, ſed ſingulos ſcilicet minutiorũ futuros viriũ, ac ne duos quidem ſimul ad ſingulare prolicit certamen; ſic Turca, tàm monſtrum capitis, quàm Golia corporis, Chriſtianos non omnes belli ſocietate coniunctos fortiter petit ſed ſingulos ſeparatim hunc mulcet dùm illum perdit. Veſtræ (Equites) partes

vt

vt nunc ſunt mulceri, poſt Vngaros erunt pati, & niſi animum aduerteritis, perdi. Quod quidam ominati ſunt, Turcam ſibi munire per Auſtriam & Carinthiam ad Italiam aditum, etſi aliquod habet probabilitatis, id tamen ego putarem potius delirium quā militiæ myſterium. Inſignis enim ſtupor eſſet, & præter morem Turcicum, hoſte poſt ſe relicto aggredi Italiam, & Italiam ſeptam hinc à mari, inde à monte, vndiq; à milite; cùm Poloniam in qua momentum Italici belli futurum illi videtur, incurſioni, flammæ, cineri patentem poſt finitimas regiones deuictas; ſolam puncto poſſet in poteſtatem redigere. in Trapezuntino Imperio occupando quod fecit Tyrannus, vt vicinas partes poteſtatis ſuæ flamma omnes inuolueret, ac Trapezuntium extremam tantùm lamberet, quò ad mediam & ſolam ceperit; ſic vicinam vndiq; veſtram dùm fœda depopulatione funeſtat, veſtram regionem tanquam fimbriam Tyrannidis ſuæ flamma extremam tantū lambit; at ſi hoc anno Vngaria & Trāſſyluania, altero Sileſia & Morauia augeant Tyranno Imperium; vos (Equites) medii, & veſtra culpa ſoli vt noui Trapezuntini capti

eſtis (horreſco referens) capti & perpetuæ ſeruitutis nexu adſtricti, imò mactati potius & trucidati vniuerſi. Nam Libertas, Immunitas, Reſpubl. Nobilitas, nomina Tyranno ſunt tàm odioſa, vt qui hæc inſignia præ ſe tulerint, eorum ne veſtigium quidem in ſuo Imperio leuiter impreſſum eſſe ſinat. Quare quod Demoſthenes in bello Philippi contra Olynthios hortatur ſuos Athenienſes, bellum gerant cum Philippo Olynthi, niſi mallent Philippum Athenis: Id ego vos moneo Poloni, vt contra communem hoſtem, ſicas in eius Vngaria, vel alia ditione alibi diſtringatis, niſi ſicas & lanceas non multò poſt domi veſtræ pleno pectore velitis haurire. Sigiſmundus ſecundus in tali fortè occaſione erat tergiuerſator, & quod tergiuerſator erat, famam apud poſteros conſecutus eſt, quam à tuo, Sigiſmunde Rex, cognomine, quod tua cauſa cupimus, ſyncerè deprecamur; quanquam talis certè occaſio nunquam erat. Nam neq; Polonia vnquam fuit tàm propè preſſa, nec ad communem flammam extinguendam auxilij, conſilijq; aquas vniuerſi tàm ſeriò attulerunt; nunc verò non Vngaria ſolùm & Germania pro ſe ſupplices veſtris genibus

nibus aduoluuntur; ſed Principes Itali præferunt ſpem, & Cæſar opem operamq́ prolixè pollicetur. Quod ſæpè optaſtis Equites, vt alij fœderis ſocietate inter ſe ſanctè conſtricti vobiſcũ caſtra contra Turcam metentur, id iam è cœlo oblatum nõ debetis reſpuere, ne ſi rogati non afferatis auxilium, preſſi fortè auxilium rogãtes non inueniatis. Deus æquiſſimè, vt omnia, videtur illam legem tuliſſe, vt qui obturat aures ſuas clamori proximi ſui, clamans nõ audiatur; & menſuram qua menſus eſt malam illã, ſed plenam è cœlo recipiat. Pontificis verò mẽtem in fœdere ſanciendo ſynceram, fuciq́ expertem, cùm factum illud oſtendit, quod ſuperiori æſtate Franciſcum Aldobrandinum Nepotem ſuum, virum multi vſus, ſummi iudicij, ac pacis belliq́ artibus æquipollentem, ad ſociale bellum contra Turcas pignori Chriſtiano orbi pro ſe miſit; tum Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus ſancti Seueri Epiſcopus, (cuius non ſolùm nomen illuſtrat ſeries Marchionum altiſſimè repetita ſed Prudentiam etiam & Eloquentiam nobilitârunt tot legationes, quot penè Chriſtiani orbis partes) tàm fuſè diſtinctèque vobis ſæpius explicauit, vt fruſtrà hic videar aliquid

ad

adnexurus, niſi Pontifex has mihi partes impoſuiſſet, vt ad ſacrum hoc bellum vobis promitterem ab eius non ſolùm amore conſilium, ſed ab ærario etiam tenuiculo quidem illo penè attrito id quicquid poteſt æquè poſtulari Accingimini ergò (Machabæi verbis, tot Machabæos, quot adeſtis Equites rectè videor affari) accingimini ad prælium domini, & ſociæ contra gentes arma capite; Eſtis pauci? facile eſt Deo multos concludere in manu paucorum; Eſtis imbecilles? quo tandem modo? Pugnabitis contra pecudem Aſianam, Deo rebellem & contumacem; ac de cælo erit fortitudo veſtra. Quanquàm Poloni non timetis mortem. & ſatius certè eſt mori in bello (vt inquit ille miles Martyr) quàm mala veſtræ gentis videre. Timetis potiùs inſidias? Cæſar ſtat à vobis, Pontifex à vobis, Deus à vobis. Sed euolue mihi mentem hic planè tuam, excute intelligentiam; fœdusne putas recipiendum quod Turca; contemnendum quod offert Chriſtianus? Regnum, inquis, noſtrum, libertatē noſtram. O inſaniam, O inſaniã. Regnum tuum potes credere firmi⁹, libertatem ſecuriorē ſub Turcico capite, quàm ſub Chriſtiano fœdere? ſit quidem illud firmius,

hæc

hæc ſecurior ſub illo, quàm ſub iſto? Audes tamẽ profiteri, malle te Regnum ſine Cælo, quàm Cælum ſine Regno? malle te libertatem ſine Chriſto, quàm Chriſtum ſine libertate? Eſt quoddam, Equites, hominum genus, ſeipſos intemperanter amantium, & voluptati cupiditatiq́ magis, quàm Deo ſeruientium, qui ſpeciem pietatis præferunt, vim tamen pietatis & virtutum infringunt & elidunt vniuerſa. Apoſtolus hic depingit, vt videar videre illos, quos noſtra hodiè ætas nouo non tàm verbo, quàm ſenſu appellat politicos. Specioſe quidem ſemper hi loquuntur, Euangeliũ, Gratiã, Chriſtum, tamen quaſi Dei prouidentia penitus ſublata, Politicam quandam prudentiam (ſic placet iſtis Turciſmum, vel potius Athëiſmum ſuum antiquo nominis velo oſtendere) ſui ſuarumq́ actionum omnium regulam & amußim faciunt. Hanc ſiue artem ſiue calliditatem mirarer diuum Iacobum dignatum fuiſſe nomine prudentiæ, niſi prudentiam iſtam mox ad maiorem infamiam dixiſſet eſſe, & terrenam, quòd Deum fateatur ore, factis neget; & animalem, quod ſibi ſapiat, non publicæ rei; ac tandem diabolicam. quod omnia metiatur ſenſu, ac

nullam

nullam omninò in Deo diuiniſque ſpem figat & collocet; Verùm ſemper fit, vt ſuo hi ſe implicent laqueo, & in fundo diuinæ prouidentiæ, quem prudentiæ cuiuſdam arte conantur declinare, omninò pereant. At tutius, dicet aliquis, eſt ſequi neutrã partem. Quid? Polonus ſequetur potius quod tutum, quàm glorioſum? quanquam in Politicis ſit ille hebes & planè plumbeus qui cupiat eſſe neuter; cum & Cæſar, qui Ducum primus & penè ſolus, æquè lingua valebat & manu, hanc vocem damnârit ſtultitiæ, & vſus probârit, qui neutri fuerunt, & inter duas partes penduli; hos ſemper in vtriuſque partis enſes incurriſſe & inſidias. Tandem vt breui, ſed ſacro verbo dicam, qui neutram partem putat tutam partem, is certè ſtultus eſt, quem irridet atque adeò pungit ſanctus Iob illo dicto; Timet pruinã, & irruet ſuper eum nix; Quod ſi, Equites Poloni, nec Turcica fraus, nec vicinorum lachrymæ, nec veſtrum periculum, nec Dei timor & honor, nec alia vlla ratio poteſt vos impellere vt coniunctis armis Europæ labanti ſuccurratis; erit certè, penè dixeram: verum amor non ſinit vt genti veſtræ malè ominer; potius pietas erga Polonos mea faciet,

faciet, vt vos qui non politicè, ſed cum patribus veſtris Chriſtianè ſapitis, orare & obteſtari velim, ne vlla veſtra culpa ſinatis verti Chriſti templa in ſtabula, altaria in præſepia, monaſteria in gynæcea & fœdæ libidinis propudia, omnia ſacra in profana omnia, & tandem Chriſtum ipſum prodi Mahometi. Hic lenti ſi ſitis & pigri (alia taceo) illud tandem erit, & fortaſsè hodiè erit, aut certè non ita longo poſt interuallo erit, vt requiratur ſanguis fratrum veſtrorum à manibus veſtris, eò quod anguſtias animæ eorum videntes non compaſſi eſtis; eripere potuiſtis & contempſiſtis; & Turcæ pro Tribunali illo extremo & horrifico conſurgẽt; vt vos faciant reos impietatis, quod ipſi pro impia ſua ſuperſtitione amplificanda, tàm ſeriò fecerunt, id vos pro fide, quæ ex medio cælo fluxit, non dico amplificanda, ſed defendenda, vindicandaq́ contra inimicos crucis Chriſti, nec ſpontè, nec rogati feciſtis.

DIXI.

RO-

ROBERTI TVRNERI
Oratiuncula ante Diſputationem Theologicam.

LOcvs *iſte non fert orationem fuſam de laude Theologiæ. nam cum hic locus ſit rerum, ſit dignitatis, ſit maieſtatis cuiuſdã, ſtultè aperiretur tricis nugiſq́; verborum. Solent quidam præfati multa de laude Theologiæ, quæ eos ornat, ſed ſolent peruerſè, non ad normam. res enim Theologicæ cùm habeant nomen ſpeciemq́; virginis, ſi comantur, poliantur, externæq́; orationis veſte ornentur, vix eſt, vt fucum quendam meretricium (qui à Theologiæ vultu debet longiſſimè abeſſe) non præ ſe ferat. Quare de Theologiæ laudibus nihil dicam, immò omnia dicam, ſi id verbulo monuero, Theologiæ laudem ſummam eſſe, non velle laudari: eamq́; tanquã virginẽ, tùm ſummè ornari, cùm nihil ornetur. Sed ludo, vobiſq́; & mihi præcerpo tempus. in re ergò ipſa ponamus veſtigium.*

ROBERTI TVRNERI ORATIO ante diſputationem philoſophicam, De Scientia.

NIHIL eſt in rebus extra controuerſiam. quas res natura defixit in oculis, vſus in animis omnium confirmauit, illas ſtulta peruicacia voçat in diſceptationem, nec diſceptat vnquam. de ſole ſunt tenebræ, an luceat; de niue ſunt turbæ, an albeat. quid ſolem obſcurum, niuem nigram loquor? poteſt vel ille non lucere, vel hæc non albere. nouæ nunc ſcholæ antiquum parturiunt monſtrum. quod? Sciunt quidam non eſſe ſcientiam. ſi ſciant, vincuntur eſſe ſcientiam: ſi neſciant, cur ſunt ſtultè obſtreperi?.... cætera deſunt.

ROBERTI TVRNERI ORATIO Romæ ad Illuſtriſſimum Cardinalem N. ante diſputationem philoſophicam.

ETSI natura res vniuerſas machinata eſt ea ſiue arte affabrè, vt mireris formam; ſiue cura beneuolè, vt ames

ames indulgentiam: tamen ſemper patrum memoria fuerunt, ac hac noſtra ætate ſunt, qui huius tam peritæ artificis perpulchras effigies oratione deformant, ſeu potius indulgentiſſimæ matris ſingularem beneuolentiam inceſto ore turpiſſimè polluant. clamat Anaxander naturam eſſe imbecillem, quod hominem quendam quaſi ſui aureum partum tot mortis generibus expoſuerit, vt aliter eum non videatur potuiſſe munire. ridet Democrit⁹ naturam eſſe ſtultã, quòd hominis vitam ineptiis quibuſdã ac nugis referſerit, ac vndiq; impleuerit, vt videatur iam conſtituiſſe nõ mundum ad hominis dignitatẽ, ſed pueriliũ næniarum quoddã inſtituiſſe theatrũ ad deorũ ſpectaculũ. Plorat Heraclitus naturã eſſe miſerã, quòd vita hominis tot vndiq; malis tanquã ſpinis implicata eſt ac interſepta, vt videatur hic mũd⁹ nõ alio nomine tãta varietate pict⁹ bellè, quàm vt omniũ malorũ lerna in eo tectius incluſa lateret ad fraudẽ. latrat Diogenes naturã eſſe cæcã ꝙ non viderit hominẽ ita ſuis præſidiis abundè inſtructũ, vt non egeat aliena ope aut palatij ad habitationẽ, ſufficere doliũ; aut pecuniæ ad cõmerciũ, ſufficere herbam; aut poculi ad potum, ſuffi-

ſufficere palmam. ſed non moueremur aut Anaxandri furiis, agitati malè ſano cerebro, aut Democriti ſplenis effuſiõe abrepti inſana voce, aut Heracliti ex Melancholiæ colluuione ficti ſtupida oratione, aut Diogenis ex fellis acerbitate concreti cynica rabie; niſi illa denuò audiretur Philoſophorum grauior vox accuſantium naturam ſtultitiæ, quòd beſtiis (quibus vitæ nullus eſt fructus, niſi ad ſenſum ac immanitatem) maximum circumſcripſit vitæ curriculum, hominibus perexiguum quidem ac penè nullum, quod in Philoſophia ac rerum diuinarum commentatione defigerent. Sed quæ demum eſt hæc accuſatio? qua non tàm natura perſtringitur, quàm Deus naturæ author violatur? aut quod habet hæc accuſatio firmamentum, cum qui conqueruntur de breuitate vitæ, ſic belluantur, ſic bacchantur, ſic in aliis volutantur vitiis, vt longiorem vitam videantur optare, non alio nomine, quàm vt belluari largi⁹, bacchari liquidi⁹, ac in reliquis vitiis turpi⁹ ac diuti⁹ poſſint volutari ad maiorẽ dei irã deriuãdã in mundũ. qd? quod quãtulumcunq; ipſis impertitũ eſt temporis, illud ipſi ſibi præcidant ac faciunt anguſtius? nam

plures huiuſmodi extinxit ſocordia, plures crapula, plures libido, quàm natura; vt ſi breue illis vitæ ſpatium definierit natura, breuiori ſanè ſint digni. quanquam quomodo eſt vita breuis? eſt breuis, ſed breuis ſceleratis; eſt breuis, ſed breuis iis, qui animi vel frangunt vires, vel euertunt commendationē voluptate ac deliciis. non fuit breuis Platoni, non Ariſtoteli, non iis, qui diuinam ſui partem ita virtute excoluerūt ac philoſophia, vt illorum & animos excipiat cœlū, & nomina immortalitas. Vnde illi ſenſerūt recti⁹, qui rem veritatis ac rationis pendētes pōderib⁹. vitæ longitudinē ſibi ſtatuerūt ponēdā nō tàm in annorū metiēdo numero, quàm in virtutis ac philoſophiæ imbibēda cognitione: inter quos etſi nullus mihi loc⁹ iure concedi debet, tamen maximas totius naturæ architecto gratias ago, quòd hanc meā ætatē per paucorū adhuc annorū ſeptam terminis ſic poſuerim in philoſophicis, vt ad fructum laboris ac animi voluptatem, vitam non optarem longiorem. nam poſt multos annos nec audebā optare, nec poteram ſperare tàm vberē meorum laborum fructum, vt te haberem, (Illuſtriſsime Cardinalis) meæ pugnæ non dico diſceptatorem, ac iudi-

cem

cem, ſed fautorem ac beneuolum inſpectorem, cuius domus ſic toti Eccleſiæ patuit oraculum, vt & Peripateticis fuerit Lyceum, & Platonicis Academia, & Bipontinis pulpitum, & Ioniis theatrum, & Ganibaris Parnaſſus quidam, ſeu potius Elyſius campus, virtutũ tanquam florum varietate peregregiè diſtinctus. ô me in hac mea penè puerili ætate benè ſenem philoſophum, ſed Philoſophum ingenio ac doctrina tenuẽ, ſenem tuo beneficio (Card. Illu.) felicem, vt qui anteà homines penè feciſti deos, nunc quaſi deus quidam me hominẽ adoleſcentem feceris, felicem ſenem, ad tuam ſingularem laudem egregiè, & ad meã ſummam voluptatem feliciter, & ad eorum, qui breuitate vitæ ac longitudine, metientes annos, non fælicitate ac doctrina naturam accuſant falsò, refutandam multã orationem, diuine. Sed expecto aduerſarios, tu (Illuſt. Card.) adſis huic certamini inſpector, aut ſi mauis diſceptator ac iudex. nam te iudice, ſaluum me.

ROBERTI TVRNERI GRAtiarum actio poſt diſputationem philoſophicam, Romæ habitam.

DE *agendis gratiis laborent illi, qui id volunt, quod non poſſunt. quid morer ego, qui id tantum volo, quod poſſum? Nam ſi Dei ſit quod ſum, Deo quod ſum, conſecro libenter; ſi Gregorij ſit, quod in collegium hoc aſcitus progreſſus fecerim in moribus, pietate, ac his literis interiorib. Gregorio promitto, id totum, quod poſſum horum morum ac literarū ſubſidio. Si Patrum Societatis* IESV *ſit quod me cohibuerint intra lineas officij, imbuerint pietate, tinxerint philoſophia, Patribus redderem profectò hæc omnia, niſi ſic Eccleſiā irrigarent, ſuis ingenij, doctrinæ, pietatis fontibus, vt quo ex iſtis hauriunt plures, eo hi pluribus fluant felicius. Vobis illuſtriſsimi Cardinales, quid aut quomodo? Si vili gratiarum agendarum defungar munere, ingrata; ſi colligam aut beneficentiæ, aut beneuolentiæ laudes, infinita; ſi cogitem inferiora veſtris*

meri-

meritis, ſtulta; ſi pollicear paria, inſana erit oratio. Quo me vertam? Superiora minantur ruinam, inferiora ſtultitiæ notam, æqualia veſanæ mentis turpiorem labem. Sed ſoluto ſum animo. malo prudenter cedendo vinctas ac victas dare manus, veſtræ humanitati ac clementiæ, quam pugnaciter contendendo vinci turpius à veſtra facultate ac potentia. Vobis reliqui auditores, mei eſtis. ego viciſſim veſter ſum. Par reddo pari, aut ſi quid expectatis maius. facite vt illud maius adſit, ac illud vobis tum promitto liberè, quàm ſoleo omnia amicis impertire libenter.

ROBERTI TVRNERI ORAtiuncula habita Romæ, à Ioanne Sailero ante diſputationem Theologicam.

CONATVS eſt Satan (*Auditores*) *Eccleſiam Chriſti variis tentare modis, iiſq; omnibus vafrè, vt vix viderentur potuiſſe declinari; ſed omnibus tamen infœliciter, vt Eccleſiam liqueat non humano conſilio, ſed diuina planè prouidentia cohærere.*

orbis reliquas partes vndiq; diſiectas atq; diuulſas vno conetur charitatis fideiq; glutino copulare, ex hoc eius vno Collegio, tanquam ex equo Troiano quot prodierunt, qui Theologia ac morũ imbuti puritate Germaniã noſtram Lutheri penè veneno confectam ſalutari medicina ſi nõ ſanarint, oportunè certè refecerint? Quare cum ego hinc pro Collegii ſancta inſtitutione emittendus quoq; ſim breui in Germaniæ agellum, placuit iis, quorum cõſilium apud me ſemper habuit, ac habere debuit imperij locum, vt quæ hîc cõpararim Theologiæ ſubſidia ad meſſem tàm vberem ac neceſſariam, illa prius coram vobis humanitate peregregiè politis expromam liberè. deſcendo ergò (Auditores) in hanc domeſticæ diſceptationis aream, non vt doctrinæ, quæ nulla eſt, colligam opinionem, ſed vt meorum maiorum obſecutus imperio periculum faciam mearum virium, quæ plurimum acquirent roboris ac firmitatis ad hæreticorum reſecanda ſpineta, vel ſementem diſſipandam, ſi hodiè vos fuerint expertæ non tenuitatis ſuæ ſeueros indices, ſed conatus honeſti beneuolos ſuffragatores.

EIVS-

EIVSDEM GRATIARVM actio poſt eandem diſputationem.

QVOD *naucleris, confecta proſperè longinqua nauigatione, vſu ſæpè venit, vt in ipſo portu vel illiſi ſcopulis, vel in vado hærentes naufragium faciant; id mihi ne hodiè accidat, omni mentis prouiſione cauendum eſt. nam etſi lenis veſtræ beneuolentiæ aura me hodie in hunc meorum ſtudiorum finem tanquam portum fœliciter inuexerit, tamen in hoc portu timeo ſcopulos at quos? en vobis, Auditores, è multis vnum, eumque periculoſiſſimum. Cum ea ſim fortuna, vt tribus ſigillatim vnum me debeam totum, patribus ſocietatis Ieſu, Gregorio Pontifici Maximo, ac Deo omnipotenti, niſi vni ſic me totum tribuam hodiè, vt reliquos duos me toto non priuem, ſubeunda mihi profectò eſt, tanquam quoddam naufragium, ingrati animi fœdiſſima nota. quid igitur faciam? potero fortaſſè vnam mei partem diſpeſcere Patribus, Gregorio alteram. at quî hoc,*

ROBERTI TVRNERI Oratiuncula ante Diſputationem Theologicam.

LOCVS *iſte non fert orationem fuſam de laude Theologiæ. nam cum hic locus ſit rerum, ſit dignitatis, ſit maieſtatis cuiuſdã, ſtultè aperiretur tricis nugiſq; verborum. Solent quidam præfati multa de laude Theologiæ, quæ eos ornat, ſed ſolent peruersè, non ad normam. res enim Theologicæ cùm habeant nomen ſpeciemq; virginis, ſi comantur, poliantur, externæq; orationis veſte ornentur, vix eſt, vt fucum quendam meretricium (qui à Theologiæ vultu debet longiſſimè abeſſe) non præ ſe ferat. Quare de Theologiæ laudibus nihil dicam, immò omnia dicam, ſi id verbulo monuero, Theologiæ laudem ſummam eſſe, non velle laudari: eamq;, tanquã virginẽ, tùm ſummè ornari, cùm nihil ornetur. Sed ludo, vobiſq; & mihi præcerpo tempus. in re ergò ipſa ponamus veſtigium.*

RO-

ROBERTI TVRNERI ORAtio ante diſputationem philoſophicam, De Scientia.

NIHIL eſt in rebus extra controuerſiam. quas res natura defixit in oculis, vſus in animis omnium confirmauit, illas ſtulta peruicacia voçat in diſceptationem, nec diſceptat vnquam. de ſole ſunt tenebræ, an luceat; de niue ſunt turbæ, an albeat. quid ſolem obſcurum, niuem nigram loquor? poteſt vel ille non lucere, vel hæc non albere. nouæ nunc ſcholæ antiquum parturiunt monſtrum. quod? Sciunt quidam non eſſe ſcientiam. ſi ſciant, vincuntur eſſe ſcientiam: ſi neſciant, cur ſunt ſtultè obſtreperi?.... cætera deſunt.

ROBERTI TVRNERI ORAtio Romæ ad Illuſtriſſimum Cardinalem N. ante diſputationem philoſophicam.

ETSI natura res vniuerſas machinata eſt ea ſiue arte affabrè, vt mireris formam; ſiue cura beneuolè, vt a-

ames indulgentiam: tamen ſemper patrum memoria fuerunt, ac hac noſtra ætate ſunt, qui huius tam peritæ artificis perpulchras effigies oratione deformant, ſeu potius indulgentiſſimæ matris ſingularem beneuolentiam inceſto ore turpiſſimè polluant. clamat Anaxander naturam eſſe imbecillem, quod hominem quendam quaſi ſui aureum partum tot mortis generibus expoſuerit, vt aliter eum non videatur potuiſſe munire. ridet Democrit⁹ naturam eſſe ſtultã, quòd hominis vitam ineptiis quibuſdã ac nugis referſerit, ac vndiq; impleuerit, vt videatur iam conſtituiſſe nõ mundum ad hominis dignitatẽ, ſed puerilium næniarum quoddã inſtituiſſe theatrũ ad deorũ ſpectaculũ. Plorat Heraclitus naturã eſſe miſerã, quòd vita hominis tot vndiq; malis tanquã ſpinis implicata eſt ac interſepta, vt videatur hic mũd⁹ nõ alio nomine tãta varietate pict⁹ bellè, quàm vt omniũ malorũ lerna in eo tectius incluſa lateret ad fraudẽ. latrat Diogenes naturã eſſe cæcã ꝙ non viderit hominẽ ita ſuis præſidiis abundè inſtructũ, vt non egeat aliena ope aut palatij ad habitationẽ, ſufficere doliũ; aut pecuniæ ad cõmerciũ, ſufficere herbam; aut poculi ad potum, ſuffi-

ſufficere palmam. ſed non moueremur aut Anaxandri furiis, agitati malè ſano cerebro, aut Democriti ſplenis effuſiõe abrepti inſana voce, aut Heracliti ex Melancholiæ colluuione ſicti ſtupida oratione, aut Diogenis ex fellis acerbitate concreti cynica rabie; niſi illa denuò audiretur Philoſophorum grauior vox accuſantium naturam ſtultitiæ, quòd beſtiis (quibus vitæ nullus eſt fructus, niſi ad ſenſum ac immanitatem) maximum circumſcripſit vitæ curriculum, hominibus perexiguum quidem ac penè nullum, quod in Philoſophia ac rerum diuinarum commentatione defigerent. Sed quæ demum eſt hæc accuſatio? qua non tàm natura perſtringitur, quàm Deus naturæ author violatur? aut quod habet hæc accuſatio firmamentum, cum qui conqueruntur de breuitate vitæ, ſic helluantur, ſic bacchantur, ſic in aliis volutantur vitiis, vt longiorem vitam videantur optare, non alio nomine, quàm vt belluari largiꝰ, bacchari liquidiꝰ, ac in reliquis vitiis turpiꝰ ac diutiꝰ poſſint volutari ad maiorẽ dei irã deriuãdã in mundũ. qd? quod quãtulumcunq; ipſis impertitũ eſt temporis, illud ipſi ſibi præcidant ac faciunt anguſtius? nam

plures huiuſmodi extinxit ſocordia, plures crapula, plures libido, quàm natura; vt ſi breue illis vitæ ſpatium definierit natura, breuiori ſanè ſint digni. quanquam quomodo eſt vita breuis? eſt breuis, ſed breuis ſceleratis; eſt breuis, ſed breuis iis, qui animi vel frangunt vires, vel euertunt commendationẽ voluptate ac deliciis. non fuit breuis Platoni, non Ariſtoteli, non iis, qui diuinam ſui partem ita virtute excoluerũt ac philoſophia, vt illorum & animos excipiat cœlũ, & nomina immortalitas. Vnde illi ſenſerũt recti⁹, qui rem veritatis ac rationis pendẽtes põderib⁹ vitæ longitudinẽ ſibi ſtatuerũt ponẽdã nõ tàm in annorũ metiẽdo numero, quàm in virtutis ac philoſophiæ imbibẽda cognitione. inter quos etſi nullus mihi loc⁹ iure concedi debet, tamen maximas totius naturæ architecto gratias ago, quòd hanc meã ætatẽ perpaucorũ adhuc annorũ ſeptam terminis ſic poſuerim in philoſophicis, vt ad fructum laboris ac animi voluptatem, vitam non optarem longiorem. nam poſt multos annos nec audebã optare, nec poteram ſperare tàm vberẽ meorum laborum fructum, vt te haberem, (Illuſtriſſime Cardinalis) meæ pugnæ non dico diſceptatorem, ac iudi-

cem

cem, ſed fautorem ac beneuolum inſpectorem, cuius domus ſic toti Eccleſiæ patuit oraculum, vt & Peripateticis fuerit Lyceum, & Platonicis Academia, & Bipontinis pulpitum, & Iouiis theatrum, & Ganibaris Parnaſſus quidam, ſeu potius Elyſius campus, virtutũ tanquam florum varietate peregregiè diſtinctus. ô me in hac mea penè puerili ætate benè ſenem philoſophum, ſed Philoſophum ingenio ac doctrina tenuẽ, ſenem tuo beneficio (Card. Illu.) felicem, vt qui anteà homines penè feciſti deos, nunc quaſi deus quidam me hominẽ adoleſcentem feceris, felicem ſenem, ad tuam ſingularem laudem egregiè, & ad meã ſummam voluptatem feliciter, & ad eorum, qui breuitate vitæ ac longitudine, metientes annos, non fælicitate ac doctrina naturam accuſant falsò, refutandam multã orationem, diuine. Sed expecto aduerſarios, tu (Illuſt. Card.) adſis huic certamini inſpector, aut ſi mauis diſceptator ac iudex. nam te iudice, ſaluum me.

ROBERTI TVRNERI GRAtiarum actio poſt diſputationem philoſophicam, Romæ habitam.

DE agendis gratiis laborent illi, qui id volunt, quod non poſſunt: quid morer ego, qui id tantum volo, quod poſſum? Nam ſi Dei ſit quod ſum, Deo quod ſum, conſecro libenter; ſi Gregorij ſit, quod in collegium hoc aſcitus progreſſus fecerim in moribus, pietate, ac his literis interiorib. Gregorio promitto, id totum, quod poſſum horum morum ac literarū ſubſidio. Si Patrum Societatis IESV ſit quod me cohibuerint intra lineas officij, imbuerint pietate, tinxerint philoſophia, Patribus redderem profecto hæc omnia, niſi ſic Eccleſiā irrigarent, ſuis ingenij, doctrinæ, pietatis fontibus, vt quo ex iſtis hauriunt plures, eo hi pluribus fluant felicius. Vobis illuſtriſſimi Cardinales, quid aut quomodo? Si vili gratiarum agendarum defungar munere, ingrata; ſi colligam aut beneficentiæ, aut beneuolentiæ laudes, infinita; ſi cogitem inferiora veſtris meri-

meritis, ſtulta; ſi pollicear paria, inſana erit oratio. Quo me vertam? Superiora minantur ruinam, inferiora ſtultitiæ notam, æqualia veſanæ mentis turpiorem labem. Sed ſoluto ſum animo. malo prudenter cedendo vinctas ac victas dare manus, veſtræ humanitati ac clementiæ, quam pugnaciter contendendo vinci turpius à veſtra facultate ac potentia. Vobis reliqui auditores, mei eſtis. ego viciſsim veſter ſum. Par reddo pari, aut ſi quid expectatis maius. facite vt illud maius adſit, ac illud vobis tum promitto liberè, quàm ſoleo omnia amicis impertire libenter.

ROBERTI TVRNERI ORAtiuncula habita Romæ, à Ioanne Sailero ante diſputationem Theologicam.

CONATVS eſt Satan (*Auditores*) *Eccleſiam Chriſti variis tentare modis, iiſq; omnibus vafrè, vt vix viderentur potuiſſe declinari; ſed omnibus tamen infœliciter, vt Eccleſiam liqueat non humano conſilio, ſed diuina planè prouidentia cohærere.*

nam ſiue Eccleſiæ ipſum iugulum in Pontificia dignitate obterenda petierint tyrãni, ſiue neruos inſcripturis falſa quadam obducendis nube tanquã nitedulæ arroſerint hæretici, ſiue ipſam mentem ac animam otio languoreq́ tabeſcentẽ infecerint fluxi mores; illam Deus ſuæ prudentiæ & prouidentiæ quibuſdam quaſi alis ita texit, vt quò grauioribus difficultatibus fuerit affecta, eò pluribꝰ præſidiis cœlitùs ſemper appareret firmata. at ne in antiquorum replicandis annalib. minuta nimis videatur noſtra diligentia, hanc iſtam noſtram ætatem inſpiciamꝰ, in qua ſi Eccleſiæ res nunquam fuerint à Satana afflictæ grauius, à Deo certè conſtat eas nũquã fuiſſe munitas firmius: cùm eodẽ tempore ſæuientiũ gladiis martyrũ conſtantiã, hæreticorũ fraudi doctrinã Catholicorũ, malorũ flagitio puritatẽ bonorũ, Dæmonis, quaſi effuſis inferorũ carceribus, toti poteſtati, ſuã Deus prouidẽtiã, veluti caſtra ſingula ſingulis ex altera parte collocatis mirabili quadã deſcriptione oppoſuerit. quæ ſanè laus ita Dei tota eſt, vt primas proximè ac ſecundum Deum partes iure ſibi in hac parte poſſit vendicare Theologia. quippe quæ non ſolũ martyres imbuit conſtantia

ad

ad contẽnendos gladios, doctrina catholicos ad fraudem aperiendã, puritate bonos ad euellenda vitia, ſed etiam diuinæ prouidentiæ in perſtringendis Satanæ viribus certam rationem & perfectè complectitur, & ſola aperit. vnde profectò non tàm dolendum eſt Satanam tot fraudibus hodiè Eccleſiam oppugnare, ſeu potiùs perpurgare, quàm gaudendum vnam Theologiam has omnes Satanæ fraudes facillimè poſſe diſsipare, quam tamen cum quidam (ne quid dicam grauiùs) malè feriati Theologi multis falſarum interpretationum nubeculis conati ſunt offundere, in eius receſſus interiores ac penitiores Catholicorum acies tàm penetrauit altè, vt illa profectò poſt homines natos, diuina ſic agente prouidentia, altiorẽ gradum non videatur conſecuta. nam ſiue inſpiciamus Doctores, eos ſuæ mentis interpretes conſtituit Deus, qui vt nulli vnquã legantur aut Theologiam methodo vinxiſſe facilius, aut factis expreſsiſſe ſincerius; ſiue Mæcenates intueamur, vnũ habemus ſummũ Pontificem inſtar omniũ, qui ita diuinæ prouidentiæ munia diſpenſat, vt è cælo videatur miſſus ad Eccleſiæ partes ægras, peneq; depoſitas ſuſcipiendas. ac vt taceã qua cura

orbis reliquas partes vndiq; diſiectas atq; diuulſas vno conetur charitatis fideiq; glutino copulare, ex hoc eius vno Collegio, tanquam ex equo Troiano quot prodierunt, qui Theologiæ ac morũ imbuti puritate Germaniã noſtram Lutheri penè veneno confectam ſalutari medicina ſi nõ ſanarint, oportunè certè refecerint? Quare cum ego hinc pro Collegii ſancta inſtitutione emittendus quoq; ſim breui in Germaniæ agellum, placuit iis, quorum cõſilium apud me ſemper habuit, ac habere debuit imperij locum, vt quæ hîc cõpararim Theologiæ ſubſidia ad meſſem tàm vberem ac neceſſariam, illa prius coram vobis humanitate peregregiè politis expromam liberè. deſcendo ergò (Auditores) in hanc domeſticæ diſceptationis aream, non vt doctrinæ, quæ nulla eſt, colligam opinionem, ſed vt meorum maiorum obſecutus imperio periculum faciam mearum virium, quæ plurimum acquirent roboris ac firmitatis ad hæreticorum reſecanda ſpineta, vel ſementem diſſipandam, ſi hodiè vos fuerint expertæ non tenuitatis ſuæ ſeueros iudices; ſed conatus honeſti beneuolos ſuffragatores.

EIVS-

EIVSDEM GRATIARVM actio poſt eandem diſputationem.

QVOD naucleris, confecta proſperè longinqua nauigatione, vſu ſæpè venit, vt in ipſo portu vel illiſi ſcopulis, vel in vado hærentes naufragium faciant; id mihi ne hodiè accidat, omni mentis prouiſione cauendum eſt. nam etſi lenis veſtræ beneuolentiæ aura me hodie in hunc meorum ſtudiorum finem tanquam portum fœliciter inuexerit, tamen in hoc portu timeo ſcopulos at quos? en vobis, Auditores, è multis vnum, eumque periculoſiſſimum. Cum ea ſim fortuna, vt tribus ſigillatim vnum me debeam totum, patribus ſocietatis Ieſu, Gregorio Pontifici Maximo, ac Deo omnipotenti, niſi vni ſic me totum tribuam hodiè, vt reliquos duos me toto non priuem, ſubeunda mihi profectò eſt, tanquam quoddam naufragium, ingrati animi fœdiſſima nota. quid igitur faciam? potero fortaſsè vnam mei partem diſpeſcere Patribus, Gregorio alteram. at quî hoc,

hoc, cum Dei ſim totus? at ſi cedat Deus ſuo iure, ita vnam partem Gregorius, ita alteram excoluerunt Patres, vt ſinguli vtriuſq; curam maximam habuerint; vt profectò corpus non poſſim ſeponere Gregorio ſine Patrum magna, nec Patribus animũ ſine Gregorij maxima iniuria. qui vndiq; ſcopulis? trium ſum vnus, ac ſingulorum totus. vni ſi me tradam totum, tanquam ſuum ius, duos me toto priuo tãquam ſuo iure, at ſi nulli traditum, ipſe me mihi ſerno totum, eò ſanè erit luculentior iniuria, quò eſt grauius tribus, quàm duobus irrogaſſe iniuriam. Deus bone, charybdis hinc, ſcylla illinc: media fluctuat nauis. ſed inueni exitum. Cum illud, quicquid aut Gregorius Pontifex Maximus contulerit in me ſuſtentando beneficentiæ, aut Patres Religioſiſſimi in me excolendo poſuerint operæ, referatur ad Dei in Eccleſia propagandam gloriam, & ille, & hij pro ſua charitate cumulatè ſibi putabunt ſatisfactum, ſi Dei per me gloria in eccleſiæ reficiendis ruinis quoquo modo eniteſcat, vt quibus ſum totus ſingulis, illi me totum ære liberatũ Deo largiantur ſoli. Nihil profectò videor poſſe referre cum tribus vnum tanta me videa-

deatū deuinctū religione, vt quarto quod dem, nihil ſit omninò reliqui. at cùm nullum poßit ex hac mea tenuitate ad vos manare officium, Collegium Germanicum meo nomine agit, agetq; quamdiù ſtat, pro hac veſtra tanta patientia gratias maximas & immortales.

PRÆLVDIVM, QVOD ANte diſputationes iuris ineundas Duaci à reſpondente, vt ſolet, habebatur. ſcripſi, rogatus ab amico.

OMNIBVS (*clariſsimi Doctores, ornatiſsimi iuuenes*) *anticipatum, informatumque eſt, famæ exiſtimationiſque inprimis habendam eſſe rationem. quam cogitationem dum quidam acrius perſequuntur, fit vt in rumorum & concionum ventis colligendis acerrimam corporis contentionem, mentiſq; commentationem vehementiſsimam figant; alij dum remiſsius coërcent, fit, vt omni ingenij fama abiecta; ſibi ſolis velint eſſe noti, ne dum ingenij famam, & exiſtimationis gloriam conſectentur, ingenij & exi-*

exiſtimationis naufragium ſimul faciant. ex vno naturæ fonte, duo (vt videtis) luculentiſſimi errores profluxerunt, illi dum ingenij famam aucupantur, in puluerem & ſolem deſcendunt, & ingenij ſui fœtus aliquando monſtroſos, vt vrſus; ſæpè deformes, vt ſimia; rarò politos, vt doctus; nunquam maturos, vt prudens edere ſolent: hi ingenij ſui alioqui acutiſſimi luce; & orationis ſuæ alioqui terſiſſimæ dulcedine; & doctrinæ ſuæ alioqui intimæ fructu ſemper & vbique priuare nos volunt. mediam ergò viam terendam ſtatuit Anaximenes, vt dicamus, ſed pauca, ſed opportuna, ſed rarò, ne ſi ſemper & vbique ſilendo famæ noſtræ conſulere velimus, animi minuti & anguſti nimis; ſi omnia coram omnib. effutiendo famam venari velimus, animi importuni & ſtulti nimis eſſe videamur. ad quam Anaximenis ſententiam, ſi omnes omnia ſua ſtudia, tanquam ad normam, reuocare vellent, neq. tot in ſolem deſcenderent futiles oratores, nec tot in tenebris laterent inutiles oratores; vt nec illi arroganter tumidi poſſint appellari, quod tanquam optima peſſima nobis ſufficiunt, nec iſti ſtultè timidi, quod tãquam peſſima optima nobis

nobis ſupprimunt quæ omnia non ita pridem dum ſerio animo & cogitatione retractaui, non (quod ſemper anteà cogitaueră) omnem mihi ingenij famam abijciendam eſſe ſum arbitratus, ſed potius ad Anaximenis præſcriptum omnes meorum ſtudiorum rationes eſſe inſtituendas, vt qui optima non poſſim, pauca poſſim dicere, rarò id faciam ad fugiendam arrogātiæ labem, ne ſi priuatis incluſus parietibus domi ſemper deſideam, ignaui, humilis, & illiberalis ingenij notam contrahere videar. quare erit humanitatis veſtræ, quod facio non aucupandæ ſed conſeruandæ exiſtimationis meæ cauſa, id eo animo accipere, quo debetis; & eo animo interpretari, quo ſoletis, id eſt, non ægro, vt morum barbarie turpiſſimè infuſcati; ſed æquo, vt morum elegantia belliſſimè exculti. quod ſi quis orationem paulò exquiſitioribus pigmentis cultam hoc in loco deſideret, næ ille à recta rationis via declinaſſe videtur, qui me minuta aliqua elegantiæ laude aſperſum eſſe vellet, vos maxima veſtræ humanitatis laude vellet eſſe orbatos. nam ſi omnia mea quaſi in quadrum artificioſè eſſent redacta, voluptate irretiti, non humanitate

veſtra

veſtræ impulſi patienter me audiretis, vt hoc modo ille, quem vobis natura impreſſit & penitus inuſſit, humanitatis mot⁹, hoc tempore, hoc in loco non poſſit eminere. ſi quis reconditiorem iuriſprudentiæ cognitionem à me requirit, næ is à recto ſenſu rem non iudicaſſe videbitur: cùm in hanc palæſtram deſcenderim, non vt ille Boius in curſum Olympicum vires oſtentandi cauſa, ſed vt ille Ladas in Annibalis palæſtrã vires exercendi cauſa. in quo genere luctæ ſi vires fortaſſè meæ languebunt, talem me tamen militem præſtabo, qualem fuiſſe legimus Sicyonium in caſtris Annibalis, qui vt nullas hoſtium vires, nullos neruos, nullos impetus reformidabat, quòd Annibali ſtipendia fecerat, ſic ego nullos aduerſariorum lacertos pertimeſco, quòd ſub Putij, quo nullum habet noſtra iuriſprudentia non dico valentiorem Annibalem, ſed ne ſapientiorem quidem Vlyſſem, neque diſertiorem Demoſthenem, ſignis iam fœliciſſime mereo. Quare veſtra iam beneuolentia ſolita & huius exquiſita doctrina, tanquam Vulcaniis armis, tectus & munitus ſpero, vt qui in hunc locum non irruo ad nominis aliquantulam gloriam conſectandam, hunc locum me relictu-

liturum ſine vlla aut ſaltem non magna famæ meæ imminutione.

DIXI.

ROBERTI TVRNERI ORAtiuncula, quam Romæ pro conſuetudine loci habuit ante diſputationem philoſophicam quidam Romanus, cui nomen erat Annibali.

ETSI *hæc præclara ſanè ac glorioſa Philoſophiæ palæſtra, iis fuerit interſepta difficultatibus, vt nec ſoleat teri ab indoctis, nec debeat à minutis: in eam tamen (Aud) ego hodiè & indoctus audeo, & minutus volo deſcendere nō tàm ſpe referendæ laureæ, quàm imitatione eius, qui totum orbem ſui nominis gloria impleuit, Annibalis. Atq; vt ego facilè ſoleam contemnere Ægyptiorum ſuperſtitionem ponentium in occultis vocum receſſibus diuinitatem neſcio quam, perpetuo tamen rei vſu fit, vt credam latentiorem quandam vim in ipſo Annibalis nomine impreſſam eſſe, ac*

penitus inſculptam, quæ incitentur homines ad magna ſi non feliciter perficiunda, certè audacter aggredienda. quippe vt taceam Annibales duos, duas prouincias maximas minimis viribus fuiſſe aggreſſos, Siciliam illum Rhodidium, Hiſpaniam hunc Lilybæum, Carthaginenſis noſter Annibal tam ingentium fuit ſpirituum, vt nec Galliæ iuuentus, tanquam flos, decerpta, nec Sagunti deuicti præclara illa laurea reportata, nec Hiſpaniæ vis attrita, nec Marcelli ſuperbia penitùs compreſſa effecerint; quò minus ipſe ſibi anguſti ac minuti animi videretur, ſi non tentaſſet & Scipionis prudentiam ſuo conſilio, & Alpium altitudinem ſuo ingenio, & Romæ magnificentiam ſuo aſtu, & Italiæ neruum ſuo lacerto. alias prouincias, vel continendas vel comprimendas aliis permittebat; ſolas Alpes, ſolum Scipionem, ſolam Italiam ſolus aggredi audebat Annibal. Habent (Auditores) habent Annibales ſiue vi propria nominis, ſiue occulta alia ratione id ſibi inditum, viribus non magnis audere magna, vt ſi hæc hodiè Philoſophica velitatio videatur hanc mearum virium tenuitatem ſuperare, illam

quidem

quidem aggredi, ſit Annibalis; non ſuſtinere, hominis. neq; ſanè ſi Romani ſitis, vt natura, ſic iudicio, minorem ponetis laudem in re magna fortiter aggrediēda, quàm feliciter perficiēda, cum Roma antiqua Annibalis, quo nihil vnquā ſenſerat infeſtius, vires etſi cōtēpſerit in magnis perficiundis, amauit tamen generoſitatem illam, qua cum poſſit pauca, vellet magno animo audere magna. audeo ergò hodiè deſcendere in iſtam palæſtram; non quòd putem, me poſſe diſputantium neruos ac lacertos ſuſtinere, ſed quòd alter Annibal arbitror glorioſius vinci à Scipione, quàm domi delicijs ac venuſtatibus turpiter affluentem nihil moliri magni. Quanquam id mihi in hoc diſcrimine facit animos, quòd ſperem me poſt multos annos alterum Annibalem in hoc conatu fore fæliciorem, quàm illum Carthaginenſem, cum hic infeſto animo ac odio penè hauſto cum matris lacte, Romanorum rem penitùs vellet euertere; ego animo benè fauente, amoreq; ſanè inſito Romanis ſtudeā victoriæ laudiſq; ſubminiſtrare copioſam ſegetē & materiē. quare initurus

ſum iam pugnam, in qua ſi ſupra vires audeam, eſt hoc proprium Annibalis, ſi fortè vincar, erit id quoq; glorioſum, à Romanis. Dixi.

ROBERTI TVRNERI Paradoxon.

Melius eſt debere, quàm non debere.

SERENISSIMO PRINCIPI Domino Erneſto Archiduci Auſtriæ, Duci Burgundiæ, &c. Imperatoris filio, Imperatoris fratri, Domino ſuo clementiſſimo.

COGITANTEM literas ad Serenitatem veſtram, duæ me res planè aduerſę verſant, & quaſi coquunt; Maieſtas veſtra & tenuitas mea. facit illa, vt nolim; hæc, vt velim ſcribere. Verum incredibilis veſtra humanitas facit mihi animos, vt qui ſperem tenues noſtras, ſed beneuolas literas Sereniſſimo non ingratas fore: maximè cùm veſtræ Sereni-

renitati debeam, quantum nunquam poſſú minima parte referre. Nam quas ad Scipionem Gonzagam Cardinalem ſcripſit pro me literas, illæ tam arctè me Serenitati veſtræ deuinxerunt, vt videat mihi, ſi omnin ò taceam, impius; ſi loquar infra rem, ingratus. Quare veſtrum hoc in me beneficium neq; dicam, neq; tacebo; quin potius mediam viam inſiſtam agnoſcamq; me ita vobis debitorem eſſe, vt officium nec poſſim dicere, nec velim tacere. Et iſtud certè eſt cuiusdam meæ felicitatis. nam debere eſt felicitas, & maximè debere felicitas certè maxima. paradoxon dixerit quis. ſed quia paradoxon luſi neſcio quid, vt illud redderem probabile, id mitto ad Serenitatem Veſtram, vt rideat de meo luſu, quoad occaſio, tempusque ſuppeditent ſerium aliquod ad teſtificationẽ mei amoris in totã familiã Auſtriacam, quam colo, colamq; omni obſequio, quamdiu erit vita.

PARADOXON.

Melius eſt debere, quàm non debere.

ALCIBIADES in ſuo ſympoſio Socratem dum vellet colore vero vinoq; exprimere, eum Pharmacopœi pyxidem dixit. Pyxidem certe, extra ſi videas, intùs ſi penetres. Vidiſtis enim Pharmacopœi officinam pyxide vndiq; inſtructam, & pyxide, quæ præ ſe ferebat harpyias, Satyros, hædos reptantes, ceruos alatos, anſeres cum frenis, alia monſtra, quæ priùs rideas quàm videas. at intus ſi penetres, erit quod quæras. quæris? erit quod ames. amas? erit quod emas ingenti precio, lautas ſcilicet res, balſamum, ammomum, zibetum, ambram, muſcum, alia, quæ ſeruant ſanum, ſanant ægrotum. Ad hanc normam exigebat Socratem, vultu, ac moribꝰ taurum potius, quàm hominem, extra ſi examines: at intus ſi iudices, Principẽ hominũ, quo nihil vidit vel ſchola nitidius, vel mũdꝰ diuinius. Quorſum iſta? vt me purgem prius, quàm peccẽ. nam cũ hoc tempore

peſſima

peſſimæ quæq; res vincant optimas, ſenſus intellectũ, potꝰ cerebrũ, oculus visũ: volo afferre Paradoxon, quo nihil ne stöa quidem audiuit implicatius: ſcilicet, Melius eſſe debere, quàm non debere. Stupetis? vel deſinite ſtupere meũ Paradoxon, vel incipite ſtupere Pharmacopœi pyxidẽ extra mõſtroſã, intus pulchrã, extra falſã, intus verã; extra dubiã, intus certã & ad normam Socratis penitus depictam. Date mihi, quæſo, hanc operam, vt me legatis. Ego vobis viciſſim dabo illam operam optimã, vt vos omnes beem. omnes, ſi eſtis fœlices, eſtis debitores. cum infœlicibus nihil mihi hodie, nec vnquam erit, ſi potero cauere. ordiar ab ouo, vt concoctio ſit facilior. Homo natus eſt non ſibi, ſed aliis, aliis, etiam canibus, & bobus, ne putetis fortaſſè tantùm, patriam, parentes, amicos, cum Cicerone. ſiquidem Deus homines ea lege finxit, vt quemadmodum ignis non ſe, ſed alios ſplendore ſuo, & ardore complet: ſic homo quicquid habet genij, ingenij, moris, amoris, aliis habeat æquè ac ſibi, immò, ſi heros velit eſſe, aliis magis quàm ſibi. Id homo ſi non ſciat ſua ipſe mentis luce, corporis illa fabrica pulchrè, ſciteque à natura diuino

quodam ordine expreſſa facilè docebit, citò docebit, clarè docebit. Siquidem animo illæ ſunt partes, vt corpus vegetet; corpori hæ, vt animum ſuſtentet; vtrique æque pares, vt alter alterum mutuo quodam fotu, & ſubſidio tueantur, ſi velit aut illud viuere, aut hic moueri. Hoc quid aliud eſt, quàm eſſe mutuum debitorem, corpus animæ, animum corpori, omnia omnibus? At iſta non videntur? malè Philoſophus es, qui vis videre. Tamen, vt iſtud etiam tibi dem, vide in membris tuis ipſam veritatem. Oculus videt pedi, pes ſtat manui, manus tangit ori, os edit ſtomacho, ſtomachus digerit corpori, redditq́; corpus tandem quod accepit, accepitque à ſingulis quod det, tanto ordine, tàm arcta lege, tàm certo tempore, vt videamus Deum aut nolle hominem eſſe, aut velle eſſe debitorem in omnibus partibus, non in ſingulis tantum. Hæ res tanti apud me ſunt, vt cui velim ſeriò eſſe amicus, illi certè velim eſſe debitor. nam qui me afficit tanto beneficio, illi certè debeo, vt eum viciſſim liquidiſſima voluptate afficiam, ſi poſſim. poſſum autem nulla liquidiori via, quàm debitor. ſiquidē pecuniam cum reddo, quāta voluptas?

maior

maior re, liquidior fructu, perfectior cumulo, quàm illa Alchimiſtarum de ſtanno mutato in argentum, cupro in aurum. hi enim non putant omninò ſe inuenturos quod quærunt; ſi inuenerint, extra ſe ſunt præ gaudio. ſic debitores, ſi accipiant quod difficulter ſe accepturos ſperabant, ita exultant, & gaudio quaſi triumphãt, vt lætitia patris de filio ſeruato, præ hac, nulla ſit. Deus ex nihilo nos finxit. tantumnè? etiã, de nihilo homines nihili redemit; tamq; arctè ſibi deuinxit, vt ſimus mente & lingua indigni, ſi putemus nos poſſe aut mente parere, aut lingua edere gratias huic beneficio pares?

Debitores ergò eſſe Chriſto debemus velle, niſi velimus eſſe in Chriſtum impij. videtur pars quædam diuinitatis, gerere in ſe formam Chriſti. nec verius, nec melius geres, quàm ſi, vt Chriſtus ſibi omnes, ſic nos nobis plurimos faciamus creditores. eſſe creditorem, quanta res? ſupra hominem, vt leuiter dicam. qui enim debitor eſt, id huic proprium, habere pro ſe omnes ad Deum ſupplices. ſcribunt de ſeruis Gallicis, qui erant eodem, quo domini, tumulo contecti, totos annos poſuiſſe in precibus pro ſalute dominorum. ad hanc normam formo credito-

res.ſudant, algent, orant, flent, rident, ſuis debitoribus. quia hi illis timent (plus enim eſt illis pecunia, quàm vita) ne creditum amittatur. moriuntur, illi his viuunt, vt eſſe debitorem ſit eſſe dominum, ſi rem exigamus ad veritatis libellum. Boni verbi ſint mihi teſtes mali, vſurarij Galli, qui quòd frumenti pretium minueretur, literas ſe fecerunt longas, malueruntque mori; quàm vita ſua aliquam fœlicitatem communicare alijs. Quantò igitur illis charior pecunia, quàm vita, tantò contentius pro debitoribus orant, non tàm ſibi vt diu viuant, quàm vt illis viuant feſtè & vtiliter. ſoluendo qui non eſt, creditori quid obligetur? Debitores ergò honorandi ſunt. quid nō honorandi? perpēdite qua voluptate, dum vidēt ad ſe venientes Creditores, tàm humiles, tàm obſequentes, tàm reuerenter vſque ad genua ſupplices, vt nihil magis antiqui Romani laudi ducebant maximæ, prenſari. nullus nullius ordinis Romæ maiori humanitatis ſpecie prenſabatur, quàm à creditore debitor. creditores laudant, vt lædant; quāquā dū lædunt, titillāt, omnemque quærunt viam, qua obijciant debitori verſuram, id eſt, copiam augendæ, non

dico

dico rei, ſed fœlicitatis ipſius. dic mihi Melibœa, quid iam in debitorem vitij aut conuitij? ſi dicas vitium, contra eſt Deus, Mutuum date, nihil ex eo ſperantes. ſi conuitium, facite (inquit Chriſtus) amicos, id eſt, facite vobis debitores, de mammona iniquitatis. tolle mihi, quæſo, ex naturæ orbe debitores. quos verò reliquos? miſeros omnes, qui non habent, cui credant. immò iſtud debere, videtur habere certam affinitatem quandam cum cælo, cum terra, reliquiſque elementis. in quibus tanta eſt concordia, tantus amor, vt terra non velit eſſe ſine reliquis, nec reliqua ſine terra. ex quo facilè colligere eſt, vt vitam noſtram cibo, potu, & aëre, ita naturam humanam mutuo debito ſuſtineri. nec anima huius vniuerſi, quæ ſecundum Academicos omnes res animat, ſine debito ſuam obire functionem poteſt. Nam ſi cogitemus mente Ideam mundi extra debitum, nihil præter odiũ, inuidiã, turbã, cogitabimus. Mente pingamus Metrodori mũdũ; Iouis luctã cũ Saturno, nullus vſus ſiderum, nulla intelligentiæ vis, nulla neceſſitudo elemẽtis cum elemento, ſolis cum luna, deorum cum dæmonibus, aliarum rerum cum aliis, quid non fœdi, tetri, abiecti obijciunt mentis

tuæ oculo? vbi non eſt aut mutui datio, aut accepti redditio, introducitur chaos illud magnũ non magnum, in quo omnia & nulla; & ideo nulla, quia omnia. Quid exclamo, confuſionem? ſatis dixi, qui dixi chaos. Mutuum ergo & debitum debemus ponere, vt ponamus mundum verè mundum ob ornatum & cum ornatu. Stellæ quidem pulchræ, ſed ſine opera ſolis fœdæ; terra fructuoſa, ſed ſine ſubſidio aquæ monſtroſa; æſtas amœna, ſed ſine temperatione elementorum peſtilens. nihil eſt in hac machina magna molitione, aut magnum aut pulchrum, niſi accipiat ab aliis, quo ſit magnum, & det aliis, quo ſient pulchra. Miror antiquitatem ſuperſtitionis vel matrem vel alumnam, quæ ſolem, cælum, ſolum, imò beluas conſecrauit, tàm fuiſſe hebetem & plumbeam, vt nullam debito & mutuo diuinitatem tribuerit. Nam ſi aliæ res Diuæ putarẽtur quod vtiles, cur non debitum in illo cæli ſolio locatum, debitum, inquam, cuius vi viuit, quicqd viuit; floret, quicquid floret; ſplendeſcit, quicquid ſplendeſcit. Quãquam ſint aliæ res, aut poſſint eſſe non conſtrictæ ipſæ inter ſe mutui debitique iure diuino: homo verò non debitor quamdiu ſtabit? quid? ſtabit? cum

dicto

dicto cadit: ſiquidem hominem tollimus, ſi tollimus amorem. amor vult debere, imò debet debere. Sed fingis hominem ſine aut debito amoris, aut amore debiti. Quod monſtrum? neget caput oculo pedem, oculus pedi viſum, pes corpori ſtatum. leuicula iſta præ vt alia; manus ori, os ſtomacho, aliæ partes aliis negent quam debent functionem, quò ibit homo? in fumum & cinerem parentes ſuos: nec vllus hinc Æſculapius eum in lucem vnquam reuocauerit. At in mundo ſi debeant res rebus ex illo mutuo complexu, exiſtet id, quod miramur, non ornatum modo, ſed firmum & æquum. Inter zonas, cælos, cælorumq; motiones, quis amoris cõplexus? debitus iſte. nam ſi tollis, ipſos cælos tollis. elementa cum elementis tam arctè cohærent, vt elementa ſibi inuicem videantur alimenta. diſſolue hunc nodum. non potes certè, niſi vnà diſſoluas magnam hanc rerum machinam. Rerum inter ſe hæc concordia debita dat mundo deos onuſtos, Bacchum vino, Cererem frumento, Floram herba, Pomonam fructu. certè ſi quantum alter alteri debet, tantùm quiſque redderet, rediret nobis Saturni illud ſeculum aureum, in quo non eſſent aurum, argentum,

alia,

alia, illud meum, hoc tuum, ſed omnia omnium, prout neceſsitas iudex aut index. Faceſſat Perſæ, qui infamiam putant debere: faceſſant Vlpianus, Modeſtinus, alij minuti. vt iuris, ſic pecuniæ aucupes, qui volunt in debito eſſe ſpeciem quandam ſeruitutis. Debeo ego ſemperq́ue debere volo. cui? minimus maximo. cui? ſubditus domino. cui? cliens Sereniſsimo Principi Erneſto, qui quantum à Deo homo, tantùm alijs hominibus ſuis, quaſi Deus largitur; Alijs quid & quantum debeo? quod charitas, quaſi legem iubet, proximo me; quantum mei permittit aut pietas in Deum, aut Reuerentia in Erneſtum. O felicem me, omnia debitorem.

ROBERTI TVRNERI Romа in Bauariam proficiſcentis Hodœporicon, Scriptum ad Michaëlem Lauretanum, ſocietatis Ieſu, Collegii Germanici Rectorem.

NON *meæ negligentiæ fuit, ſed pudoris, dulciſsime Pater, quod poſtquam Bononia diſceſſerim, nihil ad te*

ad te dederim literarum. nam hæſi. pudet ſcribere. quanquam quid pudet ſcribere, quod non puduit facere? hæſi Patauii quinque plus minus menſes, ac ſic hæſi, vt mallem non ſcribere, quam ſcribere me Patauij eſſe. at cur hæſi? quaſi Patauij non eſſent, quæ meam mentem poſſint, non dico delinire ſpecie voluptatis falſa, ſed ipſo fructu acerrimè commouere, docti Philoſophi, terſi Oratores, libri vario lepore referti, genus hominum politulum ac omni numero elegans? quid? quod Italia annulus aureus eſt mundi? in hoc annulo gemmula Patauium. ab huius vel annuli pretio, vel gemmulæ pulchella ſpecie diuelli tàm citò, fuit ſanè, vt breuiter dicam, in animo meo, quod in vlcere vnguis. Vlyſſes noluit ad Sirenum cantum hærere; ad Campaniæ delicias voluit Annibal. prudenter Vlyſſes: ſuauiter Annibal: niſi fortaßè ille ſtoicè ſatis; hic effœminatè nimis. Verùm vt ego facilè probem potius Stoicum Vlyſſem, quàm effœminatum Annibalem, cùm hic victæ Romæ inſignem gloriam amiſerit, ille recuperatæ patriæ ſummũ fructũ tulerit; tamẽ, vt me aperiã, videtur mihi & illud illius duriuſculũ

ſupra

ſupra hominem; & hoc huius molliuſculum infra militem. Quare cùm Patauium fuerat mibi & Campania & Siren, mediam triui viam, vt & me Campaniæ deliciis delinierim, non expleriм cum Annibale, & Sirenum cantum prima aure exceperim, non excluſerim omninò cum Vlyſſe. quanquam is ſanè ſum, qui credam Vlyſſem non fuiſſe ita Stoicum, vt illius ſuauitatis tinnitum aliquem non paſſus ſit influere, vt non grauiore videar reprehenſione notandus ad exemplar Vlyßis, in quo effictà à ſapientißimis eſt expreßio cõſtãtis viri, quòd exceperim aure tinnitum, non hauſerim animo voluptatem. Nam accepta à Duce pecunia, ſtatim profectus ſum in Germaniam. De pecunia ne quid ſuſpiceris mali. ſcriptis literis rogaui, ſi me vellent, vt mihi ſubmitterent pecuniam, id eſt, alas mihi appingerent, quibus volarem ad Ducem. putabam namque eſſe infra honorem meum (ignoſce ſuperbiæ) cum alii venirent, quaſi inuitati præmio, ego ſurreperem, quaſi impulſus neceßitate. quare hac mora conſului, etiam fronti meæ, conſului honori, idque tàm fructuosè ac verecundè, vt nec pigeat, nec pudeat ſic conſuluiſſe, niſi tu iraſcaris, tàm tardè

con-

conſuluiſſe. quanquam aliud erat; ſed nihil ad rem, cùm ſit ſatis purgatum de nulla culpa. quanquam fatebor culpam, cùm facilè futurum ſit, vt hanc tantillam, inter illas meas Collegij ſordes facilè quoq; patiaris ac modicè illo tuæ charitatis velo quaſi quodam obtectam latere. Nunc tandē Monachij ſum, ac expecto cū reliquis, quid nobis futurū ſit. Quod ſi id cupias, quid expectamus vno verbulo: alij lautas illas magnificeq; opimas cōditiōes, ego miſellā neſcio quā rem ipſa paupertate pauperiorem. Ac ne me gaudeas hac paupertate pendere iam Deo pœnas meæ temeritatis, quòd Ingolſtadio Lutetiam, Vendium ne næuo quidem notum, poſtpoſuerim Roſſenſi perſpecto iam ipſis medullis, ac promiſſis ſtatis humaniſſimè elicit⁹ in Poloniā, mallē omnib. repugnātibus ac mala malè ominantibus ſurrepere in Bauariā. ita hic pauper ac miſer ero (ſi fortaſſè pauper ac miſer ero) vt nihil ſanè putauero mea aut paupertate ditius, aut miſeria fœlicius. nā ita me noſti hominē (ſi me benè noſti) vt nō curē, quàm multa largiantur boni, ſed quantula optimi; atq; eadem animi conſtātia, ſeu poti⁹ cōſtantiæ æquabilitate, prætuliſſe iā me Regi Polono Ducē Bauariæ; qua

L ali-

aliquando contempſerim præ Roſſenſi Moronum. Bonus fuit Moronus, bonus Paleotus; ſed optimus fuit Roſſenſis, optimus Bauariæ Guilielmus, vt cum ego non cupiam eſſe bonorum ditiſſimus, ſed optimos ſequar, non optimus, naturæ inductione, vel diuina præſcriptione, vellem, his teterrimis morib⁹, tantum eſſe pauper Alani, Roſſenſis, Paleotti, Borromei, aut Guilielmi Ducis; ſextum non noui, quoad noſtra dia illa Maria emiſſa ex carceribus nos nobis reſtituat. Atque de Duce Bauariæ ſanctiſſimo vt probes meũ iudicium, dicã quæ hactenus viderim, ac ſtuporis plenus ſuſpexerim Monachij, vt in hac ætate altè antiqua, vt his morib. inſigniter pia, vt apud Germanos purè Romana. Verũ quod in diſceſſu feceras, ſi iam quoq́; imperes, vt quid viderim in itinere boni, qd pertulerim incõmodi prius explicẽ, quàm veniã ad hæc Bauarica, nõ defugio conditionem, patiaris me in reliquis eſſe perbreuem, in Bauaricis benè longum. Ac vt in vtriſque liberiori curſu decurrat mea oratio, vellem adhiberi de ſtilo cautionem. quam? vt ſi oratio mea, quæ ſolebat Ciceronianæ dictionis ac perpetuæ periodi lege arctius aſtrin-

aſtringi, nunc quaſi libertate donata cõtemnat omnem periodi artisq́ præſcriptionem, non ideò putes me mutaſſe aut genium aut ingenium meum, ſed potius ab illa ſcribendi ratione, qua me & præceptio tinxit & imbuit natura, contra genium ac ingenium meum conſilio deflexiſſe. nam in re omnium florentiſsima vellem ita florere orationẽ meam, vt non tardiori illa periodi prolapſione quaſi repens retardetur, ſed membris conciſa ac interpuncta eat liberius, ac iamborum nõnunquam celeritate ſubſultans currat leuius. Scribo namq́ panegyrica, idq́ ad normam Pliniorum, Pacatorũ, Mamertinorũ, quorũ illa lex videtur fuiſſe, nulla vinciri lege, ſed per cãpos eloquẽtiæ expatiari liberè, ac ad voluptatis quandã illecebram vndiq́ decerpere floſculos rudi ſanè illius ætatis filo contextos. Hæc volui monere, vt nõ mireris, ſi qui ſolebam cupedias illas Ciceronianas apponere illis delicatulis, in hac re velim non tàm nitere Tullium, quàm ſordere Mamertinum ac Pacatum, qui ſubruſticum illud, vt coqui Galli vrticas, condiunt tàm ſuauiter, vt perdiderit ſanè palatum, qui nõ delectetur. ſed cum hac cautione

à tàm æquo iudice ſatis impetrauero, ne hanc nouam meæ orationis faciem mireris nedum reprehendas, ecce tibi rem ipſam, quam ab Vrbe perducam recto orationis filo ad aulam Bauaricam. De Ioanne Geldrenſi ac aliis antea fuſè, de tritiſſimis iam aut nihil, aut quaſi nihil breuiſſimè. nam illa, Fienzæ eſſe peregrinationem frequentia ac munere perreligiosè cultam, Anconæ Cyriaci templum eſſe magnificè apparatum, Laureti Patres Societatis eſſe humanos, vbique furaces eſſe Vitturinos (illos loquor, qui equos ductant, genus homuncionum indignum, quod notetur voce latina) notiora ſunt, quàm vt debeam. ſed heus, Bononiæ, etſi notiſſimum eſt, tamen ita rarum eſt, mirum eſt, antiquum eſt, vt ſi non debeam, velim tamen ſcribere, Padeottum, ſic eſſe Cardinalem, vt vita exprimat monachum, hominem (vt breuiter dicam) moribus planè antiquis. aula eius edit, dormit, loquitur, orat ad præſcriptum tàm commodè, vt ſi in monaſterio plerunque poſſimus lugere aulam, hic in aula debeamus admirari monaſterium, illudque tanta diſciplina aſtri-

aſtrictum, vt ſedatius ac maiori ſilentio tota die viuatur in aula, quàm in cœnobio poſt preces diei vltimas. menſæ culta eſt parſimonia, quòd culta eſt, videatur Cardinalis, quòd parca, monachi: vſque eò vt refugerim ego eam potius tenuiter parcam, quàm appetierim exquiſitè cultam. quicquid bibitur ac editur, id totum habent vaſa ficta omnia ex argilla & terra. denique in menſa nihil viſitur aureum extra Paleottum aureolum illum ſenem ac Apoſtolicæ vitæ expreſſionem viuam. cuius vita (vt videas rem magnam compreſſione verborum complicatam) ita tota eſt in actionibus ſanctis, vt ſonum excipiat oratio, orationem miſſa, miſſā opera nauanda pauperibus, hanc operam cibus, cibum pia confabulatio, confabulationem muſa, muſam audientia communis, communem audientiam oratio totius familiæ, hanc orationem cœna, cœnam ſilentium, quod non tàm Paleotti, &, quæ ad Paleotti normam omnium domeſticorum, vt quas ſinguli cogitationes actioneſque hauſerunt à Deo ſurgentes, illas iam omnes in Deum

referant dormituri. ô pium Paleottum. Sed vt magis videas ſudores hominis, zelantis domum Dei, intra cancellos perpaucorum dierum, quibus hæſimus Bononiæ, Principem quendam indè èx Polonia piè informatum recepit in Eccleſiam, totam eius familiam numeroſam, beneque lautam confirmauit publicè, ac muniuit euchariſtia, conciones bis habuit ad nobilitatem ac Senatum latinas, accumbentibus viginti quatuor pauperculis miniſtrauit, ſuoque exemplo prolegatum Pontificium principemque illum Polonum ad idem charitatis officium illexit, Synodum parochorum ſuorum coegit, quid minutus ſum? ſtupet terra, gaudet cælum, alterum iam poſt multos annos Petronium ad Bononienſes quaſi è cælo lapſum eſſe. De me vt dicam, ita me occupauit penè totum hic innocens ſenex; pauper, princeps, aulicus, monachus, vt in terris cùm nihil habeam potius, quàm videre Venetias, nihil tamen propius fuit, quàm hæſiſſe Bononiæ: vt quas res putat inconditus populus nulla cogitatione, nedum natura vi poſſe coniungi, illas ego mi-

rarer

rarer quàm aptis cathenæ quaſi nodulis innexæ ac implicitæ lucerent pulchrè,in ſene innocens,in principe pauper, in aulico monachus. verùm cùm nullus videretur conſecuturus fructus, ſi hæſiſſem, vel quòd coruus Luſciniæ non poteram eſſe gratus, vel quòd ineptus ſancto nolebam eſſe grauis, proficiſcor Venetias, vt tantæ ciuitatis ſplendore, magnificentia, virtute, doctrina, lenirem ſancti viri ſanctum deſiderium. Sed in itinere erat Ferraria, quod obiectus agger in regia via. ciuitas enim eſt ſi poſitu perbella,neſcio quo genere hominum ſane fœda. nam ita moleſti erant de pecunia, hic vt aperirent ſarcinas. putaram Ciceronem è ſingulis peſſimis ſingula vitia, quaſi colores, ſumpſiſſe, vt in vno Verre pingeret ſummam nequitiam ac fraudem; iam puto Ciceronis Verrem eſſe ſanctum, ſi conferatur cum his maculis. quid putas? etiam libera eſt Florentia, ſi putes hanc ſeruitutem. ac ne quid etiã tu ſuſpiceris nõ inſigne: Eucliones Plautini vincuntur ab hoſpitibus, à lictoribus Balliones. breuiter inferos iurares,niſi ꝙ

 non

non regnaret Pluto. regnat enim ille princeps, cuius mentem natura informauit ad pietatem, pietas ad iuſtitiam, vt mirer tàm iuſtum ac pium principem horum è fæce homuncionum, vel impudentiam non refutare edicto, vel tyrannidem non præcidere gladio. Germanus ſtipator dicitur apud illum eſſe fortiſſimus, huius fortitudinem cur non vult acui in iſtorum capitibus quaſi ramos, putandis? Carnifex dicitur eſſe in illa vrbe multus ac peritus, huius peritiam cur non vult nitere in ſanguine paruorum iſtorum tyrannorum? Ita faueo gloriæ iſtius principis, multis maiorum facinoribus partæ, vt hoc peterē ſanè, ſi quid à tanto principe poſſem petere ſine impudentiæ labe, ne hanc perpaucorum è plebe homuncionum peſtem patiatur manare latius ad infamiam tantæ familiæ, ad contagionem tantæ vrbis. Vix poſueram pedem extra vrbis ſepta, cum in ſinu gauderem, quod liberarat me Ferraria ita timebam mihi à ſarcina mea, quæ capitalis videbatur, aut grandi pecunia pianda, ſi patuiſſet paruis tyrannis illis, immò vix deſij videre Ferrariam, quin cœperim cantare (quod noſti me in reliqua vita inuitum ſolere) tanti fuit ſeriò timuiſſe?

Digitized by Google

muiſſe? ne me fortè putes non libenter vidiſſe magnæ vrbis magnificentiam magnam. Exceperunt me proximè Venetiæ. ô lætitiam, vt taceam vrbem in medio mari fluitantem, ædes quaſi ſine fundamentis, nutantes ad ſpeciem, ad firmitatem ſtantes, Eccleſiam D. Marci ſupernè ad imitationem crucis affabrè expreſſam, infernè ad ſimilitudinem maris pulchrè ſulcatam, ſeu verius vndulatam, D. Marci plateam omnium gentium omni lingua celebratam, lintres ſtantes, lintres curſitantes, naues quaſi in vicis, vicos quaſi in nauibus, ipſe pileus decore rotundus, manicæ eleganter fluentes, ſeruus miſerè vinctus, carcer ſordidè querulus, nauta ruſticè ridiculus, ſermo pulchrè barbarus habebant voluptatem. O lætitiam. vno verbo dicam, Venetiæ ſi non eſſent, mundus non eſſet, ita in ſumma libertate omnia vincta ſunt, idq́; lege; in ſumma affluentia omnia parca, idq́; conſuetudine; in ſummis anguſtiis omnia varia, idq́; arte. vbi temperant ac permiſcent ars varia anguſtis tam pulchrè; conſuetudo parca affluentibus tàm modicè, lex vincta liberis tam prudenter, vt valdè eſſem lautææ, exquiſitæq́; naturæ ſi alium deſidera-

 rem

rem mundum; niſi illud fortaſſè nimis videatur liberum, in angulo, contra conſuetudinem conuiuere; illud nimis parcum, multa edicta tã ſeruare malè, quàm condere benè, cõtra legem; illud nimis varium, meretriculam tanquã frequentem colorem, pulchræ vrbis imagini fœdè allini cõtra artem. ſed ne videar illam vrbem perſtrinxiſſe, quam omni honore vellem ornatam, ideò mundus pulchellus eſt, quòd habeat ſuas labes, nonnunquam in cælo pluuiam, in ſole ecclypſin, in ſolo illuuiem, in aëre peſtem: vt quod ſunt hæ ſiue labes ſiue gemmæ in mundo, id ſunt in Venetiis illa. De reliquis vt indulgeam quanquam de hæreſi vellem caueri, idque bona lege benè ſeruata. nam eouſque prorupit audacia hæretici, vt audeat non dico Romam notare conuitio, ſed Venetiis irridere Venetum de veſte ſua, de forma ſua reipublicæ, de Pontifice ſuo, de Deo ſuo. Mirum ſanè, hæreticis iſtis delicatulis non placere Veneta, quanquam nil mirum, quibus penè ſtupidis certum eſt diſplicere Romana, hunc tamen vel deprauati palati ſtuporẽ, vel corrupti animi morbũ pati Venetos, vt emanet ad cõtagionẽ, quãti pudoris? audet; Ge-

neuen-

Digitized by Google

neuenſis ille rabula Venetiis pungere. pungere? etiam venenum ſpargere. venenū ſpargere? etiam audacter. audacter? etiam in platea. audita loquor ac viſa, illa verò quæ latent, qualia ſunt? anguli illi, cathedræ illæ, illa cubicula, illa conciliabula, illæ ſynagogæ priuatæ quid loquuntur? ſeu verius quid non loquuntur ad perniciem? ô perniciem, ac illam, vt noceat tutius, periculoſæ libertatis velo contectam. ſed audio iniri rationem remedij, ſperoque breui adhibitum iri ſcalpellum ad vlcus, ne plenum ac maturum erumpat; ac ad communem peſtem totum effluat. hoc ſi fiat, Venetiæ habebunt ſpeciem non mundi, ſed cœli, quadam quaſi legis, doctrinæ, magnificentiæ, virtutis perpulchra deſcriptione expreſſam. hic poſtquam aduerteram ſitus miraculum, palatiorum multitudinem, vrbis legem, populi mentem ingenuamque naturam, omnia denique commoda ac perinſignia, ita mirabar, ita amabam, vt doluerint ſanè ingenij, mentiſque mea vim tàm anguſtis naturæ regionibus definitam eſſe, vt poſſit potius mirari omnia, quàm amare ſingula. ab huius vrbis hac ſuauitate, etſi vix vide-

videbar poſſe diuelli, diuellor tamen, pergóq; Patauium, vt videam. video primùm, ſed non amo, non miror. mentem meam præoccupatam defixerant ſtupore Venetiæ, verùm poſtquam benè videram, etiam miror, etiam amo. quid? illa gens ad Venetiarum legem tàm libera, ad Athenarum formam tam docta, ad Romæ imitationem tam polita faciet, vt amem, faciet vt mirer, niſi ad Stoæ fortaſſè normam nihil ſit, quod amem, nihil quod mirer. At ſi me putes amplificare rem, infra rem eſt oratio, nam Picholomei, Archangeli, ac (vt me tandem expediam) reliquæ cathedræ perdoctæ ſanè omnes effecerunt, vt quas venerata eſt antiquitas Stoas, Academias, Athenas non deſiderem, aut certè non valdè deſiderem; ita hic illarum forma omni artis ingeniíq; colore egregiè polita eſt. De me fateor liberè, penè ſederam ad harum Sirenum hos ſcopulos, captus vel rei vtilitate, vel ſuauitate populi, voluptatem taceo, ne me putet aliquem è fæce Epicureum: tamen vt in re honeſta indicem honeſtam voluptatem, fuit tanta voluptatis, quãtam vix poteram his pectoris mei anguſtiis capere, habuiſſe Patauij fautorem Epiſcopum,

ami-

onem ſingulari humanitate, au-
ina virum. De Achille? ita ſua-
fuit, candidus fuit, vt ſi: auita-
m, candorem id ipſum putem eſſe,
ita amauit Anglum, excepit di-
uit Germanici Collegij alumnũ,
cilè ad hanc normam debere exi-
Chriſtianum: aut ſi non ſit ſpe-
omnes, quicunque fuſi per orbem
nc formam ſimus Chriſtiani, reli-
illos difficiles ac nimis politicè
ui dum multa faciunt bono animo
recta ac regia via ſubdolè, edunt il-
ruinas, reuocarem ad hanc nor-
ter. quia hoc eſt tuliſſe punctum;
quia niſi haberent quidam admiſtas
ati ac ſinceræ menti labeculas haſ-
retur Achilles tuliſſe punctum. in-
qui tàm difficilem ſubeo prouinciã
laudandi, in quo ille veſtræ ſanctæ
inctus author ſpirat Ignatius, aut in
t. huius opera, vt ames hominẽ ma-
s ſum Doctor. Hinc recta proficiſcor
niam, Eheu mi pater, quàm inuitè?
l crucem. non quod non libenter ſim
pro-

Digitized by Google

*profectus in Germaniam, ſed quod Italiæ ſua-
uitas, prudētia, virtus, doctrina, eos mihi mo-
tus inuſſerint amoris, vt à recto ſenſu nō videar
ipſe mihi iudicaſſe, niſi tot Italiæ tamq; confer-
tis ſuauitatibus poſtpoſuero reliquū orbem. vis
dicam? quo animo fuit Æneas, cum Troiā ſuā
diſpiceret fumantem, eodem fui ego cum eram
relicturus Italiam, Deine dicam filiam, an na-
turæ miraculum? quanquam dicendo id conor,
vt videas mentem, tamen dicendo non id aſſe-
quor, vt exprimam dolorem meum tàm gra-
uem ſanè eum ac altum, vt ſi ad eius expreſſio-
nem adhibeatur aliquis & Ciceronis arte per-
politus & Oreſtis illius tragico furore per-
citus, hærere facilius poſſit victus quàm biſce-
re commotus. tanti tamen fuit vox illa mea
miſſa ad Pontificem, ſcripta ad Ducem Guili-
elmū de profectione mea in Bauariam, vt ſi o-
ptio daretur vel doloris eunti, vel voluptatis
manenti, ſtatuerim potius eundum cum ſum-
mo dolore, quàm manendum cum ſumma vo-
luptate. Vides dolorem ſatis per ſe magnum,
hunc tamen doloris morſum fecit aculeatiorem
prima illa Germaniæ facies. nam à Germania
dum proximè abes, noua terra facies, quacunq;*

defigis

ijcitur: in Tyrolim dum pene-
ſuiſſe, veſtigium non in terra
homines, ſed in horrore. horri-
rgilius antrum Polyphemi; ni-
nc horrorem, conquiras non di-
Harpyiarum ſedes, nec ex Ta-
itanniæ, ſed ex tota Poëtarum
um gente omnes ſpecus. valles
ſſæ altiſſimè, montes ſubeunt in
nteruulſæ biant, ſqualent viæ
nt ſpecie agri, aër frigore conſtri-
impedit ſpiritum. miror ſi non
edem in Italiam non retuliſſe per-
ſpecie. pergo tamen, vt laudes con-
facit fortaßè mea oratio vt Ty-
ris ſpecie, vide ſis quid agas. non
detur mala; eſt quæ non videtur
optimam putes, quæ montes habet
aureos; viros etiam fœdos quos
et ingenioſos. ac vt taceam mei
ſuauitatem, vellem definias re-
yrolenſes vnius ruſtici ingenio,
reliquorum ruſticorum ingenia
uni montani reſponſione. per-
fuit. audi. Aggregarat ſe Vene-
tiis

tiis ad me quidam totus ſanè factus ex ſimplicitate, ſi metireris hominem fronte, ille tamē verè, quem optarem ſemper & vitæ degendæ, & itineris faciundi comitem, ita in videndo erat prudenter curioſus, in peruidendo ſedulò lynceus. nec id mirum, qui peragrata tota Palæſtina, Græcia, Turcia, longo vſu didicerat, illud, perigrinari, antiquorum Philoſophorum, nihil fuiſſe aliud, quàm quadam ſimplicitatis ſpecie, quæ cures, ea contemnere, vt rectius peruideas; quæ non cures, ea mirari, vt tutius olfacias. quare cùm ego ſæpius quadam verborum quaſi deteſtatione proſecutus fuiſſem hanc Tyrolenſium móntium fœditatem, Apage, inquit, has voces. lauda potius omnia, vt deuincias homines; mirare ſingula, vt exquiras ſententias, non ideò veniſſe nos, ſi rectè ac ad prudentiæ regulam inſtituerimus peregrinationem, vt reprehendamus, quæ patent; ſed vt eruamus, quæ latent; illa naturam in medio poſuiſſe, hæc occuluiſſe, ac quibuſdam quaſi ſordium integumentis texiſſe, in quibus eruendis acuatur induſtria ingenioſorum. ego hominem græca latinaq; lingua, varia doctrina, multoque vſu perinſignem primò irridere quaſi ſtultè curioſum

in tan-

Digitized by Google

*rdibus, ille tamen pertinaciter ac ſe-
re de ſingulis, de terra, de fodinis, de
, de feris, de niuibus, etiam de vaccis,
ičte; ac me ridentem vt refelleret, ca-
rontem proteruius, addit, etiam in la-
llaris, caſeo, ac vaccis eſſe ſi non mi-
ei, certè myſteria naturæ. Cum intel-
homines tueri illos montes, ſeruare
exprimere lac, cogere caſeos, habere ca-
ſtiſſimæ magnitudinis, qui arceant ab
, ac armento vrſos, lupos, aliaſque multi
i feras, hortatur vt videamus. ille rogat
is, qui indicent viam. adſunt duo cum ba-
unica ex vrſi exuuiis, ſcalis, calceis noui
is. quid iſta? cum acceſſus montis qua-
ue aſcenderis, prærupt us ſit, præceps, lu-
us, periculosè ad figendum veſtigium, ſuc-
unt pedibus, calceos, ferro pedem totum
ngos, inferius productos, ſuperius fibula
exos, cuſpide anterius peracuta extantes
imilitudinem proboſcidis. cùm meus comes
rat baculo in manu, ſcalis ad tergum, tu-
a per corpus, ferramentis ſub pedibus ita
initus, vt riderē nouum Cacū, aſcēdit montē
illi⁹ credo docti veſtigio anteà notatū. irruūt*

 primò

Digitized by Google

primò canes cōpeſcuntur, proruūt homines ex antris, ſuſpicati vrſū; ſalutātur. rogant quid rei ſit, reſpōdetur, ad voluptatē, eſſe exterū, eſſe curioſū, cupere videre, rogare remunerari etiāſi quid largiātur aut eſuriēti extero humaniter, aut interrogāti curioſo officioſè. recipiūt tecto, ſeu potius antro; ſternunt menſam, ſeu potius terram, apponunt lac omnis generis, preſſum, coagulum, fluidum. nunquid aliud? etiam panem ſatis commodè toſtum, quem non contemneret homo lautus, & carnes vrſi ac cerui ſapientiſſimè conditas, quas lingerent delicatulæ illæ in media Italia tenellæ virgines. poſt omnes dapes aſſident, de pretio (vt moris in Italia eſt, ne parcius edatur, dum timetur pretium) iubent bono eſſe animo, venire hîc menſam non pecunia, ſed amore, ſatis pendi, ſi quod apponitur, non contemnatur. non contempti indicium eſſe, ſi edatur, non libetur. quo nomine appellas homines? nō ſunt vrbani, quia in montib. ni... quia ad normā? ad normā? video vrbanos homines in montibus? puto ruſticos. ſed vt explicem ... ſūt quidā tàm aptè miſt⁹ ex vrbanitate ac ruſticitate, vt putē illos appellandos vel ruſticè vrbanos, vel vrbanè ruſticos: nec moroſe communem loquendi rationem videar vio...

ſe, cum ratio premat, vt ſi mons, in quo fixerunt ſedem, faciat eos montanos, vrbanitas, qua limantur, fingat eos vrbanos. Sed in nomine ne quid ego ponam magnum, ſi huius mei comitis audires orationem, qua iſtas pingit ſuauiantes, amãtes, laudãtes, putares ad hanc normam fuiſſe expreſſos antiquos illos: , ad hãc nos debere excoli. noſtram iam vrbanitatem eſſe ruſticam, planeq; barbaram. cum omnia rogaſſet hic, reſpondiſſent illi, vt nihil aut omiſſum à curioſo, aut prætermiſſum ab officioſis videretur, ac non tàm ſol inclinans, quàm canis latrans (ſequuntur enim in grege educẽdo, reducendo nõ ſolis curſũ ſed canis ſagacitatẽ) cogenda indicarent armenta, monent, ſi velit illa nocte eſſe hoſpes, inſtratam fore paleam mundam, ac curatũ illũ iri, ſi non opiparè pro ſua dignitate, certè pro illorũ volũtate amicè ac beneuolè, meus agere gratias, non quod contemneret, ſed quod nollet eſſe moleſtus. illi contrà vociferari vna voce omnes, non fore moleſtiæ, ſed voluptatis; vt illum retinuiſſent apud ſe hoſpitem illa nocte, niſi de me dixiſſet expectante. probata ratione, currũt quidã ad gregẽ, ducunt hũc qdã ad deſcenſum. laudãti, dum itur, omnia ſœli-

primò canes cõpeſcuntur, proruũt homines ex antris, ſuſpicati vrſũ; ſalutãtur. rogant quid rei ſit, reſpõdetur, ad voluptatẽ, eſſe exterũ, eſſe curioſũ, cupere videre, rogare remunerari etiãſi quid largiãtur aut eſurienti extero humaniter, aut interrogãti curioſo officioſè. recipiũt tecto, ſeu potius antro; ſternunt menſam, ſeu potius terram, apponunt lac omnis generis, preſſum, coagulum, fluidum. nunquid aliud? etiam panem ſatis commodè toſtum, quem non contemneret homo lautius, & carnes vrſi ac cerui ſapidiſſimè conditas, quas lingerent delicatulæ illæ ex media Italia tenellæ virgines. poſt omnes dapes aſſident, de pretio (vt moris in Italia eſt, ne parcius edatur, dum timetur pretium) iubent bono eſſe animo, venire hîc menſam non pecunia, ſed amore, ſatis pendi, ſi quod apponitur, non contemnatur. non contempti indicium eſſe, ſi edatur, non libetur. quo nomine appellas hos homines? nõ ſunt vrbani, quia in montib. nõ ruſtici, quia ad normã. ad normã? video vrbanos in montibus? puto ruſticos. ſed vt explicem. sũt cinnus quidã tàm aptè miſt⁹ ex vrbanitate ac ruſticitate, vt putẽ illos appellandos vel ruſticè vrbanos, vel vrbanè ruſticos. neo moror, ſi communem loquendi rationem videar violaſ-

ſe, cum ratio premat, vt ſi mons, in quo fixerunt ſedem, faciat eos montanos, vrbanitas, qua limantur, fingat eos vrbanos. Sed in nomine ne quid ego ponam magnum, ſi huius mei comitis audires orationem, qua iſtas pingit ſuauiantes, amãtes, laudãtes, putares ad hanc normam fuiſſe expreſſos antiquos illos;, ad hãc nos debere excoli. noſtram iam vrbanitatem eſſe ruſticam, planeq́; barbaram. cum omnia rogaſſet hic, reſpondiſſent illi, vt nihil aut omiſſum à curioſo, aut prætermiſſum ab officioſis videretur, ac non tàm ſol inclinans, quàm canis latrans (ſequuntur enim in grege educẽdo, reducendo nõ ſolis curſũ, ſed canis ſagacitatẽ) cogendà indicarent armenta, monent, ſi velit illa nocte eſſe hoſpes, inſtratam fore paleam mundam, accuratũ illũ iri, ſi non opiparè pro ſua dignitate, certè pro illorũ volũtate amicè ac beneuolè. meus agere gratias, non quod contemneret, ſed quod nollet eſſe moleſtus. illi contrà vociferari vna voce omnes, non fore moleſtia, ſed voluptatis; vt illum retinuiſſent apud ſe hoſpitem illa nocte, niſi de me dixiſſet expectante. probata ratione, currũt quidã ad gregẽ, ducunt hũc qdã ad deſcenſum. laudãti, dum itur, omnia

Digitized by Google

fœlicia, amœna, humana, Dic, inquit, è ruſticis vnus, dic ſodes, placetnè noſtra hæc ruſticitas? pergit meus ſeriò cõfirmare, pergit ruſtic⁹ ſeriò triumphare. in his mutuis quaſi vicibus illius confirmantis, huius triumphantis interponit ſe alter è ruſticis, ac prehenſa manu mei comitis renidens, excipit, id eſſe voluptatis, quod inciderint iam tandem in bonum ac ſincerum vrbicum, qui amaret in rebus non optimis optimam voluntatem eorum, qui cuperent placere. hoc aculeatè, illud quàm ingenioſè? tamen ſi quæ dicis placere, dicas, pergit ruſticus, non tàm quod placent bona bono, quàm vt irrideas non malos malus (moris enim eſt apud vrbicos aſſentari præſentibus, vt vrant acerbi⁹ abſẽtes) ne glorieris te nos irriſiſſe impunè, velim intelligas nos gaudere, quod vrbici veſtri ea imbuti ſunt peruerſitate opinionis, vt putent omnia noſtra horrida, barbara, belluina. ſi enim cognoſſent amœnitatem mentium, guſtaſſent delicias, ipſi, detruſis nobis in valles, ſubirent in hanc montium altitudinem ac amœnitatem, excitarentque pro antris palatia, pro ſolitudine ciuitates, vt non multò pòſt ſuſpiceretur hic Roma nos

temne-

temneretur vaſtitas; Principes obſeruarentur, non timerentur vrſi. comes meus vt ederet ſinceritatis ſuæ, quam audit à ruſtico non ruſticè vocari in dubitationem, certum ſignũ, narrat, ineptum eſſe genus improbantium omnia, quæ non ſunt nata in vrbe. tantùm abeſſe illum ab hac mente; vt hanc illorum vitam ſinceram, nulloque ſimulationis tegumento implicitam optaret cultam eſſe à ciuibus; ac demùm vt nihil cõtempſiſſe videretur, ſubijcit, Romam quæ nunc eſt, fuiſſe aliquando vaſtam ſolitudinem, ac hac ſpecie ſeptis montium incluſam. hîc conſecutæ ſunt ſupploſiones pedum, proiectiones brachiorum, cachinni. Cùm egiſſent inter ſe gratias, comes quòd ſuauiter acceptus, ruſtici quòd honeſtati magnificè, diſceditur ab his, deſcenditur ab illo. rogantem me, quid rei erat, obtundit narratione longa de antris vrſorum, de lupis, de niuibus, de cryſtallo, de canum natura, de caſeo, de lacte, de amœnitate, de piſcatu, de venatu, de vallibus in ſummo monte, de victu ruſticorum, de vita, denique (vt reliqua taceam quæ multa eruit ad vſum, ac eleganter ſcripſit ad voluptatem) id vnum de ruſticorũ hoſpitalitate, prudentiã,

Digitized by Google

orationē, quod ſuprà expreſſi, narrauit tàm ſci-
tè, ac omnia vel huius vel alterius generis tàm
veriſimiliter, vt ſtatuerim id eſſe prudētis ma-
ximè, vel videre, quæ condemnes, vel noncon-
demnare, quæ non videris. nam ſpecies loquitur
Tyrolim eſſe horridam, fructus fœlicē, forma
loquitur Tyrolēſes eſſe plumbeos, oratio aure-
os & peracutos, vt ſi in terra aut hominibus id.
quod videtur malū, potius vituperauero, quàm
hoc quod eſt bonum, laudauero, non longè vi-
dear abeſſe ab illo ingenio ac iudicio, cuius ho-
mo Tyrolenſis præfert potius ſpeciem, quàm
refert naturam. omnia volui tibi patere, quæ
natura apud Tyrolenſes vel implicuit inuo-
lucris pulchra eruenda prudentibus, vel obie-
cit horrida excolenda ruſticis. verùm cùm ſa-
tis iam videris Tyrolim foris deformem, fer-
tilem intus, iam tandem venimus in Bauari-
am noſtram, quæ ita nihil præ ſe fert horroris
Tyrollenſis, vt niſi cogites Italiam, vix cogno-
cas Bauariam. montes habet & valles roſidos
illos, irriguas has; eccū voluptatē: ſyluas habet
& planiciem; commodas illas, apertam hanc,
eccam vtilitatem, in vtilitate ac voluptate
hac quam requirit Virgilius, agri fertilis be-
neque nati varietatem aptè deſignatam, niſi

aduertas, nõ ſatis aduertis, quo tendebat oratio mea. quid? q timebam gentẽ barbarã? polit mores. hæreſi obſtrictã? colit religionẽ. deniq; timebã paruos dæmones, inuenio angelos. omnia alia ſunt, quã q deſcripta ſunt mihi ab ineptis hominibꝰ, qui vt placeãt quibuſdã peſſimi palati, illis ſcil. cõtemptoribꝰ rerũ omniũ non ſuarũ, nõ ſolũ mala aliena præferũt bonis ſuis, ſed etiã optima ſua pingũt falſis coloribꝰ peſſima. id quod ego eò liberius addo etiã & veriꝰ poſſũ cõfirmare, quò maiorẽ contentionẽ fixerã in omnib. inquirẽdis, veſtigãdis, odorãdis. Quippe ſexto die poſtquã Monachiũ venerã, nõ me aperio, quin ſimulata perſona abdo me in locũ ſecretiorẽ, vt videã mores, aduertã quid ſit faciendũ, vt placeã, quid nõ faciendũ, ne diſpliceã. qua mea minuta exquiſitaq; diligẽtia, etſi nõ ſũ cõſecutus, vt Bauarorũ teneã venas, ſenſusq; penitꝰ deguſtẽ, id tamẽ habeo, qui iis inſipidi immitisq; ingenii aſpergũt infamiã, nihil decere: niſi fortaſſè, qui exterũ amãt, ſacerdotẽ obſeruant, religionis rectã viã perſequuntur, omnia probæ mitisq; naturæ edunt ſigna, hos tu putes & ſine ſale inſipidos, & cum ruſticitate immites. amabo te, inſpice Monachium, inſpice aulam, inſpice

principem. Monachium habet terram nec ardore hiulcam, nec luto ſqualidam; habet mœnia, quæ campos; pomœria quæ putes hortos; habet populum expolitum ſuauitate, habet. quid? multa pulchra, ſuauia, bona. ſed nihil melius, ſuauius, pulchrius aula. aula namq; ita eſt deſcripta muniis, vt ſacellum præferat ſpeciem cœli; bibliotheca, Academiæ; magnificentia, mundi; diſciplina, monaſterij. dicam maiora. habet aula gynæceum nobilium virginum, ſanctarum diceres chorum; ſed habet nobilem inſtructum à militia, informatum à natura, imbutum puritate religionis. habet. quid? multa præclara, ſumma, diuina, ſed nihil præclarius, maius, diuinius ipſo Principe. Non dicam ergò aulam. non dicam Monachiũ, dicã principẽ, atq; ita dicam, vt cũ ſucci tẽperatio, habituſq; recta conformatio ex capite fluat neceſſariò ad membra, facilè videas in vno Principe totam aulam, Monachium totã. non tibi temperas de Principe? vt leniam ſitim, exordior. ſummiſſus videtur, amares Arſenium; longus eſt, putares Herculem; terribilis videtur, timeres Nabuchodonoſorem; mellitus eſt, amares Abſolonem. ac ne mireris hanc longam ſummiſſio-

nem

nem, ac melllitũ terrorem, longitudo eſt corporis, ornat hominem; ſummiſſio eſt animi, abſoluit Chriſtianum; terror eſt vultus, exprimit Principem; mel eſt ſermonis, refert bonum: vt cum ex hac mea tenui inumbratione facilè pro tuo acumine colligas ſummum Principem, reliquas ſiue vultus decenter nigelli, ſiue corporis aptè conformati minutias prætermittere ſit attexere. tamen de animo pij Principis vt videatur clarius, addam illud vnum, eum ita ardere Zelo, vt in Principe Germano poſsis venerari Boromeum, amare Theodoſium, hunc mortuum, illum viuum. hem, quid dixeram? vtrunq; viuum debebam dicere in Guilielmo noſtro, ita putat hæreſeos ramos, inſerit religionis ſtirpes. Si reſpiciamus tempora, quæ retrò decurſa ſunt, legimus; ſi intueamur in tempora, quæ iam fluunt, vidimus, aut certè audimus nihil magis Principum, aut magnorum ſpiritus fregiſſe, aut piorum ſtudia retardaſſe, quàm malarum mulierum importuna conſilia. flent, rident, tumultuãtur, obſecrant, illiciunt: cogunt, vt id totum, quod ex illis non proficiſcitur, excludatur. nec morantur quam oportuna conſilia, aut pias actiones

nes excludãt, atq; vt caueas malũ omen, vtrũq; tàm periculosè; ſi præter voluntatem illarum, contra voluptatem ſit, turbant, fæces ſunt, inficiunt; faces ſunt, inflammant, vt ſi inſperſeris aquam ad extinguendam facem, augeas fæcem, quæ conficiat; ſi adieceris flammam ad fæcem hauriendam, augeas flammam, quæ conſumat. nuſquã eſt locus conſilio, ſi moliantur. ac ne ego, ſi in noſtri temporis peſtes intendam digitũ, me quoq; fæce, face implicem per amicitiam noſtram audias à me noſtri temporis non peſtes ſed heroïnas. ſatis eſt ad rem comprehendẽdam, ſi cogites Marci Aurelij Fauſtinam, Deus bone, quam vulpem, quam leænam, quam ſuem, quam peſtem imperij? expiſcabatur conſilia ſui mariti. quàm cautè? ſæuiebat in capita bonorum, quã crudeliter? ſternebat lectum genialem Imperatoris multis. quam fœdè? Imperij maieſtatẽ vocabat in diſcrimen quam periculosè? Quorſum hæc? Quæ omnium vnquam vſquam laudatiſsima heroina eſt RENATA Ducis GVILIELMI coniunx opponenda eſt malis omnibus, bonis pauculis ipſa optima . . . .

cætera deſunt.

RO-

Roberti Tvrneri Liber, De Concionatore.

Multæ ſunt ſacerdotis actiones, eæq; ſingulæ non vtiles modò, ſed etiã neceſſariæ; nulla tamẽ aut re grauior aut ad fructum vberior quàm illa concionari. hæc functio, quantum habet vtilitatis, tantùm certè & difficultatis. difficultas tamen non impedit, quo minus omnes cupiamus aut eſſe, aut videri concionatores; immò quò maior obijcitur difficultas, eò contentiori ſtudio prenſamus nobis concionatoris aut veri veram, aut ſimulati ſimulatam laudem. tritum illud, pulchra, quæ difficilia. pulchra? ingenuum certè hominum inflammant, non excitant tantùm. hæc cauſa, cur plurimi prius docent, quàm diſcunt; ideoque grauiſſimè peccant, quòd cùm velint & debeant docere, non velint, tamẽ nec ſoleant diſcere. vobis autẽ, qui debetis concionari, vt poſſitis benè concionari, conabor breuiſſima præceptione efficere. præceptionem hanc, tribus capitibus, tanquam cancellis, includam, vita, doctrina, arte. nam etſi videmus ali-

aliquando concionatores facere, potius quàm explere officium iſtud, ſine exquiſita arte, magna doctrina, aut pura vita: tamen id ſit nobis doctrinæ fundamentum, eſſe, vt artem ſine doctrina meretricem, ſic doctrinam ſine vita peſtem. tamen ne perfecta videar velle præſcribere, id eſt, omnia ſupra veſtras vires, perfectum hoc, & omni numero expletum requiro tantùm in vita, artis & doctrinæ mediocre illud & plebeium, & vobis ad vſum, & mihi ad præceptionem ſatis hoc tempore erit.

CAPVT I.

De vita Concionatoris.

VIta concionatoris eſt anima concionis. nam tantam vim concio relinquit in mẽtibus piis impreſſam, quantam habet concionator bonæ vitæ exiſtimationem. pulchrè ille quiſquis erat hac noſtra ætate, Tria monſtra eſſe communia, puerum ſcilicet Epiſcopum, concionatorem impurum, regem fœminam. horum monſtrorum illud maximum, concionator impurus. nam quantum monet verbo, ne faciamus; tantùm mouet facto, vt faciamus mala. cordis & oris, linguæ & actionis diſſimi-

ſimilitudo in vnius hominis corpuſculũ incluſa habet monſtri fœdiſſimã ſpeciem. nõ poteſt profectò benè dicere, qui nõ ſolet benè facere. Christus cœpit prius facere, poſteà prædicare; vt doceat, in dicto eſſe vanidum florẽ, niſi ex facto ſit viuidus neruus. vnde illud Baſilij argutum, à concionatore dici elegantius voce quàm vita; fructuoſius vita, quàm voce. illud Ethnici, hoc Chriſtiani oratoris eſſe. Sacræ literæ concionatorẽ appellant ſalem terræ. cuius terræ? populi ſcilicet putidi moribus, inſipidi vita, hanc terram concionator iubetur condire vitæ, tanquã ...lis, vel puritate, vel ſapore. ſi non condierit, ...ræ vitiũ aſſignabitur ſali: accuſabiturque in ...remo iudicio non tã terra, quòd ſqualluerit; ...m ſal quòd non condierit. vt breuiter dicã, ...tus verbi conſequitur ſemper fructũ vitæ, ...ìm quiſq; concionator benè dixit, quàm be... ...xit. nunquam. n. credimus, aut certè diffi... ...credimus iis, qui quod verbo cõfirmant, ...nfirmant. Arrio nihil elegãtius. quid ef... ...vt populus ſtuperet verbum. Bonauẽtu... ...putidi? quid effecit? vt populus ſitiret ...rbũ ergo bonum ſine bona vita, tenebis ...na vita ſine bono verbo mouebit men... ...verbũ cũ bona vita aures menteſq́ pe...

Digitized by Google

net in cælo. Hiſpani, Galli, & Itali cũ viderent in vita tantũ eſſe momenti ad concionis fructũ, cognoſcerentq́; frugalitatem humanã vix poſſe eſſe à labeculis integram; eam inierunt vitam, vt concionator ſubduceret ſe commerciis ac ſermonibus hominum, atq; quam non potuit vitare naturæ fragilitatem, eam celaret, & parietũ obſtructionè tegeret. vnde apud has gentes nihil tàm inſolens, quàm in compitis & compotationum circulis videre aut parochos concionatores. immò quia parochi coguntur ſæpè ſe ſermonibus & hominum conſuetudinib⁹ inſerere, concionatoris cura & functio impoſita eſt penè ſolis monachis, qui nunquam concionantur, niſi vel apud eos, quibus eorum puritas eſt perſuaſa, vel apud hos, quibus illorum fragilitas eſt obtecta. Hæc lex tibi fixa, quiſquis es concionator: Viuas benè. ſi non; tege ſaltem te pariete. Quod ſi cui vrbi concionator talis obtingat, qui viuat benè, & dicat benè, & obeat vrbem flamma diuina ardens, ægris & moribundis ſolatio & auxilio, modeſtus, cautus, prudens, dulci promptus ore; aures confitenti, manus indigenti, cor omnibus præbens, næ illa vrbs feliciſſima eſt, imò infeliciſſima eſt, ſi ma-

ſimile eſt: illi enim pœna præceps immi-
net, ſi ſuo concionatori non paret. Apage
autem illos concionatores, qui vt ſanctuli vi-
deantur, vitant conſortium & conſuetudi-
nem ſuorum. ſed videntur quod ſunt, moroſi
aut ſuperbi.

Capvt II.

Humilitatem & Zelum concionatori virtutes maximè neceſſarias.

Cvm omnes virtutes ornant cõcionatorem,
tùm illa maximè virtutum ſanè maxi-
ma, humilitas. humanæ menti infixit Deus
& penitùs inuſſit motum quendam ſuæ natu-
ræ perficiendæ, omniq; virtute expoliendæ,
eumq; tam vehementem, vt niſi ſummæ per-
fectionis numero expleto, nunquam conqui-
eſcat. Hæc cauſſa eſt, cur homo conetur
ſæpius, & extra ſe, & ſupra ſe, id eſt, verè con-
tra ſe. nam cum cupit eſſe id ſummum, quod po-
teſt eſſe, præfert ſe totum, & ſe ſupra ſe ita ef-
fert, vt malit nihil eſſe, quàm non eſſe omnia.
iſtud eſt, eſſe ſuperbum, omnia ſcilicet con-
tĕnere præ ſe, aut ſe putare omnia. Huius appe-
titionis immoderatã vim humilitas tenet intra
line-

lineam, iubetq́; contentum eſſe iis, potentiæ, doctrinæ, & virtutis terminis, quos Deus pegit. vnde humilitas benè deſcribitur, frenum mentis immoderatè ſe efferentis extra ſe, & ſupra ſe, eam ducens & tenens intra naturæ & rationis gyrum: hanc qui conſecutus eſt, is certè fœliciſſimus hominum habetur. nam omnia fert à Deo, diuitias vt materiem virtutis, paupertatem vt ſegetem patientiæ, carcerem vt meritum, libertatem vt donum, vno verbo, id tantum vult eſſe, & gaudet eſſe, quod Deus dedit. Humilitatis ergò perfectio eſt, ſe omniaq́; ſua exigere ad normam diuinæ voluntatis: vt ſcilicet tùm quis cenſeatur ſummè humilis, ſi id ſolum, & id omne vult, quod Deus vult. Hæc virtus ſedem ſibi maximè quærit in concionatore. Nam cum concionator, reliquis tacentibus, & ſolus dicat, idq́; è ſuperiori loco quaſi ſummus & princeps eorum, qui adſunt, facilè fit, vt vel omnes contemnat præ ſe, vel ſe ſupra omnes efferat, pereatq́; fructus boni verbi, quod concionator malè iecit. malè certè, quia quadam quaſi manu ſuperbiæ. Deinde hinc periculum eſt concionatori, quod ex ſermonis elegantia, geſtus conformatione, doctrinæ opinione

bne, aliisq; prærogatiuis, obiiciatur ſpes & ſpecies gloriæ. qua eſca ſi capiatur concionator, id tantum fructus percipit ex labore, vt laudetur pulchrè dixiſſe. Finis autem concionis eſt, dicere non pulchrè, ſed benè; non ad gloriam ſuam, ſed ad fructum auditorum. Qui aucupatur è ſuggeſtu gloriam, inquit Ambroſius, inuertit naturam, & quantum in ſe eſt, Deum euertit. Deum enim præpoſtero & peruerſo ordine refert ad ſe, qui ſe ad Deum debuit referre. Qui Deum ad ſe refert, ſe facit præſtantiorem Deo. fit plerunq; diabolus, qui vult videri Deus. Quare humilitatis frœno fit, vt concionator totum ſe referat ad gloriam Dei; nihilq; velit niſi Deum, & à Deo, atq; humanis laudibus non magis moueatur, quàm fumulis & vetulis. eloquentiam, doctrinam, authoritatem, omnia, qui cœlo refert accepta. Deoq; reddit id, quicquid homines aſpergunt laudis, huic Deus certè dabit, vt benè ſeminaſſe, ſic benè metere. Humilitas parit Zelum animarum; ſine quo iſtud ipſum, concionari, habet magnũ tædium, & nullum fructum. Zelus autem animarum docet, omnia facere, pati, dicere, cogitare, ad bonum proximi, ita vt velit eſſe ad

Digitized by Google

normam Pauli, anathema pro fratribus. non curandum eſt, contra quem dicas. potentes, impotentes, docti, indocti, omnes eodem tibi loco debent eſſe. quiſquis peccat, is ſe ſentiat aut perſeuerans vindicem, aut pœnitens parentem. vnde peccant grauiſſimè concionatores illi, qui ſecundũ Prophetam aſſuunt puluillos, & cubitis auditorũ ſubiiciunt, id eſt, qui nihil liberè dicunt, aut ſi quid ſit dicendum, id vel tacent, vel palpant tàm blandulè, vt videantur aperuiſſe quendam adulationis, non Euangelij ludum. Vt boni concionatoris expleas numerum, excitandus eſt tibi Zelus; & vulnus ſubditi, ſi quod incipit molliendum eſt; ſi quod indurauerit ſecandum & vrendũ. has duas virtutes explicui, non quòd hæ ſolæ decent concionatorem, ſed quòd maximè decet. Nam etſi omnes virtutes habeat extra has, fruſtra habet vt concionator. illæ enim faciunt bonum virũ, nos quærim⁹ bonũ concionatorẽ, fruſtrà inſtructũ à reliquis virtutib⁹, ſi hæ duæ abſint, humilitas & Zelus animarũ. ad has nos incitat ipſe Chriſtus. ſciuit omnia Deus, tamen homo fatetur, ſe ignoraſſe diẽ iudicij. plen⁹ fuit omni diuinitate: tamen hanc diuinitatem velo carnis

ita

Digitized by Google

ita texit, vt de illo legatur à duodecimo anno vſq; ad trigeſimum nullam diuinitatis aut edidiſſe actionem, aut miſiſſe vocem. id ſummæ humilitatis erat indiciũ, quòd laborũ & dolorum, quos in carne perpetuos tulit pro nobis, aut nullum fructum in hac vita cepit, aut eum ſolum, quòd latronẽ habuit diuinitatis & innocentiæ ſuæ ſemel præconem. Totus fuit zelus. videte principium vitæ, diſputat in templo. videte finẽ vitæ, moritur pro hoſtibus. quæ media vita interfluxit, plena fuit laboribus, doloribus, concionibus, cõtumeliis, orationibus, ſiti, fame, nuditate, aceto, felle, omnibus & ſingulis monumẽtis ſui in nos zeli. vt in anguſtias conijciam omnia, qui vult cum fructu concionari, his ille legibus teneatur. benè viuito. humiliter cogitato. dicito liberè. ſi ſordes & næuos habes, vita publicum, illas pariete tege, hos foris obſtrue: næui etenim emanantes in vulgus, timendum eſt, vt tanquam zizania fructum verbi vel præcerpant vel obruant. iſta tamen ſic facito, vt ſuperbi aut moroſi labem non ſubeas. id erit, ſi temperata quadam grauitate oſtenderis te velle tuis potius viuere ad exemplum, quàm dicere ad authoritatem.

Digitized by Google

CAPVT III.

De doctrina concionatoris.

Concionator tùm demùm perfectus erit, & omni numero expletus, ſi artes inferiores Grãmaticam, Rhetoricam, Philoſophiam plenè ordineq; cõplexus fuerit. verũ quia nos præceptione noſtra formamus & polimus cõcionatorem, non qui omnia poßit, ſed qui ſuum officium poßit, prudentiæ quadam falce ita reſecabimus ſuperflua, vt, quæ ſuperſunt, & neceſſaria, & pauca, ea poßit quilibet non omninò plumbeus, animo & cognitione comprehẽdere.

CAPVT IV.

De Philoſophia.

Auguſtinus, Cyprianus, Nazianzenus, Dionyſius, aliique maximi illi Euangelii præcones tantùm habuerunt Philoſophiæ, vt ſi non fuiſſent ſummi Theologi, potuiſſent haberi ſummi Philoſophi. hanc excellentem laudem conſecutos illos ex Philoſophia penitus ſtatuo. quare qui clamant vel hæretici vel imperiti, Philoſophiam Theologo eſſe vel exitioſam, vel non vtilem; refelluntur maximis

autho-

authoribus, & ideò maximis, quia Philoſophis. Philoſophia eſt donum Dei, quomodo ergò exitioſa? eſt fundamentum naturæ, quomodo ergò non vtilis? Tertullianus vocat Philoſophos Patriarchas hæreticorum, ſed Philoſophos, qui volunt tantùm eſſe Philoſophi. trita eſt illa vox, Ex magnis Philoſophis naſci magnos hæreticos, ſed contra eos, qui naturam opponunt gratiæ, quaſi eſſet & gratia ſtulta, vbi non eſt natura; & Euangelium futile, vbi non eſt ratio. Paulus etiã iubet caueri ab inani Philoſophia. ſatis indicat aliquã Philoſophiã eſſe vtilẽ, qui excipit & cauit contra inanẽ. quã hanc? quæ quicquid non capit, irridet; & oracula, miracula, reuelationes, prophetias, gratiam, fidẽ, Chriſtũ, Euangeliũ tanti facit, quantã habent rationem. Hæc Philoſophia filia in ſchola priuati cerebri, mater ſemper fuit in Eccleſia publici ſcandali. at Philoſophia quæ hauſta ex fontibus naturæ eſt, iam à Chriſtianis ſegregata ab errorum & ſectarum impuritate, facit viam ad gratiam, tàm apertam, vt in natura hoc fundamento ædificium gratiæ emineat multò pulchrius & clarius. quare Philoſophia erit vtilis cõcionatori, ſiue vt fundamentũ naturæ,

Digitized by Google

turæ, ſiue, vt donum Dei, hominemq́ ducit è mundo ad cœlum, ex naturà ad gratiam, ex Ariſtotele ad Chriſtum. iſtud eſt, per viſibilia mundi aſcendere ad inuiſibilem Deum, quo dicit Paulus. ſine hac tamen Philoſophia cathedræ honorem tuebantur Ambroſius, Bernardus, tanta commendatione. vt his qui conferantur, aut certè præferantur, vix ex Schola Philoſophorum exierint. quare poſſumus eſſe concionatores ſine Philoſophia, ſed commodius poſſumus per Philoſophiam. qui ſine Philoſophiæ manu aut pede hanc viam ingreditur, duas maximè virtutes debet excolere, puram intentionem, & ſummam reuerentiam. ſic loquitur Bonauentura. puram intentionem interpretor, vt ſacras quis literas tractet & pertractet propter Deum, velitq́ ex hac tractatione nullum alium fructum libare, quā bonū proximi, & gloriā Dei. contra hoc peccatur nō vno modo. ſtudēt enim multi ſcripturis, vel vt fallant tempus, vel vt colligant honoris rumuſculū, vel vt rem familiarē augeant, vel deniq́ vt mundo liberius & auctius perfruantur. iſtud horū peccatū nullus aut homo ſatis dicere aut infernus ſatis poteſt vindicare. nam cùm omnia,

omnia, quæ continentur huius machinæ immẽ-
ſitate, deberẽt referre ad Deum; illi contrà præ-
poſtero ſanè ordine, Moyſen, Prophetas, euan-
gelij gratiã, Chriſtũ ipsũ reuocant ad ſe ſuaq;
commoda. Deus debet eſſe finis. illi faciunt
viam. id eſt, Deum faciũt nõ Deum, non quod
hoc poſſunt homuli, ſed quod velint, ſi poßint.
pura autem intentio concionatorem ponit ex-
tra hoc peccatum, vtpotè quæ dicit, facit,
cogitat omnia ad proximi frugẽ, & Dei laudẽ.
Reuerẽtiã etiam ſummã in ſcripturis tractãdis
requirebat à concionatore non philoſopho. nam
quicquid non poteſt ex arte, id Deus largietur,
& abundè ſufficiet reuerentiæ huic. Id vidi-
mus in Ephrem, Bernardo, Caterina Senenſi,
aliis, viris, fœminis noſtræ & anteactæ ætatis,
qui quòd reuerentiã ad ſacrarũ literarũ tracta-
tionẽ attulerũt, dicunt & ſcribunt tàm alta, &
àm altè, vt philoſophos cum iſtis ſi conferas,
li ex terra corraſiſſe, hi ex cœlo notiones
s hauſiſſe facilè videas. maius eſt animo
ipere Chriſtũ quàm ventre. hoc Chriſt? ipſe
mat. nam cum mulier euangelica excla-
, beatũ ventrẽ qui eum portauit: ſubiecit
s, immò beatos hos, q audiunt verbum

Dei, & cuſtodiunt illud q̄d ſibi vult hoc, immò & emphaſis eſt, qua innuit qui Chriſtum concipit, beatũ eſſe ventrẽ, ſed beatiorẽ animũ. Cõcionator autẽ concipit animo Chriſtũ, & parit mũdo, concipit, inquam, per reuerentiam, & parit per reuerentiam. Qui Chriſtum concepit animo, nihil mirum, ſi Chriſtum loquatur, & Chriſtum viuat, altiùs & nitidiùs, quàm Philoſophi nixi tantùm pede naturæ. Deum reueretur, qui veretur. ille autem veretur, qui extremo conatu peccatum, id eſt Dei offenſionem. Quare hæc cura ſuſcipienda concionatori, vt ad ſcripturarum tractationem adferat cor mundum & purum labis. in maleuolam animã non intràt ſapientia. ſap. 1. Quemadmodum in ſpeculo inſperſo labeculis ſtellæ aut nunquam videntur, aut certè obſcurè emicantes videntur: ſic in mente infeſta peccato, Chriſtus aut non omninò enitet, aut tenuiter enitet. non dicimus ſtupenda ſed agenda. Nam ſi populus Iudaicus, iuſſu Dei, tribus diebus veteris vitæ ſordes purgarint, & deterſerint, priuſquam legem audierant: Euangelio legendo, annunciando, quantam puritatem & reuerentiam requiret? contemplatio Dei & Euange-

lij

lij tàm eſt delicata, vt inficiatur, ſi turbetur: turbatur autem, ſi miſceatur vlla mundi aut carnis cogitatione. Segreganda ergò eſt concionatoris cogitatio à mundo & carne, atque per puræ intentionis & reuerentiæ quaſdam quaſi manus in Chriſti ſinum abdenda. Hac ratione intentio pura & reuerentia erunt concionatori, non philoſopho, ſumma Philoſophia.

CAPVT V.

De aliis Concionatoris noſtri ſubſidiis.

Linguas, græcam, hebraicam opto, non requiro. informamus enim non illum perfectum concionatorem, ſed hunc, qui poſſit & velit tueri paſtoris non mali bonum locum. Eloquentiæ etiam latinæ exquiſitiorem cultum nec reiicio, ſi adſit; nec, ſi abſit, anxiè deſidero. Satis eſt huic, quem polimus, intelligere quæ legit, ſi non omnia perfecte, certè plurima mediocriter. Ambroſium qui intelligit aut Bernardum, ſatis is mihi latinè doctus hac tenui concionatoris inumbratione. Poſt hanc latinæ lin-

gua tincturã, vellẽ Logices mediocre
tionem: ſaltem vt ſciat concionator, qu
guere. ſi iſtud abſit, ſaltem adſit dilige
legendis authoribus, quos præſcribo.

CAPVT VI.
De authoribus legendis, & quibus.

DOctrinã, quam exigo à concionator
lẽ non tàm magnã, quàm bonã. bon
titur à bonis authoribus. plurimi noui, an
ſunt boni, ſed vobis non æquè omnes. nam n
tatis eſt, nec inſtitutionis huius, omnes aut
le, aut poſſe percurrere. id ergò ſit vobis pri
vt animo comprehẽdatis corp⁹ quoddã doct
næ, quæ eſt neceſſaria cõcionatori: ſcilicet
cognoſcatis, quid Theologi de Trini tate, de I
carnatione, de iuſtificatione, de libero arbitri
de ſacramẽtis, de alijs ſummis fidei capitibu
tractant. huic rei vnus aut alter liber ſeponen
di, qui habeant aut omnia mediocriter, aut ſin-
gulariter pleraq;, idq; ſtylo non implicato, ſed
claro; non fuſo, ſed ſubſtricto. vnum, inquam,
vellem aut ſummũ alterũ librũ. nam multitudo
librorum vt prodeſt ſcribenti, ſic ſtudenti obeſt.
vnde grauiſſimè errant, qui in principijs ſtudij
alicu-

alicuius ſpargũt cogitationes ſuas per multo-
libros, cũ omnes ſimul cogitationũ partes colle-
ctæ vix ſufficerent vni libro, quem non intelle-
ctum primò legimus, aut audim⁹. huius generis
tres mihi libri videntur & ſanè ſunt principes:
Cathechiſmus Concilij Tridentini ad Paro-
chos, Confeſsio Catholicæ fidei Chriſtianæ Ho-
ſij Cardinalis, & ad cumulum inſtitutiones
Vigerij. Catechiſmus habet omnia, ſed nimis
arctè. Hoſius eadẽ, ſed clari⁹. Vigerius ſubtili-
ter quidem, ſed non ſupra captũ mediocris inge-
nij. hos libros qui intellexerit (intelliget ſanè
quilibet intra annũ) habebit certè Theologiã
quanta ſatis eſt bono theologo concionatori:
qui me vult ducẽ hoc ordine pergat. Cathechiſ-
mũ percurrat, vt intelligat tamen, diuinũ ſanè
librum, & dictatum à Spiritu Sancto cur per-
currat? quia hunc librũ vellem vobis in ſinu, in
manu, in ore eſſe: vt eum edificatis vſu, non la-
bore. Nam polit non ſolùm mentẽ doctrina, ſed
linguã etiam puritate quadã lacteæ dictionis:
ita vt ſit & oratori Cicero, & Theologo Paulus.
in Hoſio maiorem requiro, & conatum
& diligentiam, vtpote magiſtro Catechiſmi
eſt etiam terſus. Vigerius vult ſe totum, ſe-

ctum

totum velis eum concoquere. eſt breuis,
bet aliquid ſubtilitatis, limatus ſcilicet a
mam ſcholaſticam. qui cogitationes ſuas
gant ab aliis libris ſeq; totus in iſtos tres a
res cõijciunt hos auſim promittere cathedr
tra annũ & medium Theologos benè bono.
ſtis eſt ingeniorum, legere multa, niſi
bas: legere multùm, vt diſcas, præcipit Sen
cum iſtis miſcenda ſacrarum literarum
ctio. iſta faciunt ad Theologiam theorica
quæ perficit intelligenda, eſt alia Theologi
quam vocant practicam, quæ docet agenda
hanc vocat ſchola caſus conſcientiæ, doctrinam
tàm neceſſariam ſacerdoti, vt ſine ea ſacerdos &
perdat Eccleſiã, & prodat Chriſtũ. huius partis
ignoratio inuexit in Eccleſiam Chriſti has morum
peruerſitates, quas plerique reprehendimus
& ſequimur. corpus huius doctrinæ cõplectuntur
Sũmiſtæ, qui dicuntur, breuiſſimè. Caietanus,
Nauarri manuale in hoc genere eſt vberi⁹,
& aliorũ iudicio perfecti⁹. nõ condẽno borũ
iudiciũ, tantũ vobis commendo hoc tempore
Caietani ſummã præ omnib⁹, quo ad hanc noſtrã
inſtitutionẽ: hanc ego doctrinã totã tã planè
& tàm plenè exequar hoc anno, vt non habituri

turi ſitis, quod deſideretis hic alienam operam non quod perfectius quid poſsim, quàm alij: ſed quòd veſtra plurimùm intererit, audiuiſſe. ero breuis. qui hanc doctrinā ignorat, is certè nunquā aut concionatur ad fructū, aut faciet clarus. at incidimus in luem peſtemq́ hæreſeos vbi iam controuerſiæ? has pleraſq; explicat Catechiſmus aut Hoſius. iſtis ſi quis velit adiungere Enchiridion Eckij, aut controuerſias Coſteri impreſſas Ingolſtadij ſuperiori anno, non valdè repugnaro. Bellarminus habet in hoc genere omnia, ſed hunc non propono vobis, niſi poſt illos tres libros non deuoratos ſolùm, ſed etiam concoctos. vix credatis, quanti fructus res ſit, in vno alteròque libro eſſe totum, quoad didiceris. ego verò ſic ſtatuo, vnum authorem imperfectum perfectè cognitum plus adferre frugis quàm multos perfectos imperfectè lectos & intellectos.

CAPVT VII.

De Authoribus, qui explicant literas ſacras.

POſt libros illos, quos finiui, lectos & mediocriter intellectos ſubiungantur ſacræ literæ.

tera. hic præceptio ſit, vt perpetuò eas cum ordine, ſine ordine, ſolus, cum aliis, riſq; ſemper purum illud, quod antiquitas & conſecrauit. Omnis nouitas hic fugien vtpote in fontibus, quorum laus eſt, eſſ tiquos, puros, nullaq́; noui riuuli labe admi, ſacræ literæ habent myſteria. latent ergò mùm quòd myſteria; deinde, quòd ſacra. ſunt illæ pluribus velis obtectæ, eò his remou dis firmiora adhibẽda ſubſidia ſpiritꝰ proprii, alienæ interpretationis. ille ex cœlo, hæc pe ex libris doctorũ. at hominis ætas nõ ſufficit omnibus legendis, qui ſcripturas explicarunt quare hortor vos, vt ſcripturarum ſenſis eruendis adhibeatis vnum Dionyſium Carthuſianum, purum, breuem, enucleatum, diligentem, nihilq́; nouæ labis ſuis ſcriptis aſpergẽtem. iſte verò quia nudam perſequitur literam, nihilq; aut parum opis affert inueniendis conceptionibus, aut formandis moribus; adiungetis Concordiam Euangelicam Ianſenij, librum ſanè aureolum, & qui vel notiones, vel præceptiones morum tàm copioſè ſuppeditat, vt in hoc genere auſim affirmare, nihil eſſe perfectius.

CC.

CAPVT VIII.
De authoribus concionum.

QVinq; libros finiui ſtudiis veſtris perpetuos & ſolos, tres qui ad fidei capita: duos qui ad ſcripturæ explicationẽ faciũt. paucióres nõ potui: plures nõ volui, imò nõ debui. paucitas cogit, multitudo librorũ ſpargit diſiicitque cogitationes mẽtis, vt rem neceſſariã ſæpꝰ inculcẽ. at in cõcionibꝰ formãdis, autor ſũ, vt legatis plurimos, & ex iis, libetis optima. In principio tamen notiones eruentur, & modus fingetur aptiùs, ſi paucos vobis præſtituatis duces & præceptores. at quos? mihi principes ſunt & ſemper fuerunt duo libri, Auguſtini ſcil. noſtri ſermones. & Chryſoſtomi moralia in epiſtolas Pauli. Nam Auguſtinus ita aptè, Chryſoſtomus ita clarè diuinas notiones perſequitur, vt communia nemo altius, quàm ille; & alta, nemo clariꝰ quàm iſte, vnquã dixerit. etiam dicũt ad morem modũq; noſtrũ. quare ad formã hanc cupio vos eſſe expreſſos. ſũt q̃ noſtra ætate cõciones ſcripſerint, plurimi. ego tamẽ nullũ puto meliùs quàm Granatenſẽ & Diez Hiſpanos. Thomas Beauchyames fertur à me, probatur à multis.

ſi quis

Digitized by Google

ſi quis velit eſſe diligentior, huic præ & ſi poſſim, præciperem, vt ex Pau latio in Matthæũ, & Didaco Stella eliciat conceptiones, de rebus Dei & de rebus hominis tàm aptas, vt arbit. os Paulos tonantes è cælo, & vt non ſit Deus ſe homini aperiat, aut homo ſe I lius ſubiiciat, quàm ope horum librorũ

CAPVT IX.

De arte Concionatoris.

ARs *concionatoris optima ſanè & m ma, eſt ſpiritus. vt enim quiſq; max ſpiritu eſt inſtinctus è cælo, ita loquitur o ma, & optimè. hic ſpiritus vel concipitur ſe ne, vel animatur quaſi fotu perpetuo orati nis. vnde doctores Eccleſiæ primi, maximi ſ nè concionatores, erant toti in orationibus, e collecta cogitatione ita toti, vt poſt orationem viderentur ſpiritus, non corpus; flamma, non vita. Vnde nihil mirum, ſi fuerint & ſine doctrina docti, & loquentes ſine eloquentia, quæ è cælo. nam ſi loquitur, mouet; ſi mouet, animat; ſi animet mutat. at in quid mutat? in Ange-*

angelum. nihil iſtud. mutat in Deum. mallem tertie concionē hominis quaſi Dei, quàm hominis oratoris. quare huic, qui nititur & vtitur ſpiritu; non præſcribo artem, ſcilicet poſito ſupra artem. aliis, qui artis & naturæ alis volunt ſubuolare in cœlum & Deum, edam non præceptiones, ſed monitiones: atq; intendam digitum in authores, vnde, quicquid huc ſpectat, facilè poſſint haurire tanquam è fonte. primùm tamen monendi eſtis id vnum, concionem diſpeſci in homiliam, poſtillam, & iuſtam orationem. Orationem iuſtam voco ad normam veteris Rhetoricæ, quæ ſuas cuiq; orationi partes conſtituit, exordium, narrationem, confirmationem, epilogum, aut ſecundum alios alias. homilia nihil habet partium, ſcilicet familiaris collocutio paſtoris cum ouibus, quaſi patris cum filiis. non hîc ars oſtentari, ſed oſtendi pietas debet. magna eſt homiliæ ars, non præferre artem; aut certè affectatè non præferre. ſi quid tamen artis, tanquam gemmulæ, interſpergitur, ſponte id accedat, non vi accerſatur. antiqui Patres vix attigerunt orationes ex omnibus Rhetoricæ partibus iuſtas, toti ſcilicet in homiliis & ſermonibus, quæ

O dicun-

dicuntur. hi quia familiares erāt, t
bātur ad quandā charitatis flammā
noſtris ciendā, fiebāt perpetuo tenor
tibus, ſine modo, niſi quem à Deo ac
non accerſitum arte, tempus locu
cerant. Si quæ tamen habent partes, n
tamen quàm duas, propoſitionē ſcilic
poſitionis explicationē. Iſtud ſanè rar
homiliis itur à loco in locū, à notione
nem, ſaltuatim, & quaſi interrupto or
ita tamen cum ordine, vt res diuer
ſæpè inter ſe & diſſidentes, mirum, quā
ſentiant ad fructum proximi, & quoda
li filo contextæ cohæreant. Quare homil
lam vnam legem habeat, nullam ſeruat
gem, contenta ſcilicet fulgoribus cæli.

Poſtillam voce putida vocant paraphr
breuem vel totius, aut euangelij, epiſtolæ,
aliquarum ſententiarum ex Epiſtola aut
uangelio petitarum. Hæc in Eccleſiæ cun
bulis & vigore erat rara, in hac verò noſt
temporis labe frequentior vſurpata. Nam
cum nobis frigeret charitas & oratio, coge
bamur ſequi filum textus maiori cum ordi
ne, quàm ſpiritu. Antiqui paraphraſin
uni-

nunquam texebant, niſi plenam eamque miſtam & ſæpè pellucentem fulgoribus. Quare non erant paraphraſes illorum puræ putæ poſtillæ, ſed partim poſtillæ, partim homiliæ. Poſtillæ poſterorum tàm fuerunt frigidæ, putidæ, & nōnunquam ineptæ, vt qui ex his ſtercoribus velit colligere gemmas, debeat certè boni genij & ingenij eſſe. in hos ſi incurratis, cauete falſas citatiões, putidas interpretationes, ſomnia reuelationū, miracula nō miracula, aliasq; labes, quæ vitium faciunt, & conuitiū puritati fidei. ſūt tamen hîc quædā, tàm quæ obſeruetis quàm quæ vitetis. apud ruſticos puto poſtillam commodam, ſed quæ habeat homiliæ ſpiritū intertextum, tanquam emblema. Ad memoriam etiā concionatoris nihil aptius. nam dum perſequitur minutias textus, nec multas, nec diſiectas, has, omneſque notiones ex his natas facile eſt, animo & memoria comprehendere. Panigorola putat hanc rationem concionandi inuectam à pigris Parochis, qui cum viderent eſſe magni iudicij, concionē in partes diſpeſcere, eaſq; vberi certoque filo perſequi: maluerunt ſequi literam, rem nec

variam, nec impeditam. Ego poti- rationem ductam ex antiquis ſcript paraphraſi illuſtrabant literam, ea- cilè intellectam, tandem ad ſugg ductam fuiſſe. Iuſta oratio c partibus, quas oratores perpoliun gito vobis indicabo. Vſurpantur p Gallis, homilia ab Hiſpanis, iuſta Italis, ab omnibus ſingulæ, etſi rariu illud illi. Galli etſi penè perpetuam viam poſtillæ, tamen non ſimplicem vſurpant, ſed permiſtam ſale & ſpir milia.

CAPVT X.

De iuſta concione & oratione.

IVſta oratio conſtat ex partib. orationis torica, vel omnibus, vt quidam: vel ples que, vt ſtatuũt alij. diſſenſio enim hic eſt. ſunt, qui concionem tàm exquiſitè exigu ad rhetoricam antiquam, vt non iuſtam p tent, niſi iuſtè omnia quadrent. Alij requirun duas tantùm orationis partes, exordium ſcili- cet & narrationẽ. illi nimis ſuperſtitioſè, bini- mii

mis arte. nam qui volunt omnes partes, gratiam includunt naturæ anguſtiis: qui volunt tantum duas, ſi narrationis nomine comprehendant diuiſionem, & huius pertractationem, malè ſe explicant; ſi non comprehendant, imperfectè docent, & imminutè. vos medii inter hos, facietis vnius concionis iuſtæ quatuor partes, exordium, diuiſionem, confirmationem vel confutationem, & epilogum. Exordium ciebit attentionem, diuiſio conſtituet partes, confirmatio vel confutatio conſtitutas perſequetur, epilogus coget, & quaſi in quendam dictionis nodum ſubnectet omnia.

CAPVT XI.

De corpore concionis conſtituendo.

CORPUS concionis effingendum, & quaſi efformandum ex ſacrarum literarum vno capite. Nam qui ex vno vnam, ex altero capite alteram ſententiam libant materiem concionis, faciunt præter artem, & contra rationem. cum vnum caput materiem ſuppeditet ſexcentis concionibus, cur duo capita confundas &

commiſceas in concionem vnam?
ritus dictet, ſic eſſe dicẽdum, nõ mul
nolo enim ſpiritũ ſanctũ conijcere i
artis nimis arctas. vnũ caput vel E
epiſtolæ, vel alteri⁹ partis, ſubminiſ
materiẽ. ex hac varietate ſeponẽda
genda vna, in qua conſumas totam c
oſtendo exemplo hodierni Euangelij, p
cedunt ad Ieſum Scribæ & Phariſæi,
quare diſcipuli tui tranſgrediuntur tra
ſeniorum? deinde, accuſant diſcipulos
cæremoniæ, quòd ſcilicet non lauarint
ſuas, cùm panẽ manducant. tandem reſ
Ieſus, & rogat, quare vos trãſgredimini
Dei propter traditionẽ veſtrã? nã Deus d
honora patrẽ & matrẽ: & tandẽ, multis inte
ctis, quaſi iratus ſubiecit, hypocritæ, bene p
phetauit de vobis Iſaias, dicens, populus hic
biis me honorat, cor autẽ eorũ lõge eſt à me.
lia ſunt huius Euangelij, ſed hæc ſatis ad exem
plũ. videtis vnũ Euangeliũ, & illud nõ magnũ,
ſubminiſtrare concionatori variam materiem,
de traditionibus, de honore patris & matris, de
excellentia verbi diuini ſupra humanas con-
ſtitutiones, de iuſta ſeueritate magiſtratus in

obſti-

obſtinatos, exemplo Chriſti ſcribas vocantis hypocritas, vltimò de malis hominibus, qui loquũtur Deum, & viuunt Bacchum, id eſt, vt dicit Euangelium, qui Deum labiis honorant, cor habent longè ab eo. ad rem, qui has omnes materies cõplexurus eſt vna concione, næ ille fecerit vnum magnum nihilum. nam dùm eſt in multis multus, in ſingulis erit nullus. præſtaterit ergò cõcionem vnam efformare ex vna materie, vel traditionum, vel reuerentiæ erga parentes, vel alterius, quam ſuggeret contextus, pro loco & captu auditorum. non fruſtrà dico, pro loco, & captu auditorum. nam non omnia omnibus conueniunt. ſecutus ergò Euangelij iſtius filum, apud hæreticos dicerem de traditionibus, apud magiſtratus de humanis conſtitutionibus, apud malos de iuſta ſeueritate magiſtratus erga obſtinatos, apud bonos, de hypocritis, vt vitam parẽ verbis agant. poſt materiæ vnius delectum, & ſupellectilem latè tamen ex bonis authoribus petitam huic rei explicandæ, aggredieris ad corpus concionis conflandum ex quatuor illis partibus, exordio, diuiſione, confirmatione vel confutatione, & epilogo.

CAPVT XII.

De Exordio.

EXordium erit aliud, alij loco, & a
um populū. vnde exordia concionū
rāt habitæ apud doctos & principes qui
cūt ad ſuggeſta & cathedras ciuiū & ruſ
imperitè faciūt, ſine ſale, ſine fructu. arte
dorum exordiorum, locosq́; quibus hæc ar
ſtat, petetis ex officina Rhetorum, non ex
præceptione. monitio enim mea eſt, non pr
ptio vlla, tamen facietis prudenter & ad
mam rationis, ſi exordiū texatis non exqu
ad artem, nec longum, nec longè petitu
ſed oblatum quaſi aut arreptum ex ſcrip
ra, quam tractas, occaſione. Verbi gr
tia, apud ruſticos ſi agerem de traditionibu
exordiū conficerem hac formula: eſt (chariſſi
mi in Chriſto) traditionis ea vis, & authoritas
vt ſi eam è mundo ſuſtulerimus, mundi totius
cognitionem totam videremur velle euertere.
id certè videritis, ſi quid ſit traditio, videatis.
hæc quid ſit, explicabo rudi, ſed plano modo.
didiciſtis vos, quicunque hic eſtis, à paren-
tibus aut heris veſtris facere ſulcum, ſpargere

ſemen

PVT XII.

e Exordio.

liud, aliſ|ue, & ... e Exordia concionũ, qu... os & principes ... hedras ciuiũ & ruſtic... , ſine fructu. ... osq; quibus ... Rhetorum, non ... i mea eſt, non ... rdenter & ... xatis non ... re longè ... rum ex ſcrip... Verb... traditio... eſt ... authorita... ndi ... euer... ...

ſemen, occare, metere. at qua via didiciſtis? non ſcripto aut literis, qui ne literas quidem unquam vidiſtis. minus certè hauſiſtis ex natura, cum videatis ex arbore, ex flore, ex agro, naturæ conſtantem & perpetuam rationem, in omnibus eiuſdem rei actionem æquè vnam. omnes enim arbores creſcunt eodem modo, omnes roſæ eundem fundũt odorem, omnis ager eadẽ arte reddit fructũ. vnde profectò natura dicetur & arboris, ſic creuiſſe; & roſæ, ſic oluiſſe, & agri, ſic tuliſſe fructum, nam quæcunq; res agit conſtanter, & certo modo, illa ſanè agit inſtinctu & pondere naturæ. Non ergò natura combibiſtis rationem colendi agri. Siquidem nec omnes colitis, nec ſemper colitis, nec eodem modo colitis. Vnde ergò didiciſtis? ab heris veſtris. iſti, à quibus? à ſuis item heris. at hi vnde? à maioribus in hac cura verſatis, perpetua ſemper ſemper ſerie vſque ad Adamum, primum agri cultorem. Hæc ratio appellatur traditio. Nam quicquid ab aliis diſcimus longa ſerie, non literis, non natura, ſed ore & vſu, & maiorum quaſi quandam traditione, traditio dicitur. ex hoc

explicatione videtis, quàm ſtultè fac
retici, qui traditionem tollunt è medio,
neceſſariam, vt ſine ea res ruſtica
non poſsit, apud reges & nobiles ſic exc
vt explices vim notionemque tra
exemplo ſtemmatis continenter ducti à
parentibus, filo non literarum, ſed oris
ditionis. ex hac inumbratione facilè an
uertetis, exordia debere peti ex ipſa
atque adeo alia debere eſſe atque alia
pud alios & alios homines. pulcherrima
illa exordia, quæ nitent & fulgent ſimilit
ne quaſi gemmæ, hæc ratio fuit D. C
ſoſtomo tàm frequens, vt poſteriores qui
magni potius naſi, quàm iudicij, interpret
tur vitium, quòd toties intexat ſimilitudin
quicquid iſti reprehendant, mallem certè err
re cum Chryſoſtomo, quàm inſiſtere horum v
am rectam, ſi tamen eſt recta. nam Chryſo
ſtomus dum dicit, mouet, delectat, docet, omnia
tàm clarè, vt hunc planè ſtatuam Principem
concionatorum, & Diui Pauli quaſi æmulum.
ſatis de exordiis. alia præcepta petetis ex
Rhetoribus: id tamen monendi eſtis, vt exor-
dia

diu uixatis quàm breuiſſima. qui lõge faciunt, ſine iudicio faciunt.

CAPVT XIII.

De diuiſione.

NArratio non habet locum in concione. nam loco narrationis eſt Euangelium aut epiſtola lecta. quod ſi quis velit omittere lectionem Euangelij aut epiſtolæ, horum ſummam debet tàm breuiter comprehendere, vt narratio ſit loco exordij, aut quoddã quaſi membrũ diuiſiõis. ratio diuiſionis eſt clara, & naturæ potiùs, quã artis. hæc tamen ſit præceptio vnica, & vnicè obſeruanda, vt diuiſionis plura membra nõ cõſtituas quàm tria. nam qui cõcionem diuidunt in quinq;, ſex, aut octo partes vel membra, concidunt, non diuidunt concionem; & confundunt certè, non docent auditorẽ. multi hoc fecerunt, ſed non ad artem. ſi quis tamen varietate materiæ ducatur, vt in minutias potiùs quã partes diſſecet concionem, non præſcribo, vt hoc nũquã faciat. artis eſt, ſic ſequi artem, vt nõ perdas iudicium. quare non præſcribo tria, quaſi non poſſint eſſe plura, aut pauciora. nam quatuor membra fero, etſi quinque vix probem, & nunquam ſanè vſurpem, niſi occaſio

mate-

materia illa ſubiiciat. verbi gratia, ſi am explicandas notas Eccleſiæ, cogor ſalitatis, antiquitatis, vnitatis, origine culorum, traditionis, aliarum notaru plicare vim, & rationem. Quanquam fuſa re, optarim, vt duas primo, duas a & alias duas aliis ſequentibus diebus ex quoad omnes complexus fueris: niſi res p let, vt omnes ſimul explices. Quod ſi ta ſit, aut occaſio, reuocabis concionem, ad p lam, vel homiliam, non adiuſtam form quam hic ſcribo & praeſcribo. De paucior membris dico paucis, illam eſſe optimam mam, quae conſtat duobus tantùm memb verbi gratia de traditionibus ſi dicas, cum traditio duplex, humana & diuina, diuid concionem in duas partes, primamq; in huma na, alteram in diuina conſumes. miſtam tra ditionem ſi adiicias, erit concio trium partium. mallem duarum, vtpotè perfectiorem. Nam in duabus partibus miſtæ traditionis vim po tes ita explicare, vt fruſtra adiecerîs tertiam.

Hic requiro iudicij aciem, potiùs quàm pono artis legem.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XIV.

De confirmatione & confutatione.

Plerunque hæ duæ partes ſunt coniunctæ: nunquam enim confirmamus vnam partem, quin contrariam etiam confutemus. Deinde hæ duæ partes dicuntur & cenſentur à multis Rhetoribus vna, quòd vtriuſq; vna eademq; ſit doctrina & præceptio. Cum his ego confirmationem & confutationem feci concionis vnam partem. formandæ firmandæq; confirmationis præcepta communia promi debent ex rhetoricis. hic vnicum moneo, & vnicè, vt non prius ad confirmationis tractationem aggrediaris, quàm materiem variam & multiplicem prompſeris, & in vnum quaſi cumulum confuſè & permiſtim aggeſſeris. Huius aggeſtæ & confuſæ materiæ ordo ſit, & lex, quam præſcribunt Rhetores: non quòd huc te concludam anguſtiarum ſemper, ſed quòd ſit è re ſequi legem notam, niſi meliorem ſciueris. ali- quando ſequi iudicium, potiùs quàm arte con- ars. Nam ars, tanquam lex, non figitur ſemper ſequaris: ſed vt ſequaris vel ple-

vel quoties meliora nonpotes. Con/
nis præceptio, quam Rhetores docent, c
ſit, tamen meliorem tamen viam /
methodi vos inſiſtetis, meliorem, ſi or
meliorem, ſi vſum: meliorem ſi ſpectetis
methodus ſimplex dicitur, quoties ma
tuam ducas & explices per omnes loc
lecticos. Loci dialectici alij ab aliis pon
nos communi diuiſione tribuimꝰ in inter
externos, medios. internos voco, q in re h
genꝰ, ſpeciē, materiā, formā, totū integrū,
tem integram, definitionem. externos voco
rem quaſi externa veſtis ornant, cauſam,
licet efficientem, finem, relata, contraria, p
ūantia, contradicentia, maius, minu
ſimilia, diſsimilia. medios dico, qui nec in r
nec extra rem infiguntur, ſed quaſi medij cir
cumſtant ſcilicet coniugata, & diuiſionem. ho
rum locorum explicationem petetis ex Diale-
ctica, & ita meditatos habebitis, vt tanquam
literæ ſcribentibus, ita commentantibus hi in-
currant, non accerſantur. hos ſi comprehende-
ritis animo & cognitione, ſatis Rhetorices, ſa-
tis Dialectices ad inuentionem habebitis. co-
nitio eſt facilis; ſed maximi fructus. fru-
ctu

Rus patebit ex vſu, vſum docebo vno exemplo traditionis, vt in eodem ſemper veſtigio hæreamus. ſit theſis, retinẽdam eſſe in Eccleſia traditionem. à genere. omnis Dei præceptio retinenda eſt, omnique contentione defendenda, traditionem verò quis non dicat præceptionem Dei? manat enim à Deo ad Apoſtolum, ab Apoſtolo ad Apoſtolicum ritum, ab hoc ad totam Eccleſiam, ita perpetua ſerie, vt ex prioris manu quaſi accipiat poſterior, & aliis deinceps ſequentibus porrigat: retinendam, vt vtilem: defendendam, vt diuinam. à ſpecie. traditionum verò vna eſt humana, altera diuina, tertia miſta. quam reieceris? diuinam? fruſtrà conaris hæretice. nam à Deo quicquid eſt, ſtat illud altiori radice, quàm vt poſſit humana aut vi aut malitia euelli. an humanam? facilè ferimus, vt humanæ traditioni detrahas autoritatem diuinam. non enim ſumus aut tam inſani, vt infirmitati humanitatis tribuamus quod eſt gratiæ; nec tàm iniqui, vt de diuinis potius figamus, quod homo poteſt, quàm quod Deus vult. tamen humana traditio

ea vis eſt & apud me authoritas, vt ea
puriorem, quàm hiſtoricam narrationem
eſt fons illius, quàm huius ſimplicior.
tio enim hiſtorica fluit plerumque ex pr
affectione, quæ aſpergit tantùm falſi, qu
habet praui. at traditio cùm ſit & pub
cepta, & publicè tradita, non poteſt a
certè poteſt diſtorqueri à recta via. m
gò traditioni erit vis, diuina, quæ à Deo;
ma, quà traditio. nam traditio humana, q
tum videtur habere labis, quòd ſit huma
tantùm profectò habet certi, quòd ſit trad
quæ & publicè accepta, & publicè data, hu
næ infirmitatis labem ita vel abſtergit,
ſubigit, vt humana affectio alioqui diſtorta
gatur publici iudicij filum rectum ſequi. à m
teria. nunquam traditionis nomen, aut potius
numen obtinuit, vlla præſcriptio, quæ non fu
publicè vtilis, vel ad doctrinæ vim, vel ad mo
rum puritatem. quid ergò reijcimus hanc, do
ctrinæ formam, vitæ regulã? potuit quidẽ ma-
la doctrina traditionis ſpecie & vmbra ali-
quandiù ſe obtendere. ſed hæc vmbra quàm ſta-
tim apparebat vmbra? apparuit & euanuit.
à forma. eſt præſcriptio & præceptio quædam
à Deo

à Deo & Apoſtolis reijcietur? iniquè certè, ne dicam impiè. totum integrum & partem non habet, vt ex his locis vis argumento nec poſsit, nec debeat peti. à definitiõe. traditionẽ omnes definiunt præſcriptionem & præceptionem Dei vtilem publicè aut ad doctrinã, aut ad vitam. ſi ſpectes nos, vtilis nobis; ſi Deum, præceptiõ eius eſt. retinenda ergò, niſi velis ipſe te contra naturam, & Deum ipſum contra gratiam violare. à cauſa efficiente. Deus traditionem, tanquam legem, iubet. quis infringat? à fine. & iubet ad bonum noſtrum. inſanus ergò eſt non impius tantùm, qui vna opera ſibi & Deo vim afferat. à Relatis. ſpecta Deum dantem. nonnè recipies? ſpecta te. cui dat? dat Deus miſero, & mox caſuro, niſi hoc fulcro ſuſtentes. nullus profectò ignis ſatis vindicat eum, qui rem tàm certam, tàm claram, priuatim & publicè tàm vtilem conetur è medio Eccleſiæ tollere. à maiori. præceptiones Catonis, Senecæ, Arriani, aliorum alias petitas è media natura, ferimus. ferimus tantùm? etiam exquiſito laudum genere efferimus. quantò magis traditiones ferendæ & efferendæ, vel poſitæ à Deo, vel noſtro bono poſitæ?

à ſimili. quemadmodum leges, quæ pub
fixæ, non poſſunt violari ſine reip. iniu
violat certè Deum, qui traditiones, D
dam quaſi oracula conuellere conatur.
loci minuti, à toto integro, à parte integ
paribus, à diſsimilibus, à repugnantibus
uiſione, non ſuppeditant nobis materiem
certè frigidam. Quare cum non omnes loc
riant nobis ſemper inuentionem, adhiben
eſt iudicium, vt eligas quod eſt in tota r
tiſsimum, aut ner noſiſsimum. non enim om
ſed optima ponenda ſunt. in hoc vno exem
tanquam ſpeculo vides, quanta & quàm v
ris materiæ ſeges effloreſcat ex locis illis dia
lecticis. fruſtra quærit riuulos rhetoricos, q
nouit hos fontes. Illi ſunt pueris, hi maturiori
bus, qui ſciunt, & quod ſciunt, cum iudici
dicunt aut docent. Non ego omnia poſui
quæ pertinent ad illius loci tractationem, ſed
rudi quodam exemplo docui, quàm latè patet
hæc doctrina. illa materies, quam ſupra poſui,
ſi diſtingueretur ſtellulis elocutionis & artis,
ſatis eſſet iuſtiſsimæ concioni. Satis mihi inten-
diſſe digitum in fontes. vos inde haurietis vbe-
rius. Id quoq; obſeruandum eſt, vt non ſe-

quamini

quamini ſemper ordinem locorum, quem ſupra poſui. mutandus verò ordo ita, vt optima in primum locum recipias, aut in vltimum reiicias, media verò, quæ faciunt potius numerum, quàm vim, coniicias in corpus medium, & tanquam in cumulum aggeras. vno verbo, ille ordo eſt optimus, quem iudicas optimum pro loco, pro tempore, pro perſona. quare ſiue à definitione, ſiue à genere, ſiue à cauſſa incipias, nihil intereſt, modò ſit ratio, cur ſic incipias, aut non ſic incipias. Tantùm eſt de confirmatione. confutationis contraria eſt præceptio.

Cætera deſunt.

ROBERTI TVRNERI preces ad S. Ambroſium Patronum.

Dulciſſime Ambroſi

QVi tepidos & adamantinos lachrimarum tuarũ quodã lacte quaſi caprino, molliſti ad lachrimas, tuis mihi precib⁹ lachrimas elice, quibus ſordes, ſi quæ inhærent, eluam: da, vt hæc mihi mentis precisque tepiditas caleat, immò ardeat per te. Non lachrimæ

pro peccatis. ô ſtupor. nõ doleo. ô frigus ſed ſint lachrymarũ imbres, ſint dolor. quid hi, quid illi? nihilũ præ peccatis n. tu hos, tu illos Deo cõmendes, ſi commes tuarũ precũ fotu concalefacias, hoc meu in precibus, ſiue in actionib. frigus, non quin cœlos attingat, immo cælos infla collocatumq; in Diuæ matris, ſanctorum ſpectu impetret, vt illi tuo in me amore ſ. cati ſuas preces cum tuis coniungant, aper que mihi petenti & patris amorem, & Spi ſancti gratiam, & Chriſti ſeruatoris merit mnia. hac via erit, vt meum frigus ſit cælo lidũ, non quòd exeat à me, ſed quòd ardeat in

Nitidiſſime Ambroſi.

P*Ver & gentilis, qui vitam vixiſti viri Chriſtiani. effice tuis apud Deum precibu vt ego vir & catholicus, vitam viro catholico dignam exigam: da, da, vt qui per merita Chriſti meruiſti ex gentili fieri Chriſtianus, ego ex Chriſtiano non delabar in gentilem, aut vita plus habeat gentilitatis, quàm Chriſti.*

Doctiſſime Ambroſi.

Q*Vi Eccleſiam ſcriptis illuſtraſti, impetra, vt ego Eccleſiam factis non obſcurem.*

Qui

Qui Auguſtinum & verbo muiſiſti, & fregiſti ſpiritu, da, da inquã, vt me alterum iam moribus Auguſtinum, ſed Chriſtianum Auguſtinum, refingas tuis precibus: da tandẽ, vt quos ſcis, & Eccleſiæ vtiles, & mihi neceſſarios, eos faciam in ſtudiis proceſſus.

Conſtantiſſime Ambroſi.

QVi nec timore principum, nec hæreticorũ furore potuiſti impediri, quò minꝰ & illos hortando, & hos docendo in rectam viam traduceres; effice apud Deum, vt ego tuus clientulus, nullas pro Eccleſia, aut minas, aut inſidias, aut moleſtias ſubterfugiam: effice, inquam, effice, vt quam tuis precibus conſequor doctrinam, eam ego in Catholica reformãda, & euertenda hæretica fraude totam figam, & collocem.

ROBERTI TVRNERI
De Hiſtoria.
CAPVT I.

QVi ad hiſtoria alicuius narrationem, fuſioremq; explicationẽ aggrediuntur, principiis ſuis multas interſpergunt, non tam h

ſtoriæ laudes, quàm ſuæ ſtultitiæ labes. multa ſed præter rem; narrant vera, ſe liter. quare ne in horũ quos reprehend delaberer, abſtinerem omninò à proleg niſi quædam commodè poſſent & deberen mitti ad hiſtoriæ totius totam intelliger ſcilicet, hiſtoriæ quæ ſit origo, quæ natura partes; qui authores quibus connectend quibus authoribus quæ vitia ſunt, quæ v tes; denique in lectione hiſtoriogra rum quid obſeruandum, & qua ratione ſe nendum ad vſus vel priuatos vel publicos hiſce tamen omnibus ſequar legem illã hiſtori graphorum, qua & iubentur tãgere optima, vetantur colligere otioſa.

CAPVT II.

De origine Hiſtoriæ.

HIſtoriam referunt plurimi ad Adamum & Euam. ſed narrant fabulas, qui hæc narrant. quærimus enim originem non hominũ, de quib. prima hiſtoria fuit, ſed qui primam hiſtoriã conſecrarunt monumẽtis. propius abſunt à veritate, qui putant plurimos primæ ætatis populos, ante literas inuẽtas notaſſe res ſuas, Aegyptios

gyptios literis *Hieroglyphicis*, *Chaldæos obeli-*
ſcis, Græcos *pyramidibꝰ*, *alios aliis monumētis.*
id in hac opinione *eſt erroris*, *quòd ſingulis po-*
pulis tributa *tantū ſunt ſingula monumenta*, cū
omnium *fuerunt omnia*. *clarū enim ex Ioſepho*,
Aegyptios, Chaldæos & Græcos vſos ad memo-
riā rerū conſignandā & literis Hieroglyphicis,
& obeliſcis, & pyramidibꝰ omnibꝰ promiſcuè o-
mnes, hoc ſi nō loqueretur Ioſeph, probarē facilè
Tritemij rationib in polygraphia. huiꝰ rei fir-
mū illud eſt argumentū, quòd digito hodiè indi-
centur obeliſci ex Aegypto & Græcia, ex Chal-
dæa, aliiſq; locis literæ hieroglyphicæ magnis
ſumptibus trāſlatæ Romā. ſed nihil hoc ad rem.
monumēta enim iſta ſunt lapidū, quærimꝰ lite-
rarū. creuit tandē populis illis primis cū ætate
ſtudiū ſuæ laudis amplificādæ & æternitati qua-
ſi cōſecrādæ. cœperūt ergò, qui inter illos erant
maximi, maiorum res illigare in rhythmos, at
hos non ſolū recitare publicè cū applauſu, ſed ē
tradere aliis diſcendos, decantandos, & poſte
ritati commodius tranſmittendos. hoc in mo
re adhuc eſt apud populos barbaros, quos li
matior hæc elegantia potius tinxit quàm im
buit, Hybernos, Vandalos, Lappones. qui h
ſuos hiſtoriographos putidè poëtas quaſi dicere

ſpiritus ardore ſuffuſos tanta & proſe- veneratione, vt quicquid in hos pecca- Deũ id putent omnes peccari. qui ab ho hiſtoriã arceſſũt, multò id verius, quã/ res. Sed vt rem reſecem ad viuum, qui h primus omnium iuſtam ſcripſerat, fuit ſes. Author eſt Ioſephus. ex hoc quaſi copioſa poſtea herba ſuccreuit hiſtoriogra- rum, plurimis gentibus. Græcorum res ſecrarunt literis primi Cadmus Myleſius, Pherecydes, Hellanicus; latini ſuarum rerum p- mos ſcriptores habuerũt ſacerdotes, quibus ra mandata erat notandarum potiùs, quam ſcribendarum rerum, quæ ſingulis gerebantur annis. Hinc annalium nomen. hic cœpta hi- ſtoria, poſtea culta, à variis vario modo.

CAPVT III.

Quid hiſtoria, & quot hiſtoriæ partes?

PLato in Cratylo, hiſtoriæ nomen ducit à duabus græcis vocibus, ὅτι ἵστησι τὸν ῥοῦν, quod ſiſtat fluxum, id eſt, quòd rerum humanarum rationem facilè fluentem ſuſtineat, ne cadat; confirmet, ne pereat. Sed hæc nimis

for-

Digitized by Google

fortaſſè eſt ſubtilis & exquiſita hiſtoriæ etymologia, tutior hæc, quia tritior, quam petũt non indocti à græca voce ἱστορέω, id eſt, narro. Sed de etymologia hiſtoriæ, notionem notant multi multis modis. Cice. 2. de oratore dicit eſſe teſtem temporum, lucem veritatis, vitam memoriæ, magiſtram vitæ, nuntiam veritatis. Leo Iudæus deſcribit eam eſſe myſterium naturæ, miraculum artis, humanitatis diuinitatem. deniq; alij aliter non tàm ad hiſtoriæ notionem euoluendam, quàm indicandam vtilitatem. Enucleatius ergò illi & verius, qui vna penè voce dicunt, hiſtoriam eſſe rei geſtæ verã narrationem. Huius generis duæ ſunt formæ: plena, naturæ artisq; expleta numeris; ſemiplena, in qua naturæ tantùm emicat igniculus: huius poſtremæ formæ ſunt chronica, quæ temporis connectũt ſeriem; commentarij, qui capita tantùm rerum colligũt, diaria, quæ dierum; annales, qui annorum continent minutias; vitæ principũ ſingulorum deſcriptæ, aliæq; narrationes rerum preſſæ & ſubtiles, quocunq; illæ cenſeantur nomine. hiſtoriæ plena vnica illa forma eſt, vt naturæ vim exprimat arte. quam laudem aut nullus eſt conſecutus vnquã aut Liuius apud Latinos.

CAPVT IV.

Qui Authores quibus ſunt connectendi.

CVm in omnibus rebus ordo multùm tùm in diſcẽdo plurimùm. affert eni mentum non ſolùm ad intelligentiã rei, ſe ad memoriã. quare malè faciunt, qui vt qu ſe hiſtoriographus primũ obijcit, in eum au ſimè irrũpunt, nec curant quid, quo ordin quantũ quàm auidè legunt. huius ſtudij il fructus eſt, vt memoriam potius labefactẽt fuſione, quàm animũ informent diſciplina. hi morbo fiet medicina in hiſtoriis, ſi legantur o dine. quare id primùm ſit ei, qui in re hiſtoric velit verſari cum fructu, vt hiſtoriæ vniuer ſæ breuiſſimã comprehenſionem legat, perlegat, & multa meditatione contritã benè cõcoquat. in quo genere præfero omnibus Genebrardum Pariſienſem, qui ita breuis eſt, vt explicet clarè; ita clarus, vt omittat non neceſſaria tamen dũ nimis aliquãdò inhæret veſtigiis Rabbinorũ, fit, vt declinet à recta via Funccius extra cõtrouerſiã in hoc genere bonus eſſet, ſi in religionis re nõ eſſet malus. tutius ergò legi debet Genebrar-

brardus à Catholico; poteſt & Funccius ab hæretico, hoc noto, quia Catholici quidam Functiũ ita ponunt extra aleã omnẽ, vt laudent ſine exceptione. poſt Genebrardi aut alterius cuiuſcunq; chronologiã, ſubnectendæ ſunt ſingularũ gentium ſingulæ hiſtoriæ ſcriptæ perfectius, deſcriptæ plenius. Qui Romanas & Italicas res volũt attingere, ſatis erit, ſi poſt Sextum Rufinum, Flori epitomen, & Eutropium iam tandem accedant ad Liuij & Polybij exquiſitiores delicias. quod ſi in Romanis rebus velimus eſſe acres & diligentes, legentur authores hoc ordine:

Faſti conſulares Caroli Sigonij & Onuphrij.

Flori epitome.

Velleius Paterculus.

Quintus Fabius Pictor de origine vrbis Romæ.

Polybij liber ſextus de militari domeſticaq; Romana diſciplina.

Dionyſius Halicarnaſſæus.

Saluſtius.

Dio Caßius.

Cæſar de bellis ciuilibus.

Titus

Titus Liuius.
Cornelius Tacitus.
Ammianus Marcellinus.
Tranquillus.
Lampridius.
Egnatius.
Flauius Blondus.
Pontanus.
Sabellicus.

Reliqui poſteriores recentes ſunt, de qui poſtea.

CAPVT V.

Qui res Germanicas ſcripſeruut, hc ordine legentur.

Cornelius Tacitus de moribus Germanorum.
Beatus Rhenanus de rebus Germanicis.
Iacobi VVimphelingi epitome rerum Germanicarum.
Huldricus Mutius de Germanorum prima origine.
Crantius.
Auentinus.
Abbas Vrſpergenſis.

qui

Digitized by Google

Qui in ſingulis Germaniæ prouinciis volunt eſſe exquiſiti, conſulant Bodinum. nos tantùm libamus ea, quæ commodè poſſunt fieri à quouis. legantur etiam quæ quotidiè de Germanicis rebus eruuntur hiſtoriæ ex antiquitatis theſauro.

Gallicarum rerum ſcriptores legentur hoc ordine.

Iulius Cæſar de bello Gallico, & Hircius.
Ioannis Tilii epitome.
Paulus Æmilius.
Ioannes Tritemius de geſtis Francorum.
Gulielmus Paradinꝰ de antiquo ſtatu Burgundiæ.
Gregorij Turonenſis hiſtoria Francorum.
Froſſardus.
Philippus Comineus.

Polonicas res perſequuntur.

Martinus Cromerus.
Philippus Callimachus.

Anglicæ res ſatis erunt notæ, ex Polydoro: ſatis Scoticæ, ex Hectore Boëtio. qui res noſtri temporis cognitione & animo volunt comprehendere, contenti erunt Iouio, Natali Comite & Guichardino, qui hoc anno exibit

Lati-

latinus, Sleidanum autem nolle m atting qui eò eſt periculoſior, quò elegantiori v. tegit mendacia.

CAPVT VI.

Quæ virtutes in quibus ſunt authoribus, & quæ vitia.

QVoniam promiſcua omnium authorū lectio magis inficit ſtilū, quā imbuit mentem, niſi adhibeatur cautio: vno verbo monebo quid in quoq; ſit imitandum, quid fugiendum in Cæſare ergò eſt genus dictionis purum & limatum in Saluſtio conciſum & enucleatum, vt ſi ſpectemus dictionem tantùm, nihil hoc ſit clarius, nihil illo diuinius. Cornelius Tacitus narrat principium maximorum reconditiſſima conſilia, ea arte, vt putes oratorem; ea conſilij ratione, vt mireris politicum. colligit minuta, maxima, ſed ea iudicij laude, vt maxima ſemper ſplendeant, nunquā ſordeant minuta. denique, ſi non haberet genus illud dicendi pro hiſtoria nimis altum, robuſtum, ac poëticè obſcurum, forma eſſet, ad quā omnis hiſtoria deberet exigi. Velleiꝰ Paterculus

luceſt pulchrè nitidus, caſtè integellus, inſignuter argutus, clarè breuis, deniq; eius ingenij & iudicij ſcriptor. vt ſi vellet laudari, aut Pompeius exquiſitius, aut argutius Cæſar, aut Cicero elegantius, impudentes ſanè eſſent. Adhunc quoties accedo, auidus accedo, ita inuitat; ab hoc quoties diſcedo, inuitus diſcedo, ita tenet. In Liuio (dicam vno verbo) ſunt omnia. Nam Patauinitas, quæ reprehenditur in illo, eſt virtus. De omnibus iudicium non fero, hoc dico, pleroſq; legendos non tàm ad ſtilum, quàm ad veritatem. Nam ſunt vel Græci, boni, malè conuerſi; vel ex fæce eorum, qui barbariem ponunt in laude, antiquos illos loquor. de recentibus hoc eſt iudicium. Auentinus laudatur, ſed ab iis, qui de ſtilo nullam mittunt vocem, quæ laudetur. non tamen eſt ex ſentina ſcriptorum. ſcribit enim nec benè, vt ſummꝰ; nec malè, vt barbarus. Id tantum eſt laudis, quod conatus eſt exprimere maieſtatem Liuij. In re quoq; deſidero non tam audacem. O audacia, quæ neſcio, quomodo iis, quibꝰ impietatis odor affuſus, inhæret, & inficit, & abſtrahit à vero, nõ tantũ illo diuino, ſed & ab omni. à quo mirũ quantũ aber-

aberret ſæpè. O ſi eſſet, qui hiſtoriam Bauaricam illuſtriſsimam illuſtraret. ſed hoc aliorũ humerorum onus.

In Philippo Comineo pulchra eſt ſpecies hiſtoriæ ſcribendæ ad vtilitatem. nam ex ſingulis actis eruit documenta, ſiue formandæ vitæ, ſiue prudentiæ augendæ accommodata. Polydorus & Hector Boëtius ſcribunt latinè, vt nihil poßimus timere contagionis. Martinus Cromerus eſt mediocris. Michaël Brutus, Bembus, Manutius, & Sigonius nihil habent non terſum, ac ne habere quidem poſſunt, dum inhærent veſtigiis Ciceronis tàm propè, vt penè aſſequantur. Onuphrius mirus eſt artiſex eruendæ antiquitatis. Iouius malè ſanus eſt ſcriptor, laudat & vituperat, non ad normam veritatis, ſed pro ratione præmij. hinc mentitur multa de Turcis glorioſè, de Germanis maledicè. mendacia ſi ſecernas, author eſt non contemnendus. Natalis Comes præter rem nullus. nihil ſcribit argutè, nihil vinctè nihil cum iudicio. id tantum eſt laudis, quòd non eſt barbarus. Pontanus de Neopolitanis rebus mirificè placet, vt qui Liuij dignitatem, acumen, decorum expreſſerit ſcribendo.

Suri-

Sturius optimæ fidei vir conatus eſt, quantùm potuit; potuit, quantùm nullus debet cõtemnere; niſi fortaſsè criticis non probetur, monachũ ſcripſiſſe vera non ineleganter.

CAPVT VII.

In lectione hiſtoriographorum quid obſeruandum?

RES geſtæ, ad ſuas quæque ætates reuocandæ ſunt, ſi commodè tamen non poſſint, non eſt in hac temporum notatione multum diligentiæ ponendum. de re, decoro, prudentia, maior cura debet eſſe cuiuis, qui ex hiſtoria vult conſequi, vt ſit non ſolùm elegans ſcriptor, ſed prudens etiam ſenator. quare primùm animaduertet in mari, portubus, promontoriis, inſulis, vadis, qua circumſcriptione, quo anfractu, quo ſinu, quibus notis, quibus periculis, quibus commodis definiatur. in prouincia aliqua notabit elegantiam, barbariem, affluentiam, penuriam, ſoli vim, montes, valles, flumina, agros. in ciuitatibus videbitur, quid ſingulæ habeant ſingulare, quàm ſint anguſtæ, quàm amplæ, quibꝰ incluſæ mœnibus, quibus cinctæ ſuburbiis, incolæ ꝗ habent ingeniũ, quã naturam,

Q quos

quos mores, quam deniq; politiam. in h
gentiam probo valdè minutam, vſq
vt cuperem ſingulorum locorum ſingu
ſcriptiones iisdem verbis deſcriptas conſ
vnum librum. nam ex hac diligentia eri
tius vſus, non ſolum ad linguã cudendã, ſe
am ad prudentiam mirè augendam. bell
notabitur quæ fuit origo, quæ progreſſi
quæ conſilia, quæ deliberationes, quæ ſtrat
mata, qui amici, qui inimici, qui fines. hinc
ligitur prudentia multa, magna, vera. hic ſ
cidãt aliquæ alicui9 magni viri orationes,
ſtolæ, legationes, harum eſt indaganda form
ſententia, decorum, prudentia. apparatus bel
ci, obſidiones omnes machinæ aut inuẽtæ nou
aut antiquæ adhibitæ, perſonarũ deſcriptione
exquiſitiſſima diligentia ſunt videndæ, per
uidendæ. reſp. natas, extinctas, & in his varie
tates, leges, magiſtratus, formas, attendes
legum condendarum & abrogandarũ cauſæ ex-
igẽdæ ſunt ad normam, ſeponẽdæ ad vſũ. exem-
pla virtutum, & vitiorũ in ſuas quæq; claſſes
ſunt includẽda. caſus fortuiti, ſomnia, oracula,
diuinationes nõ ſũt contemnẽda. habent enim
ſemper vel quod rideamus, vel quod miremur.
dictum

dictum viri ſiue prudẽtis acutũ ſiue acuti prudens nullo modo debet prætermitti. acutum eſt hoc Demoſthenis. cuidam enim inter grauiſſima cõſilia ſciſcitãti, quis ciuiũ optimus, tui inqt diſſimilis. prudens fuit dictũ iſtud Albani Ducis. Carolo enim quinto vrgente pugnas, vide inquit, quid agas. putas te agere cum belluis, qui niteris tantũ viribus, reperies viros, vtere conſilio. ſi qua ſententia in ſpeciẽ pulchra intercurrat, et ſi illa nihil faciat ad hiſtoriã, notãda tamẽ eſt ad imitationẽ. qualis eſt illa Paterculi de Cæſare. ſpreuit cœleſtis animus humana cõſilia, & voluit cũ periculo ſumma potiùs quàm tutò humilia. hæc breuiter tãgo iam potiꝰ quàm explico, quia ſingula in Liuio ita ſum explicaturus, vt penè oculis teneatis & manibus.

ROBERTI TVRNERI de Linguis.

CAPVT I.

De numero linguarum.

DE numero linguarum diuerſi tradunt diuerſa. Quidã cõtendũt viginti tantũ duas lin-

linguas, quòd Mithridates Ponti Rex . locutus erat. ineptè. nam hiſtoriæ loq eum locutum viginti duabus, non loq tot linguas fuiſſe tãtùm : hunc omnibus ſomnium eſt nullo teſte, nulla hiſtoria n refelluntur etiam (vt videas inſanos) a ritate, & experientia. nam vnius E cancellis incluſæ ſunt linguæ plures vigint abus, deinde, qui ſuis commentationibus ſtrant Homerum, colligunt certis ſignis, mines multò plurium linguarum, quàm vig ti trium, conueniſſe ſub Græcorum ſignis a uertendam Troiam. Alij multi hiſtorici h incumbunt, quòd ſeptuaginta tantum qui ſunt linguæ; petuntq; rationem ex Moyſe, q dicit, animas ex Iacob latas ſeptuaginta quin dilapſas in Ægyptum fuiſſe, quaſi ſingulæ ſin gulis loquerentur linguis. ſic Euphorus, Picus Mirandula in Geneſin, aliiq; . ſunt tamen, qui vſu & experientia vincunt eſſe ſeptuaginta tantùm duas linguas, ſi ſpectemus originem; ex hac tamen origine fluxiſſe innumeras diale-ctos. De experientia quod loquuntur, parum habet momenti. quis enim ita omnes partes mundi peragrauit, vt poßit numero recenſere

aut

aut ſecernere tot linguas, non plures, nec pauciores? quod ſi Plinio nugarum multarum & magnarum architecto credamus, tantùm fidei eſt huic opinioni habendum, quantum fabulæ. nam Plinius lib. 6. cap. 5. ex Timoſthene narrat in Dioſcuriade Colchorũ vrbe, trecẽtas diuerſarum linguarum nationes & vixiſſe, & viguiſſe, & horum menti explicandæ centum triginta interpretes altos publicè fuiſſe. ſi contendant omnes has linguas reuocari ad ſeptuagintaduas origines, & Dialectis tantùm differre, expediant etiam mihi de Diodoro, libro 3. de fabuloſis antiquorum geſtis. narrat hic de mercatore abducto à mercatoribus Æthiopiæ in Fœlicem inſulam, cuius indigenæ oſſa, quaſi neruos habebant in omnem partem flexibilia, linguamque à radice biſectilem, & quaſi duplicem. de duplici lingua vſus probat. nam ſimul loquuntur variis varia lingua, ſimul imitantur variarum auium pipitus, & quaſi cantus, ſimulque reſpondent prouocanti, prouocantq; reſpondentem. Herodotus etiam ſcribit, Troglodytas gentem Aethiopiæ ſtridere voce, nõ loqui deinde mercatores qui penetrant in Septentrionẽ, quicquid agunt, nutibus agũt;

quòd propter linguarum varietatem
reperiri, qui vnus omnes tibi lingua
tanta varietas in ſeptentrione, quid e
quis partibus? ex his eam ſummam col
ri non poſſe, vt illæ linguæ biſectiles apı
dorum, aut hæ ſtridentes apud Herodot
multiplices in ſeptentrione ſubijcian
lis ſeptuaginta duabus linguis. quid er
ti? id vnum eſt certum, quod in hac r
eſt certi. tamen ſi loquantur de linguis
includuntur regionibus notis, non mu
certè repugno de ſeptuaginta quinqu
aut ſeptuaginta duabus plus minus. ia
men reprehendo, quòd iſti hæc ſua ob
dunt mundo quaſi oracula, cum tamen nec
tingant vera, nec proxima veris. eò mag
ſi admittant Platonem, qui de deorum ſe
mone aliquo coniecturam facit, quòd quidam
in ſomniis locuti ſunt, & Hebræi Græce Græ
cis, & Græci Hebraicè Hebræis, & alii exter-
ni externis aliis ignota lingua. etiam oracula
illa antiqua fundebant voces non illius gentis,
in qua erant; & qui à dæmonibus obſeſſi ſunt,
loquuntur linguis non vernaculis obſeſſorum.
quibus ergò? vernaculis dæmonum.

Clemens

Clemens Alexandrinus etiam brutis tribuit non nutũ, ſed ſermonem quendam, probat effectis. Elephas hærens in luto, clamore elicit alium, ille diſcedit, redit cum turba elephantorum, qui hærentem & periclitantem liberant. De ſcorpione in Lybia eſt mirabilius. nam ſi vnus hominem infeſtum non poſſit perdere, abit, redit cum multis, hi corpora corporibus ita ſubſternunt, quadamque quaſi catenæ forma cohærent, vt hominem quem cupiunt, facilè lædant. diſceſſus, reditus, inſidiæ tàm affabre & ordine factæ loquuntur non nutũ aut ſibilum naturæ ſed ſermonem, quo vnus alios Scorpiones elicuit ad iniuriam ſuam vindicandam. De piſcibus etiã narrant piſcatores, ſi quis fortè hamum vel effugerit vel eluſerit, illo die eius generis piſcem non videri in eo loco. quaſi vnus alios piſces monuerit de inſidiis cauendis. Porphyrius in libris de abſtinendo ab animabis multa ſcribit de brutorum inter ſe ſermone. etſi non inducat vt hæc credam omnia, aut eo modo credam, quo referuntur ab Alexandrino & Porphyrio; quaſi omnes beſtiæ loquerentur: tamen hæc ſiue ſint falſa ſiue vera; eſt certè

opinio eorum, qui ſtatuunt ſeptuaginta duas linguas, falſiſſima.

CAPVT II.

Linguæ, quæ notæ ſunt, ex qu fonte hauriuntur.

A D Hebraicũ fontem referuntur Ar Syriaca, Chaldaica, Aethiopica, Ab. ſub presbytero Iohanne, Aegyptiaca. de A ptiis eſt pulchrũ, propriis literis vtuntur o ijſdem, at ſacras literas attingunt ſoli ſace tes, & imbibunt à parentibus. ſacræ illis l ræ ſunt non characteres, ſed imagines & e gies rerum; accipiter ſcilicet, crocodilus, ſe pens, hominis oculus, manus, facies. per accip trem auem velociſſimam intelligunt rem cit factam, per crocodilum, emẽtientem lachrima notant malum, iuſtitiæ per oculũ ſignant cultorem. Sic Diodor. Siculus li. 4. de fabuloſis antiquorũ geſtis. ſtultè putant, qui in omni Scriptione putant Aegyptios vſurpare imagines tantùm nam imagines hæ (vt patet) ſacræ tantùm erant ſacerdotibus, propriæ erãt literæ reliquis Aegyptiis, vt aliis gẽtibus. ſacras literas Aegyptiorum vocant alij Hieroglyphicas. de

quibus

quibus Orus Apollo ſcripſit.

Ad græcum fontem reuocant Æolicam, Macedonicam, Cappadocum, Atticam, aliasq́; quæ Turcæ ſparguntur, & indies inquinantur, vt in tam putidis riuulis vix agnoſcas fontem.

Ad latinam originem refer Hiſpanicam, Gallicam, Italicam. Linguæ corruptæ ratio eſt, quòd Romani Prætores ius nec dicebant, nec reſpondebant, niſi ſua lingua; immò Romani ita perditè amabant ſuæ linguæ mollitudinem & ſuauitatem, vt nulla neceſſitate potuerint cogi, quò alia lingua, quàm ſua cum plebe agerent, contraherent, loquerentur. quæ cauſſa fuit, vt Itali, Galli & Hiſpani, preſſi grauiſſima Romanorum ſeruitute, coacti fuerint frangere & incidere voces Romanas, cũ efferre non potuerint. Hinc ex vno Romanæ linguæ limpido fonte fluxerunt illi vocis Hiſpanicæ, Italicæ, Gallicæ inquinati riuuli. De Gallis extra controuerſiam eſt, eos locutos fuiſſe alia lingua, quàm quæ illis eſt hodiè vernacula. quã? Budæus putat Gallos locutos lingua illa Germanica, quæ hodiè eſt natiua Rhenenſium, Heluetiorũ, Elſaticorum, Vangionum, Belgarum, aliorumq; illorum Gallorum,

qui citimi Rheno nulla vi aut fraude rant ita cogi in ordinem, vt linguam ſu mitterent, & vſurparent Romanorum grinam, eamque varijs corruptelis, quam maculis fœdè contaminatam. e certiſsimè ſtatue antiquam Gallorum guam fuiſſe Germanicam, aut certè ſlu ex Germanica origine. Itali facilius rec bāt veram Romanæ linguæ originem, prop viciniam, communionem, neceſsitatem. veri Vandali, Scythæ, Gothi, Germani alij exte cùm Italiam ſubegerant, linguam etiam inf cerunt peregrinis ſordibus, eamque, qua iam videmus, induxerunt ſpeciem.

CAPVT III.

De Germanica Lingua.

L*ingua Germanica antiquis latiſsimi fuit fundi. nam Celtæ, Belgæ, Galli lingua vtebantur Germanorum aut vera aut paululùm inflexa. De Celtis & Belgis loquitur agnatio iam linguæ declinantis non multùm à vera origine. de Gallis ſi quid ſit dubitationis, eam*

Cor-

Cornelius Tacitus facilè collit. Auentinus ex Ephoro & Strabone colligit omnes populos ſubiectos Aquiloni, Scythas; expoſitos occiduo ſoli Gallos, Galataſque, Celtas, aut Celtoſcythas communi & nomine dici, & lingua loqui. Germani nominis nulla hîc mentio, certum tamen eorum & originem & linguam hîc comprehendi. deinde Gallos, qui Romam incēderūt, Delphicum templum ſpoliarunt, in Aſiam migrarunt, eos fuiſſe Germanos colligit ex Diodoro Siculo, Appiano Alexandrino, D. Hieronymo, & Godefrido Viterbienſi. tandemq́ ſubijcit, certum ſibi eſſe, quòd Gallica lingua vocetur ea, quæ modò eſt Teutonum. ex multis etiam vocabulis antiquis quæ dicebantur Gallica, euincit idem. nam illa verba ſunt planè Germanorum hodiè natiua. hæc lingua latius ſe paulò ſparſit in varias regiones, quas populus Germanus fœcundiſsimus occupauit vel vi, vel pacto. nam certum eſt, Belgas, Brabantos, Hollādos, Selādos, VVeſtphalos, Saxones, Anglos. Dacos, Suecos, loqui lingua Germanica, quāquam eius originē iā infecerūt labeculis externi ſermonis, eamq; dum conantur polire, inquināt, faciuntq; penè nouā. ſed de ori-

gine

(margin, cut off:) ... Tursini / ... em, vt linguam ... arent Romanorum ... varijs corruptelis, ... contaminatam. ... inguam Gallorum ... em, aut certè ... Itali facilius ... e originem, propter ... eceſſitatem. ... ermani alij ... guam etiam ... amque ... em.

(margin, cut off:) Simi... ...

gine nemo dubitat qui videt illorum o:
populorum ſimplices dictiones eſſe natiua
manorum. cauſam inquinatæ aut mut
riginis nemo quærit, qui videt commerci
rum populorum penè quotidiana cum
lis, Italis, Hiſpanis; vt penè neceſſe ill
aſciſcere aliquid exotici ſermonis. De ling
Germanica & Heluetica legite Ægidium
dum de Alpinis regionibus, c. 36. 37. 38. de
gantia linguæ Germanicæ loquitur mult
Auentinus. fuiſſe ſterilem linguam Germ
nicam ſemper patet ex Carolo Magno.

CAPVT IV.

De lingua Illyrica aut Polonica.

ILlyrici, qui vulgò Sclaui dicuntur, gens fuit multi ingenij, multi vſus, multæ audaciæ. hæc cauſa multis cur Vandalos etiam appellarint Sclauos. nam cùm Vandali miſti Gothis & Alanis fœda populatione funeſtarint totam Italiam, & ad orbis contagionem tanquam locuſtæ, effuſi erant in omnes partes, putabãt hanc mentis altitudinem

non

non aliunde, aut fuiſſe, aut potuiſſe eſſe, quàm ab Illyricis, gente poſtea toto orbe celebratiſſima. Sed error eſt, non hiſtoria, ſiquidem ſciunt, qui in hiſtoricis aliquid ſciunt, Vãdalos, Scythas, Gepidas, Alanos, qui Gothis in vaſtatione orbis ſe miſcuerant, ex Gothorũ ſanguine fluxiſſe. quis neget? qui neſcit omnia his eſſe communia, linguam, mores, diſciplinam. quid multa? ſi excipias nomina diuerſa, omnia ſunt eadem. Deinde Vandali ceſſerunt ſuis finibus, & cum vxoribus ac liberis Luſitaniam, Carthaginem, aliasq́; partes prius occuparunt, quàm fuit nota vlla Sclauorum gloria. Sclaui enim poſtea emerſerunt, ſi emerſerint vnquam. nam eorum lingua latiſſimè iam patet. immò ſi comprehendantur fines, quibus hæc lingua continetur, facilè dixerimus alias linguas ſerpere, hanc ſolam volitare per orbem. Multi hiſtorici noſtra ætate Sclauis alioqui infeſti fatentur facilè, hanc ſolam linguam dominari in mundo, reliquas quaſi huic ſubſeruire.

RO.

ROBERTI TVRNE in Ciceronis Milonianam & Philippicas.

ETſi conſuetudo ſit (Auditores) nec omno contemnenda, quia eſt multorum: ſemper conſectāda, quia parū vtilis, vt qui grediuntur ad aliquē authorē vel explicand dictione, vel commentatione illuſtrandu eum prius laudibus, quaſi coloribus, depinga tamen authoris noſtri laus eſt omnium ſerm ne ita celebrata; vt qui in eius ornamen tis multam orationem poſuerit, videatur ve detrahere iudicio auditorum, non parum dum putat eos non cognoſcere, quid ſit, Ciceronem eſſe; vel ſuo ingenio arrogare multum, dum putat ſe poſſe explicare, quid ſit Ciceronem eſſe. quare nullam hodiè vocem mitterem de Cicerone, niſi violatio conſuetudinis vſurpata ab omnibus maiorem videretur habere labem. quid igitur? ne videar cōſectari trita, taceo plurima; ne videar cōtemnere conſuetudinem, dico id vnum, Ciceronem eſſe, qui præ-

præripuerit & Latinis, qui ſecuti ſunt, imitandi ſpem; & Græcis, qui præibant, oſtentandi gloriam.

Laudat antiquitas Iſocratem, vtpote in quo nitebant multæ orationis Veneres; laudet, modò nõ præferatur Ciceroni noſtro, ſplendidus fuit ille, neruoſus iſte. amat ſtudioſeq; affectatur Libanium ſchola. eſt ſanè cur affectetur hominem naturæ, artisq; affluentem venuſtatibus, at quid ad Ciceronẽ noſtrum? belliſsim⁹ fuit ille, diuinus hic. deniq; cum Cicerone ſi eos, qui floruerunt eloquentiæ laude, conferas omnes, ſingulos, antiquos, recentes, omnes æquabit vnus; ſingulos ſuperabit ſummus, antiquos, recens; recentes obſcurabit æternus, atque ita obſcurabit, vt omnes huic ſint futuri vmbræ, hic omnibus ſit futurus, imago viua vera totius eloquentiæ. quid minutus ſum? Cicero eſt, quem explicamus, vno verbo dico nihil; vno verbo dico omnia: vt, quòd omnia, videatur ſeruata conſuetudo iuſtè; quòd nihil, non videatur violatum veſtrum iudicium. vnde in tanta totius eloquentiæ varietate cum delectus neceſſariò habendus ſit, ad hunc delectum iudicium attuli illud, vt

ex

ex ſummis multis duas videar ſepoſui, ſtram vtilitatem ſummas, ſiue ſpectet ſiue quæ hac arte continentur, ex qui lam & lautam eruditionem. nam cum iudicio Miloniana plurimum habeat ar rimum interioris doctrinæ Philippicæ, ne erraſſe? ſed cur vno tempore duas? vobis totius conſilij totam rationem diu uerſas authorum interpretandorum ra ſequuntur, pugnantque ſuam quiſq; eſſe mam.

Robertellius & Iulius Camillus toti in affectibus & locis topicis, Pedianus & A nutius in Hiſtoriis toti ſunt & antiquitatib Sturmius vult indicari phraſes terſaſq; loqu di rationes; in figuras & ſchemata, quibus ta quam ſtellulis illuminatur oratio, vult intem digitum Maturantius & Ramus & Talæu artes ſingulas dum contendunt ſingulis can cellis includendas eſſe, Dialectica ſeponunt Dialecticis, Rhetorica Rhetoribus. horum ta men elocutionem eſſe, præterea nihil. quare cum ſingulæ ſingulorum rationes vix ac ne vix qui dem poßint mihi probari, inivi rationem per commodam, illam quidem, vt in explicando

Cice-

Cicerone omnes ſequar omniū. verùm cùm hæc diligentia id habeat incōmodi, vt multū tēporis in vna oratione ſit ponēdum, adiungo aliam nō tàm explicandam quā percurrendā. idq; tàm citò, vt duas aut tres eodē ſpacio facilè percurrero, quo explico vnā. nec hæc ratio à me prius inuenta eſt, ſed vſurpata à Mureto, qui id ſuis inculcat ſedulò, potius vt fingant nouam Rhetoricam ad orationem imitationem, quàm orationes ad antiquæ Rhetoricæ normam: non quòd contemnat præcepta, ſed nihil illa adferant momenti ad poliendam linguam, niſi illa videas in Ciceronis ſcriptis. Quòd ſi minutæ quædam ſæpè incurrant, in quibus explicandis cogar eſſe minutus, quid moueamini? cum ex his minutis illud eloquentiæ corpus, quod quærimus ſeiunctum, inuentum admiramur, conſtet & conſtetur? medicorum minutiæ quales ſunt? phi fœtent. iuriſconſultorū minutiæ quales? tituli, paragraphi, numeri. non tamen illi fœtore, nec hi vilitate impediuntur, quo minus ſuas minutias ament, quærant, excolant, quòd ex illis coagmententur duo pulcherrima corpora, reipub. hoc, hominis illud. at noſtræ minutiæ lautæ ſanè ſunt & exquiſitæ, voces

ſcilicet quæ notæ ſunt & ſigna int
quod facilè videbitis, ſi id videatis,
nes, ſonoras, variiſque modulatio
expreſſas (quæ conſideratio muſicoru
lectare animantes, etiam expertes ra
voces eloquentis ſolos deliniant homin
minuſnè, quò plus minuſuè habeant
Sed harum minutiarum quale corpꝰ ? e
tia. ô Dea.

Primò aggredimur ad explicatione
lonianæ. Hæc oratio fuit ſcripta à Cice
vno modo, perorata altero. rationem
& ſcripſerit & perorarit, putant quidan
vt exiſtimationem, quam orando perdid
ſcribendo reficeret. Nam inter orandum
guidiuſculus factus, dum cogitur mediũ d
onis ſuæ curſum interrumpere, eã ruinã pu
bat facilè refectum iri, ſi ſcriberet eandem c
ſam hoc vberrimo filo, quod iam in hac ora
one miramur. Sed ſuſpicio eſt nulla v
authoritate, vel ratione nixa. cauſam verã pu
to eſſe cõmunẽ illã & tritã omniũ oratorũ, qu
cauſas ſolebant dicere ad roſtra tenuius, ac po
ſteà domi diligenti meditatione ſubactas, vbe
rius perpolire. hanc fuiſſe, patet ex multis Cice
ronis

tonis locis, in oratione media pro Planco, has ego ſcripſi ludis & feriis, ne omninò vnquã eſſẽ otioſus. 4. Tuſc. in fine, Cato quod ſcripſit originũ ſuarũ. & 6. epiſt. ad Quintũ fratrẽ lib. 3. orationes efflagitatas pro Plãcio & Scauro abſolui. orationes quas poſtulas, mittã, quia quæ nos ſcribimꝰ aduleſcẽtulorũ ſtudiis excitati. & hãc cõſuetudinẽ nõ ſolum propriã fuiſſe Ciceronis, ſed antiquorũ etiã antiquã teſtes ſunt locupletiſſimæ multæ Plinij epiſtolæ, ac in primis vigeſimi libri prima, tertij libri decima octaua. Blondus lib. 4. de Roma triumphis, Budeus in Pand. 3. Si Ciceronis diligentia in vlla vnquã oratione enituerit, in hac certè enituit maximè, quã omni eloquẽtiæ numero ita abſoluit, vt eam vocent, primam Pedianus, pulcherrimam & nobiliſſimam Quintilianus. hinc ortus eſt error tribuentium Quintiliano & Pediano illud, quod iam eſt omnium ſermone contritũ: ſi Cicero ſic peroraſſet, Milo non exulaſſet. non enim illorum hæc fuiſſe verba, ſed ſenſum tantum & notionem facilè credo. ſed cuiuſcũq; demum ſunt verba, vera ſunt, apta ſunt, arguta ſunt. Sententia totius orationis vno continetur Enthymemate: Clodius fuit inſidiator,

ergò fuit iure occiſus. adde propoſitic
omnes inſidiatores iure occiduntur, e
logiſmus integer: propoſitionis veri
cit indè, quòd lege quadam inciſa in
mnium, liceat vim vi repellere. quib
tàm claram notionẽ putat eſſe ſubiecta
la potius ornet, exquiſitaque dictione
quàm probet. aſſumptionem controuer
plicitam conatur expedire argumentis
tis ex ſtatu cõiecturali. ſed ne quis fortaſ
orationẽ reuocet ad huius aſſumptionis ſt
animaduertat reliquũ totius orationis ſta
iuridicialem ſeu qualitatis. quæritur enim
an iniuria occiſus fuerat Milo. conteſtatio
in hanc Rhetorũ formam cõmodè illigatur.
cidiſti Milo Clodium, occidi. intentio illa eſt;
iure, quia prior ſtruxit inſidias, depulſio h
eſt, ex qua fluit id totũ, ꝙ hîc diſceptabitᷓ cõtr
uerſiæ de hominibꝰ rebusq; grauiſſimũ, quæ c
ſit grauiſſima, grande illud & amplũ poſtula
bat dicendi genus, quod miſcet tamen & inter-
ſpergit nõnunquã Cicero cõcinnitate figurarũ,
quæ mediocris generis ſunt, ad aucupiũ volu-
ptatis. vnde quidã putarũt ſed falsò, fuiſſe dicẽ-
di genꝰ miſtum ex hoc mediocri, & illo grandi,
par-

parteſ orationis nexæ ſunt non inter ſe natura communi ordine, ſed artis præpoſtero, vt exordiũ partitio, partitionẽ reſutatio, reſutationẽ narratio, narrationem conſirmatio, conſirmationem excipiat peroratio. rationem poſtea reddo. hæc artificij totius ſunt ſemina, hiſtoriæ ſumma erit.

Argumentum.

Remp. Romanã variarum partium variis factionibus cõflictatam fuiſſe, quo tempore hæc inciderat controuerſia, inde patet, quod inciderat in conſulatum Pompeij, id eſt, in imperij Romani inclinationem. harum factionum incilla. primum. fax deinde erat ambitio marum, qui volebant in ſummos magiſtratus fraude irrepere, vel vi irrumpere. quæ cauſa fuit inimicitiarũ, quas capitales erat Clodius contra Milonem. nam dum ſtudet Ciceroni, ac Ciceronis fautoribus, us Clodius diſsidebat, Clodij quoque it grauiſsimam offenſionem. hæc cauſa ortaſſè fuit odij inter illos, ſed non ſola. maeſta. quòd. Milo eodẽ anno prẽſabat

Digitized by Google

conſulatum, quo præturam Clodius. na
Clodius putaret Milonem, ſi conſulatu
ret, quaſi obicem obiectum iri ſuis & con
refutandis; & furoribus coercendis, voce
ſilio fraude, Milonem impedit, ac compet
eius adiuuat. Sed cùm Milo vel meriti
gratia conſecutus fuerat, vt honor illi con
tus haberetur, Clodius conſq; exarſit, vt cog
ret de illo tollendo. quare, cùm intellex
Milonem viam ingreſſurum ad Lauinium
ſperiq; rediturum Romam penulatum in
da, cum vxore, ancillis, & pueris, viam obſe
Clodius, expeditus in equo ad fugam, cinctus
cariorum manu ad cædem. à Clodio prope fu
dum ſuum in via Appia fit impreſsio, ſuſtin
tur à Milone tàm fœliciter, vt ipſe integer in
terfecerit Clodium. Milo à fautoribus Clodi
accuſatur de vi contra leges illata. fatetur vim
illatam, ſed iure. Pompeius qui id temporis ge-
rebat conſulatum, ex omnibus ordinibus lege-
bat integerrimos quoſq;, qui cõtrouerſiam mul-
tis difficultatibus ancipitẽ deciderent & expli-
carent. Cicero cauſam pro Milone dicit, vtpote
qui fuit tàm infeſtus Clodio quàm Miloni ami-
cus. collocantur in foro præſidia, ne in tanto ne-
gotio

gotio quid oriretur motuum popularium. res enim gerebatur non ſolùm potentium, ſed populi etiam magnis odiis maxima contentione. qui plura velit, Plutarchi legat Ciceronem & Pompeium.

De Philippicis.

DEmoſthenem etſi quacunq; inſpiciatis, magnum inſpiciatis, tamen nulla parte maior eſt, quàm quòd Cicero eum dignum iudicârit, quem imitando effingeret & exprimeret. nam cùm Demoſthenes quatuor orationes in Philippum Macedoniæ regem ſcripſiſſet, & Philippicas appellaſſet; Cicero vt indicaret ſe has in Antonium ad illarum imitationem & formã expreſſiſſe, etiam Philippicas dixit, quaſi orationes in Antonium inumbratas ad illam eloquentiæ formam. quæ in Demoſthenis Philippicis eniteſcit. hæc huius inſcriptionis cauſa fuit, vt patet ex Quintiliani decimo libro, & Plutarchi Cicerone. ſcripſit ſenex Cicero... Cætera ſunt.

Hiſtoria.

Cauſa cur ſcriberet iſtas in Antonium, hæc fuit: Cũ Caſſius & Brut⁹ percuſſores Cæſaris (locus hic erat deſignatus illorum

exilio) propter veteranos Cæſaris ſedes putaret ſibi fore tutas & à periculo immunes, Cicero etiã ſibi duxit cedẽdũ vrbe, quòd faueret percuſſoribus, vel quòd Antonij impotentem animũ nec poſſet reprimere, nec vellet ferre. egit ergò magna cõtentione & obtinuit, vt cũ Dolabella legatus mitteretur in Syriam. verùm Panſa & Hirciꝰ deſignati ineũtis anni cõſules rogãt, vt, dimiſſa legatiõe & profectiõe, illis ac reip. cõſilio ac virtute adeſſet; ſequẽti anno ſe Ciceronis opera Antoniũ facilè coacturos in ordinem. hac ſpe Cicero cogitat tantiſper ſe abdere in Athenas, quaſi dulce literarũ otiũ, dũ Panſa & Hircius renunciati fuerunt cõſules. verũ in medio itinere dũ audit Antoniũ partes illas ſuperbiæ depoſuiſſe, clementiæ ſumpſiſſe, redit Romam. die, qui Ciceronis reditũ proximè excipiebat, cogit ſenatum Antonius. Cicero veritus inſidias ſimulat ſe feſſum de via, non poſſe intereſſe. quæ res ita commouit Antonium, vt ſummiſerit milites, qui vel Ciceronem in Senatum perducerent, vel eius ædibus flammam ſubijcerent. ſed placatus tandem ab iis, qui paci ſtudebant, abſtinuit. huius iniuria tàm altè inſederat in Ciceronis animo, vt cùm

pri-

primùm Octauius Iulij Cæſaris hæres Romam redierat, hunc authoritate, opibus, conſilio munierit aduerſus Antonium: nec prius deſierit, quàm Antonium metu coactum cedere vrbe, curarit hoſtem patriæ à ſenatu iudicandum. hinc occaſionem ſumpſit has orationes dicendi in Antonium, partim in ſenatu, partim ad populum.

Primæ Philippicæ argumentum.

PRimò oſtendit iuſtã fuiſſe, & abitionis ſuæ, & reuerſionis rationẽ, ſcilicet vt Antonium vel ſanaret, vel eueiteret. Perſtringit deinde quorundam inconſtantiam in rep. gerenda, Antonij quædam facta, ac quædam intexit de Cæſaris morte, reliquiſq; actis, tàm cautè & prudenter, vt Antonium conficiat, Cæſarem non violet. Poſtremo oratione ex intimo artificio petita, hortatur vtrunque Conſulem, Dolabellam præſentem, Antonium abſentem, vt redeant ad mentem, ac Remp. ſuſcipiant tandem aſſerendam, & in antiquum ſuum ius vindicandam. Ex quibus facilè

cilè colligetis verſari orationem in genere partim deliberatiuo, dum Antonium perſtringit; partim iudiciali, dum obiecta diluit. in fine eſt acre ac vehemens dicendi genus, reliqua oratione moderatum ac temperatè fuſum.... Cætera deſunt.

RO-

Digitized by Google

ROBERTI TVRNERI VIRI

Doctiſsimi, Profeſſoris Ingolſtadienſis

EPISTOLARVM

Centuriæ duæ,

Nuſquam vnquam antehac edita.

Digitized by Google

SANCTISSIM
MINO N. GREGO
Pontifici Maxii

I.

Beatiſsime Pat

ROBERTVS *Turn*
ter domi carceris,
decennalis moleſtias
paſſus, poſtquam mu
norum acrem commentationem in P
ac Eloquentiæ ſtudiis fixerat, Duac
habitus eſt dignus, qui Eloquentiam
Collegio profiteretur.

In quo collegio non ſolùm iuuentuti p
ri literatura imbuendæ, ſed famæ, bonæ
ſtimationi Reginæ Scotiæ, qua res Ang
ac Scoticæ penè nitebantur, defendendæ,
ptisq; partim Anglicis, partim latinis (quæ
leguntur paſsim) vindicandæ à conuicio hæ
ticorum, operam nauauit.

Reuerendiſsimus Roſſenſis, aliiq; viri prin
cipes, perſpicientes mentem prædicti Roberti
fuiſſe ſynceram, ac operam potuiſſe eſſe rebus
Angli-

Anglicis reſtituendis vtilem, illum literis Pariſios elicuerunt. Venit Pariſios, manet apud Roſſenſem, laborat in Reginæ Scotiæ negotiis, ſudat pro Eccleſiæ re, diu, ſeriò, libenter.

Verùm cum bellorum tempeſtates in Gallia id temporis ingruentes, bonas bonorum virorum cogitationes omninò viderentur excluſiſſe, prædictus Robertus Romam anno Iubilei religionis cauſſa venit, aſcitus comes à Reuerend. Roſſenſi: ibiq; ſeriò cogitans Philoſophiæ ac Eloquentiæ ſtudia, in quibus bonam ætatis partem non malè collocârat, tum demùm vel nitere, vel prodeſſe, cùm ornarentur, aut firmarentur à Theologia, Illuſtriſſimi Moroni humanitate, ac Sanctitatis ſuæ munificẽtia effecit, vt cooptatus in Collegium Germanicum exegerit iam Theologiæ curriculum.

*Quare apud Sereniſſ. Bauariæ ducem na-
lus iam certum locum, in quo meſſis hîc col-
æ fructus aut certè ſemina ſpargat ad Ec-
e aliquam vtilitatem, nec quicquam aut
nò habens aut amicorum, aut pecuniarum
poſſit iter tam longinquum conficere;*

rogat

rogant S. S. quàm poſſunt d.
vno illo, omnes ac ſinguli, & c.
cus, & exilium decennale, & R
immò S.S. rogat ſua ſanctitas, v
num factum iam habilem ad meſſe
patiatur in itinere extingui, quas
ad meſſem: totamq; & ſumptuum,
centiæ ſuæ ſpem omninò excludi.

II.

AD GREGORIVM

Pont. Max. pro Nicolao Fitz herberto, Supplicatio.

Nicolaus Anglus, parentibus natus i. bus etſi Deus nobilitatem in ſua Re ſummam, & virtus facultates, nobilitati p conceſſerit, tamen temporis anguſtiæ, hæret. rum malitia, ac magiſtratuũ tyrannis illis i. pecunias ita exhauſerant, vt id ſolum ſit re. quum, quod ad ſui ordinis ac loci dignitatem tuendam ſatis eſſe videatur. nam cùm carcer penè quindecim annorũ, quẽ ſuſtinuit meus auunculus; fuga patris decem plus minus annos hæreticorum inſidias latẽdo iam ſubterfugientis,

OBERTI TRESHI

uam poſſunt ... ac ſinguli, ... cennali, & Regina ... a ſanctius ... ilem ad miſſam ... ingui, quam ... ſumptuum, ... xcludi.

VM XII ... 10 Fitz.

tis, miſeria fratrum, domi huius, illius foris, familiam ſuam reipub. honoribus ſummis ſemper florentem, miſerè nunc afflictam, peneq́ attritam deplorantium, illis rei familiaris non ſolũ augendæ, ſed partæ iam conſeruandæ omnem viam excluſiſſent; tamen pia parentũ induſtria in liberis educandis inter tantos & fortunarũ & cogitationum fluctus non ſolùm id cauit, ne quid hæreticæ contagionis domi illis adhæreſceret, ſed etiam ſedulò egit, vt foris pietatis ſolidæ, ac fidei Romanæ puritate imbuantur ſincerè. verùm inter reliquos cũ me quoq; domi adhuc tenellũ inter hæreticos catholicè informãdũ politiorib. literis curaſſent, grandiorem iam factum, ne quid apud hæreticos contraherem labis, in partes tranſmarinas ſummis ſuis impenſis ablegarunt. vbi cũ tres iam annos Duacicum Guilielmo Alano clariſſ. viro, ac veſtri ſeminarii Rectore digniſsimo, iuri tàm ciuili quã canonico operam nauaſſem, ac furori de in ... landrorũ furentiũ iam in Catholicos, Anglis ... lens cũ reliquis ſemigraſſem in Franciam ad ... prudentiæ ſtudium ſolutiori animo conficiendum, venit à parentibus nuncius, illos tem... miſeria, carceris ſumptib[9], magiſtratuum exactionibus euſque exhauſtos, vt

quod vellent maximè, amplius
ptus ad ſtudia ſuppeditare. id ergo
tum meum, ſi alioqui meis ration
re non poſſem, fore iucundum, ſed,
cuili, vt cuius cognomentum hæret.
diu odioſum. Quare ope iam pare
quam extrema naufragij mei tabul.
cum ſtudia iuris perſequi non poßim
rere vellem, (reipubl. enim noſtræ ſ.
dentur aliquando pernecesſaria) illa
ſtat vnica ratio, quæ eſt Anglorum
uagata & trita, in tuæ ſanctitatis mun
poſita. Quare parentum meorum carce
ni lachrymarum, fortuna familiæ miſer
ctæ, iuriſprudentiæ apud nos hodiè, potiu
næ, quàm ſtudia propè emortuæ, Anglia a
veſtra in tot ſuis neceßitatibus ſuppliciter
didata rogant atque obſecrant, vt hæc mea
dia penè interrupta foueat ſua munificenti
atque contineat; vſque dum ad finem perduc
quos deberent, eos poßint Eccleſiæ fructus e
dere, ſi non vberrimos, ſaltem pro mea
tenuitate non in-
gratos.

GREGORIO PONTIFICI Maximo XIII. nomine cuiuſdam Epiſcopi.

QVòd Chriſtianæ reip. corpus vniuerſum incredibili dexteritate regis ac tueris, (Beatiſſ. Pater) ſingularis eſt prudentiæ, quã in tua ſanctitate non modò nos, qui te Eccleſiæ caput agnoſcim⁹ ac profitemur, ſed & ipſæ perditorum hominum ſectæ ſuſpiciunt ac admirãtur. quòd verò ſingulorum commoda ſic procuras ſedulò, ac laborantibus Eccleſiæ membris tàm oportunè ſuccurris, cæleſtis cuiuſdam ſapientiæ, ac naturæ videtur eſſe diuinioris. nam cum Homerus ille, quem Ethniciſmus infecit, ſuis monumentis prudenter conſignauerit, Deos eſſe quicunq; bona largirentur, nos uicunq; Chriſti luce colluſtrati ſumus, te, cui eus ſuas vices in terris commiſit, & natura rens humanitatis præſtantẽ quandã laudem xit, dona cumulatè largientem, ex di- naturæ, aut ſaltem ex diuinæ natu- rticula quadam coagmentatum eſſe è & ad iuſtitiæ normã velimus rem ex-

S pende-

pendere) debemus iudicar
pud quos beneficia multa, ea;
ſuiſti, quàm grato animo debe
nimo ſoleo recolere, atq; id tum
venit mihi in mentem illarum
meum exilium miſerũ, vt lenir
euerſas, vt fulciantur; ſpem la
erigatur, Carolo Chriſtianiſsimo
regi commendaſti. Verùm cum
dentia fuerat nexum, vt extinctæ
ra morte Carolo, omnis mihi ſpes,
in illo fuit locata, infringeretur, q
humanitatis tuæ, quòd meam cau
ris denuò ad Henricum regem ſcripti
ſummæ profectò fuit, ſi diuinæ non ſ
ego equidem te, hoc vno beneuolentiæ
me ſigno quaſi ſublato, mearum fortun
parentem ſummo honore ac reuerẽtia ſim
ſecutus, ſemperq; quoad viuam, proſecutu
quid enim? quanquam tuæ commendati
nullum adhuc fructum tulerim, nihil tam
de tuæ pietatis, beneuolentiæ, humanit
tis laudibus decerpi aut poteſt, aut debet
cum non euentus rei, ſed animus tuus àm
iure ponderari debeat: qui ſic in mea cau-

ſa ſtu-

ſe eluxit, vt non verear importuni notam, ſi à tua ſanctitate quàm poſſim demiſſiſſimè contendam, vt nuncio hîc ſuo prouinciam meæ cauſſæ apud Chriſtianiſſimum agendæ imponat, ac literas Ponnei, qui legationem Chriſtianiſſimi apud ſuam ſanctitatem obit, meo nomine exoret. hic enim ſua auctoritate, qua valet apud Chriſtianiſſimum, & ille ſuo conſilio, quo pollet in omni negotio obeundo maximè, breui à ſua Maieſtate elicient aliquid, quo meæ fortunæ miſeria ſubleuetur, aut ſaltem aculeus retundatur. Nam præſentis conditionis me profectò piget, non quòd omnem fortunæ impetum (vt decet virum religionis ſinceritate imbutum) modicè non feram, ſed quod illi, quos hæreſeos crimen obſtrinxit, hanc viuendi rationem, tanquam diuinam peruerſæ religionis vindictam & vltionem contumelioſiſſimè mihi exprobrent. quare ſpero futurum, vt ſanctitas ſua maiorem in mea cauſſa contentionem ſuſcipiat, quò eſt diligentius prouidendum, ne eccleſiæ contumelia cum alicuius hominis miſeria coniungatur, præſertim cum vna ea-

demque opera & hominin
Eccleſiæ nota poßit deleri
poſſum animi demißione tuæ
piè oſculando me meamque o
ſtolicæ dico conſecroque, à L
cibus ardentißimè precaturus,
ctitatem Eccleſiæ fulciendæ, bon
fouendis quàm diutißimè ſeruet ii
riſiis, 3. Nonas Decemb.

Suæ ſanctitatis filius
tiß. P. Epiſ. Du.

IV.

SERENISSIMÆ SCO
rum Reginæ Mariæ, ſcripſi roga
co, cuius authoritati, niſi vellem
impiè ingratus, debui
parere.

C*Vm permulti (Serenißima Regina) a*
narrante cognouiſſent quibus miſeriis i
plicita, quibus fraudibus petita, quàm vari
vndiq; calamitatibus obſepta fueris, intimis
ſanè ſenſib⁹ angebantur. at cùm id intellexiſ-
ſent te in iſtas moleſtias eo maximè nomine in-
cidiſſe, quòd in Catholica religione tenen-
da con-

da conſtans, *defendenda magnanima ſemper* fuerit, tãtùm *aberat, vt tuam vicem dolerent,* vt abſterſo *penitus dolore, pietati, conſtantiæ,* magnanimitati *tuæ gratularentur. ſiquidem* verè ſtatuebant *in calamitatibus iſtis poſſe te* eſſe ærumnoſam, *cùm homo nata ſis, ſed nullo modo miſeram, cùm piè Chriſtiana ſis. quis enim* à Chriſti *mente tàm abhorret, vt quam Chri-*ſtus beatam *appellat, hanc ipſe miſeram putet?* nam ſi illi, *qui propter religionem carceris pœ-*nam, *propter Chriſtum capitis periculum, pro-*pter iuſticiam *perſecutionum procellas adie-*rint, *beati dicendi ſint, qua ratione tu miſera* dici aut *cogitari queas? quæ iſta omnia tan-*ta *mentis alacritate ſubijſti, vt nec carceris, nec exilij, nec alias fortunæ difficultates aſpe-*ras *putaris & duras, ſed incredibili potius dul-*cedine *delinitas, quaſi eſſent non pœnæ ab ho-*minibus, *ſed præmia à Deo meritis tuis propoſi-*ta *& conſtituta. vnde venerat mihi in men-*tem *cogitare, hanc tantam mentis tuæ æqua-*bilitatem *non aliundè fluere, quàm quòd vir-*tus *quædam in animum tuum cœlitus illapſa* ita *omnes tuas cogitationes occuparit, vt* em *non humano ſenſu, ſed diuina mente me-*

tireris. nam ſupra humanam
tem ſupra huius ætatis
eſſe, mulierem in flore iam at
gnitatis ſplendore conſtitutan
mum patientia ita vallatum
mis angoribus læta, in arctiſſin
bera, in ſummis miſeriis fœlix
retur, idque tanta conſtantiæ ſi
vt hoc modo videretur velle ſen
lix, id eſt propter Chriſtum miſera.
cit, vt credam, futurum breui, vt n
nec cogitanti iſta tibi miſeria condi
uitate, & carceres periculaque comp
ſumma fœlicitate. Deus enim ſuos, cũ on
nè ſpe excidere iudicantur, è periculis vi
vt & arctiori eos ſibi beneficio deuincia
clarius eius in ipſos emineat bonitas. qu
etſi non videmus cur nobis, ſi rerum huma
rum lance omnia penderimus, ſit ſperandu
tamen cùm ad Deũ animũ cogitationemq; m
refero, inducor, vt nullã cauſam putem eſſe, cu
aut nos, qui Dei & tua cauſa libẽtiſſimè omnia
ferimus, de ſummis reip. bonis deſperemus, aut
tu (sereniſſima Regina) in extremis iſtis ma-
lis extabeſcas planè. Idem namque Deus qui

Daui-

Digitized by Google

Dauidem grauiſsimis Saulis vexationibus oppreſſum, Manaſſem carceris ſquallore penè cõfectum, & Apoſtolum Paulum immaniſsimo Neronis, tanquam leonis, furori obiectum liberarat, te quoque poteſt reipub. & rempublicam tibi, & vtrique Eccleſiam, & in Eccleſia ſummam libertatem, & in ſumma libertate ſummam iucunditatem reſtituere. quid enim frangaris, aut animo concidas? nonnè idem Deus Malcolmũ, Robertũ & Dauidẽ Bruſios, Iacobũ tritauũ tuũ, alioſq; maiores tuos arctiſſima apud Anglos cuſtodia cõprehenſos in libertatẽ aſſeruit, ac amplioribus, quã anteà honoribus cumulauit? at quam, quæſo, ob cauſam iſtorum fortunam penè proſtratam erexit Deus? vt tibi & omnibus ſuis oſtenderet, ſe illis nunquam defuturum, quamdiu manent ſui. macte igitur animo (piiſsima regina) horũ exemplo ſpera meliora, pacatiora, ampliora. non te frangant, ſed, vt anteà ſemper, ſic nunc maximè excitent curæ, labores, pericula. omnipotens enim Deus multorum precibus in humilitate cordis toties rogatus te ex iſtis periculis ereptam honoribus longè maioribus ornabit, ac horum laborum curarumq́, quibus

*aliorum mentes frangi ſolent, tua ne a-
dem poteſt, præmium longè ampliſſim:
net, libertatis ſuauitatem augebit, reg
proferet, nunquam denique deſinet tu
pater, ſi tu illi pergas eſſe filia. quare
quod ſumma quadam cum laude nunc
ſeriò & conſtanter ſemper facias, & liter
ſens, & verbis præſens ſæpiſſimè tecum eg
quam rem cùm plurimum momenti allati
hiſtoriæ lectionem putarem, res geſtas ſ
riorum regum, quas nullus antea tetige
Anglicè ſcriptas, cum legationis munus a
Anglos obirem, ad te miſeram. verùm c
temporis noſtri calamitas me publicis reipub.
cæ muneribus excluſerat, nolui in hoc meo oc
ita languere, vt nulla planè ex meis labori
bus vtilitas ad rempublicam noſtram manar
videretur. quare ne hoc meum ocium ſine vl-
lo fructu reipublicæ periiſſe exiſtimetur, non
ſolùm quæ lingua Anglica feſtinans effude-
ràm, latino ſermone explicaui, verum etiam
anteactæ ætatis integram hiſtoriam in vnum
volumen ad noſtrorum vtilitatem arctius
compreſſi. quæ eo nomine ad te iam mitto, vt
inde*

inde ſeligas exempla, quibus te ad pietatis & religionis ſtudia magis & magis inflammes; & virtutes, quibus tu flores maximè, in aliis tuis maioribus admireris, in te autem ames. ea quoque ex hoc noſtro labore effluet vtilitas, quòd ille optimæ ſpei ac indolis Princeps filius tuus (quem reipublicæ noſtræ ſaluum, & Eccleſiæ Chriſti ſalutarem fore quotidianis à Deo precibus ſuppliciter contendo) hinc promat & vitiorum, quæ fugiat, & virtutum, quas ſequatur, præclariſſima exempla. is namque finis exemplis proponi & ſolet & debet, vt bonos bonorum præmiis ad virtutum ſtudia, & malos malorum pœnis ad vitiorum fugam incendant. quæ domi apud nos potius naſcantur, quàm foris ab exteris petantur, aculeos in animo tenelli tui filij relinquent altius defixos. veriſſimum enim eſt, quod triuit ommunis doctorum ſermo, maiorem habere m ad mouendum domeſtica quàm externa mpla. quare cùm omnes iam vbique te ciant vt piam, vt conſtantem, vt religioid ſi tua diligentia effeceris, vt religionis atis exempla in filii tui mentem inſtilminorem profectò laudem conſequeris,

 quàm

quàm ſi ipſius imperium alio regno ac
dũ curares, at cũ id pietatis officiũ præſ-
ſenti non poſsis præſtare, in eam curam
be ſedulò, vt illum ad parentum ſuorum
gia in religionis & virtutum ſtudiis perſ-
da literis & ſcriptis, ſi langueat, excit
currat, incites. neque ſanè ſatis fueri
illum in tuis viſceribus deliteſcentem a
ſtium inſidiis ac furore immunem conſerv
niſi editum iam & præclara ſuæ indolis i
cia præ ſe ferentem pietate & virtute im
endum oportunè, importunè, ſcriptis, nunciis
mnibus denique modis elabores. id quod ſi
ceris (facturam te ſpero) futurum eſt, vt qu
anticipato regij honoris tempore, omnium
in ſe oculos conuerterit, omnium item iudicium
& expectationem de ſua virtute conceptam
non ſolùm præclarè ſuſtineat, ſed etiam cre-
ſcente ætate, multis quoque partibus vin-
cat & ſuperet. verùm ſi hoc pietatis officium
nullo modo ex te, omni oportunitate ex-
cluſa, proficiſci poterit, nos, quicunque vtrique
veſtrum, ac in vobis reipublicæ toti proſpe-
ctum eſſe cupimus, hanc illi operam ſcriptis
ac

ac libris, qui ad virtutem incitent, fortaſſè nauabimus. Vale fœliciter, & hos noſtros labores boni conſule.

V.

AD SENATVM POPVLVMque Scoticum, ſcripſi rogatus ab eo, cui parere omnia officii erat, negare quicquam ſuperbiæ.

CVm Deus eam principi noſtri mentem indidiſſet, vt ſui populi moderandi poteſtatẽ, tanquam habenas quaſdam in ipſa mihi adoleſcentiá traderet, ac procedente tandem ætate munus ita augeret munere, vt vltimus ſemper bonos ad ſequentem & difficiliorem multò, & longè grauiorem quaſi gradus quidam videretur: ita meorum ſtudiorum rationes inſtitui, vt illæ inprimis res, quæ hominem grauiſſimis ipublicæ muneribus implicitum exornant ximè, in meis actionibus & vita quotiminerent, ne vel Principi, quæ hæc munera detulerat, ingratus, vel, quæ confirmarat, infeſtus vllo modo

modo videre. quare cum in leg- ... ſtoria ipſa legum regula omne ... gerendæ momentum poſitum eſſe, ... uerterem, legibus partim diſcendis, ... tim, partim publicè interpretandis o... nauaui, & hiſtoriam aliorum externan... domeſtica noſtra diligenter coniunxi, vt leges vel præmio ornandum, vel ſupplicio ſtringendum præſcribunt, id exempla & ſtra & aliena confirment. nam ſi omnes æta... iam inde à conſtitutis rerump. formis menti... animo comprehenderimus, ea ſapientiſſim... quibusq; reip. regendæ ratio videbatur optima quæ, cum legibus contineretur, hiſtoriam tan... quam ſanctiſſimam legum interpretem ſeque... batur. ſiquidem hiſtoria cum doceat & initia, quibus quæq; reſp. humilis iacuit, & media qui- bus lentius progreſſa mediocris excitatur, & o- mnes ſingulasq; rationes, quibus abſolutionem cõſecuta ſumma floruit, colligitur ad remp. re- ctè temperandam & virtutis ornandæ, & vi- tij vindicandi (quibus tanquam finibus omnis legum ratio continetur) formam ex hiſtoria eſſe depromendam. in hanc ſtudiorum viam ingreſſum etſi exterorum res geſtæ ſumma

qua-

Digitized by Google

quadam voluptate me perfuderunt, tamen no-
ſtrorum facinora, ſtratagematum formæ, vir-
tutum ornamenta, ac vitiorum labes ita me
totum penè ſui admiratione occuparunt, vt
planè ſtatuerim noſtris, cur ex alienis potius,
quàm domeſticis hiſtoriis exempla aut virtu-
tum conſectanda, aut vitiorum declinanda pe-
tant, nullam planè cauſſam extitiſſe. id quod
cum veritate conſpirare, & clarè perſpicient
exteri, & prudenter experientur noſtri, ſi hãc
noſtram ſumma & corporis & animi contenti-
one elaboratam hiſtoriam leui ſaltem brachio
percurrant. ac nè iis, qui in noſtris annalibus
tyrones adhuc ſunt & rudes, id quod ſcribimus,
videatur ex cæco quodã in noſtros amore pro-
fuſum iactantius, cum Romulo Mainum, cum
Vulcanio Dornadillam, cum Remo Finannũ,
deniq; cum antiquis ſingulis, ſingulos noſtros
conferat, in antiquis fortaſsè habebit quod lau-
det, in noſtris profectò quod admiretur. illi e-
im cum omnem planè deorum opinionem ex-
rint, Deos tamen tanquam larvas ſuis obie-
nt, vt ſi amore principum rectam viuen-
ionem noluerint perſequi, timore tamen
m intra officij ac virtutis cãcellos faci-
lius

ſcelerum turpitudine deterreamur, monſtra & prodigia hominum domi n- ta nos ſatis poſſint impellere, vt quoru- rabiles exitus aſpicimus, eorum tetros deteſtemur. Iam verò ad iuſtitiam ſi a- referamus, non fuit in ſceleribus vindic- ſeuerior Cato, quàm qui noſtro omnium ſe- ne celebrantur Iacobi quartus & quintu- enim eorum, qui latrociniis omnia loca inf- reddebant; audaciam ita refutarunt, vt c- anteà ad graſſatorum, qui boum & pecora prædas conferti abigebant, impetum retardan- dum vix multi paſtores ſufficerent, nunc ſcir- pi paſtorum loco vbique eſſent. in conſiliis aut dandis maturior, aut ſequendis lentior non fuit ipſe Fabricius, quā qui noſtris monumētis con- ſignatur Finnanus. hic enim quaſi legem quan- dam ſibi indixit, vt niſi ſuis proceribus in con- ſilium adhibitis, nihil planè necteret conſilij. in hoſpitii iure colendo non fuit ſanctior Agame- mnon, quàm qui antiquitus apud nos floruit Reutha: & ante exortas hæreſum procellas florebant ſemper noſtri penè omnes reges: hi e- nim cum ipſo matris lacte hanc opinionem ſu- xerunt, in hoſpitii iure violato ipſum diuinum numen

Digitized by Google

numen planè fuiſſe læſum. quid Coriolanos? quid Sceuolas? quid Marios ſuſpicimus? cum maiores noſtri fuerint nobis Coriolani, Sceuolæ, Marij, aut ſi quid poſsit excogitari his in rep. defendenda ſanctius, & hoſtium viribus frangendis fortius. quod ipſo meridiano ſole clarius apparebit, ſi quis cum mente ſua reputet, quāto animo Pictorum neruos infregimus duce Kemetho, Danorum impreſsiones retardauimus, ac Anglorum iugum à noſtris ceruicibus repulimus duce Roberto Bruſio; Hibernorum aliquando inſidias eluſimus, ac ipſorum Romanorum faſtum planè contudimus duce Ferguſio ſecundo. etſi enim hi omnes, diuerſis tamen temporibus diuerſi, in eo omnem ſuam contentionem fixerint, vt conuulſis viribus, nos ſub iugum mitterēt, noſtra tamen virtute, & regum noſtrorum conſilio fuit factum, vt libertas nobis ſemper integra, ac regnum ſaluum per bis mille aut amplius annos maneret? Potuerunt Romani magna quidem ſua tute, poſt multas pugnas acerrimè commiſ- oſtras vires comminuere, & nos pro aris conſtantiſsimè quoduis diſcrimen ſube- angere, ac fractos etiam ad quadra-

T ginta

tireris. nam ſupra humanam naturam, tem ſupra huius ætatis virtutem eſſe, mulierem in flore iam ætatis, & regnitatis ſplendore conſtitutam habere mum patientia ita vallatum, vt in amis angoribus læta, in arctiſſimis cuſtodibera, in ſummis miſeriis fœlix ipſa ſibi vretur, idque tanta conſtantiæ ſignificatic vt hoc modo videretur velle, ſemper eſſe lix, id eſt. propter Chriſtum miſera. quæ res fcit, vt credam, futurum breui, vt nec ſperan. nec cogitanti iſtæ tibi miſeriæ condiantur ſuauitate, & carceres periculaque compenſentur ſumma fœlicitate. Deus enim ſuos, cũ omni planè ſpe excidere iudicantur, è periculis vindicat, vt & arctiori eos ſibi beneficio deuinciat, vt clarius eius in ipſos emineat bonitas. quare etſi non videmus cur nobis, ſi rerum humanarum lance omnia penderimus, ſit ſperandum, tamen cùm ad Deũ animũ cogitationemq́ meã refero, inducor, vt nullã cauſam putem eſſe, cur aut nos, qui Dei & tua cauſa libẽtiſſimè omnia ferimus, de ſummis reip. bonis deſperemus, aut tu (ſereniſſima Regina) in extremis iſtis malis extabeſcas planè. Idem namque Deus qui

Daui-

Dauidem grauiſsimis Saulis vexationibus op-
preſſum, Manaſſem carceris ſquallore penè cō-
fectum, & Apoſtolum Paulum immaniſsimi
Neronis, tanquam leonis, furori obiectum libe-
rarat, te quoque poteſt reipub. & rempublicam
tibi, & vtrique Eccleſiam, & in Eccleſia ſum-
mam libertatem, & in ſumma libertate
ſummam iucunditatem reſtituere. quid enim
frangaris, aut animo concidas? nonnè idem
Deus Malcolmū, Robertū & Dauidē Bruſios,
Iacobū tritauū tuū, alioſq; maiores tuos arctiſ-
ſima apud Anglos cuſtodia cōprehenſos in liber-
tatē aſſeruit, ac amplioribus, quā anteà hono-
ribus cumulauit? at quam, quæſo, ob cauſam
iſtorum fortunam penè proſtratam erexit De-
us? vt tibi & omnibus ſuis oſtenderet, ſe il-
lis nunquam defuturum, quamdiu manent ſui.
macte igitur animo (piiſsima regina) horū ex-
emplo ſpera meliora, pacatiora, ampliora. non
te frangant, ſed, vt anteà ſemper, ſic nunc ma-
ximè excitent curæ, labores, pericula. o-
mnipotens enim Deus multorum precibus in
nilitate cordis toties rogatus te ex iſtis
culis ereptam honoribus longè maioribus
bit, ac horum laborum curarumq; quibus

aliorum mentes frangi ſolent, tua ne an
dem poteſt, præmium longè ampliſsimū
net, libertatis ſuauitatem augebit, regn
proferet, nunquam denique deſinet tibi
pater, ſi tu illi pergas eſſe filia. quare
quod ſumma quadam cum laude nunc ſ
ſeriò & conſtanter ſemper facias, & literi
ſens, & verbis præſens ſæpiſsimè tecum egi.
quam rem cùm plurimum momenti allatur.
hiſtoriæ lectionem putarem, res geſtas poſt
riorum regum, quas nullus antea tetigera
Anglicè ſcriptas, cum legationis munus apu
Anglos obirem, ad te miſeram. verùm cùm
temporis noſtri calamitas me publicis reipubli-
cæ muneribus excluſerat, nolui in hoc meo otio
ita languere, vt nulla planè ex meis labori-
bus vtilitas ad rempublicam noſtram manare
videretur. quare ne hoc meum ocium ſine vl-
lo fructu reipublicæ periiſſe exiſtimetur, non
ſolùm quæ lingua Anglica feſtinans effude-
ram, latino ſermone explicaui, verum etiam
anteactæ ætatis integram hiſtoriam in vnum
volumen ad noſtrorum vtilitatem arctius
compreſsi. quæ eo nomine ad te iam mitto, vt
inde

Digitized by Google

inde ſeligas exempla, quibus te ad pietatis & religionis ſtudia magis & magis inflammes; & virtutes, quibus tu flores maximè, in aliis tuis maioribus admireris, in te autem ames. ea quoque ex hoc noſtro labore effluet vtilitas, quòd ille optimæ ſpei ac indolis Princeps filius tuus (quem reipublicæ noſtræ ſaluum, & Eccleſiæ Chriſti ſalutarem fore quotidianis à Deo precibus ſuppliciter contendo) hinc promat & vitiorum, quæ fugiat, & virtutum, quas ſequatur, præclariſsima exempla. is namque finis exemplis proponi & ſolet & debet, vt bonos bonorum præmiis ad virtutum ſtudia, & malos malorum pœnis ad vitiorum fugam incendant. quæ domi apud nos potius naſcantur, quàm foris ab exteris petantur, aculeos in animo tenelli tui filij relinquent altius defixos. veriſsimum enim eſt, quod triuit communis doctorum ſermo, maiorem habere vim ad mouendum domeſtica quàm externa exempla. quare cùm omnes iam vbique te ſuſpiciant vt piam, vt conſtantem, vt religioſam, id ſi tua diligentia effeceris, vt religionis & pietatis exempla in filii tui mentem inſtilles, non minorem profectò laudem conſequeris,

quàm ſi ipſius imperium alio regno-
dū curares, at cū id pietatis officiū præ-
ſenti non poßis præſtare, in eam curan
be ſedulò, vt illum ad parentum ſuoru
gia in religionis & virtutum ſtudiis per-
da literis & ſcriptis, ſi langueat, exci-
currat, incites. neque ſanè ſatis fuerit
illum in tuis viſceribus deliteſcentem a
ſtium inſidiis ac furore immunem conſeru
niſi editum iam & præclara ſuæ indolis ii
cia præ ſe ferentem pietate & virtute imi
endum oportunè, importunè, ſcriptis, nunciis,
mnibus denique modis elabores. id quod ſi ſi
ceris (facturam te ſpero) futurum eſt, vt qui
anticipato regij honoris tempore, omnium
in ſe oculos conuerterit, omnium item iudicium
& expectationem de ſua virtute conceptam
non ſolùm præclarè ſuſtineat, ſed etiam cre-
ſcente ætate, multis quoque partibus vin-
cat & ſuperet. verùm ſi hoc pietatis officium
nullo modo ex te, omni oportunitate ex-
cluſa, proficiſci poterit, nos, quicunque vtrique
veſtrum, ac in vobis reipublicæ toti profe-
ctum eſſe cupimus, hanc illi operam ſcriptis
ac

ac libris, qui ad virtutem incitent, fortaſſè nauabimus. *Vale fœliciter*, & hos noſtros labores boni conſule.

V.

AD SENATVM POPVLVMque Scoticum, ſcripſi rogatus ab eo, cui parere omnia officii erat, negare quicquam ſuperbiæ.

CVm Deus eam principi noſtri mentem indidiſſet, vt ſui populi moderandi poteſtatẽ, tanquam habenas quaſdam in ipſa mihi adoleſcentiá traderet, ac procedente tandem ætate munus ita augeret munere, vt vltimus ſemper honos ad ſequentem & difficiliorem multò, & longè grauiorem quaſi gradus quidam videretur: ita meorum ſtudiorum rationes inſtitui, vt illæ inprimis res, quæ hominem grauiſſimis reipublicæ muneribus implicitum exornant maximè, in meis actionibus & vita quotidiè eminerent, ne vel Principi, quæ hæc mihi munera detulerat, ingratius, vel patriæ, quæ confirmarat, infeſtius vllo modo

modo videre. quare cum in legib. ſtoria ipſa legum regula omne r gerendæ momentum poſitum eſſe uerterem, legibus partim diſcendis tim, partim publicè interpretandis nauaui, & hiſtoriam aliorum externa domeſtica noſtra diligenter coniunxi, vt leges vel præmio ornandum, vel ſupplicio ſtringendum præſcribunt, id exempla & ſtra & aliena confirment. nam ſi omnes ata iam inde à conſtitutis rerump. formis mente animo comprehenderimus, ea ſapientiſſim quibusq; reip. regendæ ratio videbatur optima quæ, cum legibus contineretur, hiſtoriam tanquam ſanctiſſimam legum interpretem ſequebatur. ſiquidem hiſtoria cum doceat & initia, quibus quæq; reſp. humilis iacuit, & media quibus lentius progreſſa mediocris excitatur, & omnes ſingulasq; rationes, quibus abſolutionem cõſecuta ſumma floruit, colligitur ad remp. rectè temperandam & virtutis ornandæ, & vitij vindicandi (quibus tanquam finibus omnis legum ratio continetur) formam ex hiſtoria eſſe depromendam. in hanc ſtudiorum viam ingreſſum etſi exterorum res geſtæ ſumma

qua-

quadam voluptate me perfuderunt, tamen noſtrorum facinora, ſtratagematum formæ, virtutum ornamenta, ac vitiorum labes ita me totum penè ſui admiratione occuparunt, vt planè ſtatuerim noſtris, cui ex alienis potius, quàm domeſticis hiſtoriis exempla aut virtutum conſectanda, aut vitiorum declinanda petant, nullam planè cauſſam extitiſſe. id quod cum veritate conſpirare, & clarè perſpicient exteri, & prudenter experientur noſtri, ſi hãc noſtram ſumma & corporis & animi contentione elaboratam hiſtoriam leui ſaltem brachio percurrant. ac ne iis, qui in noſtris annalibus tyrones adhuc ſunt & rudes, id quod ſcribimus, videatur ex cæco quodã in noſtros amore profuſum iactantius, cum Romulo Mainum, cum Vulcanio Dornadillam, cum Remo Finannũ, deniq; cum antiquis ſingulis, ſingulos noſtros conferat, in antiquis fortaſſè habebit quod laudet, in noſtris profectò quod admiretur. illi enim cum omnem planè deorum opinionem exuerint, Deos tamen tanquam laruas ſuis obiecerunt, vt ſi amore principum rectam viuendi rationem noluerint perſequi, timore tamen Deorum intra officij ac virtutis cãcellos facilius

lius cohiberentur. noſtri contra, c
deorum ſuperſtitione deuincti, d
naturæ rationiſque præſcriptionem ſ
rè ſincereque colebant, templa conſecr
mni honoris genere cumulabant. veri
Christiani ſimus, noſtra vita non eſt eoru
anili quadam ſuperſtitione conflictati era
formanda exemplis. at Chriſtianorum
quere mores, Chriſtianorum, inquam, pri
perſequere exempla. viam Malcolmi,
Margaretæ, eiuſque filiorum veſtigiis imp
ſam tere: horum te moribus, pietate, puri
te, religione vitam tuam ſi expolias, non eſ
cur deſideres aut S. Ludouici Franciæ reg
conſtantiam, aut ſancti Edoardi Angliæ re
gis puritatem, niſi te vitiorum quodam qua
ſi ſomno conſopitum exemplorum multitudine
(quod probarem) excitare coneris. quid mul-
ta? omnium annales, ætates, gentes ſaga-
citer perueſtiga, vt illis principibus, quos re-
cenſuimus, nihil poteſt reperiri ſanctius, ſic pro-
fectò Dauide Malcolmi filio, & quinque Iaco-
bis nihil religioſius. quorum ille Catholicæ reli-
gionis amplificandæ ſtudio mirabiliter incenſus
vndecim monaſteria amplo cenſu aucta excitaſ-
ſet, hi

ſe, hi omnium comitiorũ exordia ab aliquo edicto, quo religio, & Romana Eccleſiæ libertas poßit confirmari, duxiſſe leguntur. horum regum qui virtute & religione vitam ſuam excolebant, quàm fuit & ad diuturnitatem firmum, & ad ſummam omnium voluntatem pacatum imperiũ: tam planè erat eorum, qui religionis violatæ infamia premebantur, & ad fortunam miſera vita, & ad ignominiam calamitoſa mors. nam vt reliquos ſilentio præterſiliam, Thereo, illo, qui religionem ſumma quadã audacia violauit, quid cuiusq; in hiſtoria legitur abiectius? quem principes motum regia dignitate è patriæ finibus eiecerunt, eiectum Deus ſuæ maieſtatis violatæ vindex acerrimus turpißima morte mulctauit. Si noſtræ ætatis hæretici quidam huius vt exemplum ſunt ſecuti, ita exitũ perhorruiſſent, neq; Catholicã religionẽ tã ſceleratè peruulſiſſet, neq; per nullæ religionis pœnas tàm ignominioſa morte luiſſent. verum cũ regiæ dignitatis ambitione, fideiq; Catholicæ odio ſe in hæreſin tranſuerſim abripi ſint paßi, exempla manent poſteritati, vt Neronibus, Caligulis, Domitianis Romanorum iam non egeamus, quorũ exemplo à ſcele-

ſcelerum turpitudine deterreamur monſtra & prodigia hominum domi ta nos ſatis poſſint impellere, vt quorum terrabiles exitus aſpicimus, eorum tetr. deteſtemur. Iam verò ad iuſtitiam ſi referamus, non fuit in ſceleribus vinu ſeuerior Cato, quàm qui noſtro omnium ne celebrantur Iacobi quartus & quin. enim eorum, qui latrociniis omnia loca i. reddebant; audaciam ita refutarunt, vt anteà ad graſſatorum, qui boum & peco prædas conferti abigebant, impetum retara dum vix multi paſtores ſufficerent, nunc ſi: pi paſtorum loco vbique eſſent. in conſiliis a. dandis maturior, aut ſequendis lentior non fuit ipſe Fabricius, quā qui noſtris monumētis con ſignatur Finnanus. hic enim quaſi legem quandam ſibi indixit, vt niſi ſuis proceribus in conſilium adhibitis, nihil planè neEteret conſilij. in hoſpitii iure colendo non fuit ſanEtior Agamemnon, quàm qui anti[illegible] apud nos floruit Reutha: & ante exortas hæreſum procellas florebant ſemper noſtri penè omnes reges: hi enim cum ipſo matris laEte hanc opinionem ſuxerunt, in hoſpitii iure violato ipſum diuinum numen

numen planè fuiſſe læſum. quid Coriolanos? quid Scæuolas? quid Marios ſuſpicimus? cum maiores noſtri fuerint nobis Coriolani, Scæuolæ, Marij, aut ſi quid poſſit excogitari his in rep. defendenda ſanctius, & hoſtium viribus frangendis fortius. quod ipſo meridiano ſole clarius apparebit, ſi quis cum mente ſua reputet, quāto animo Pictorum neruos infregimus duce Kemetho, Danorum impreſſiones retardauimus, ac Anglorum iugum à noſtris ceruicibus repulimus duce Roberto Bruſio; Hibernorum aliquando inſidias eluſimus, ac ipſorum Romanorum faſtum planè contudimus duce Ferguſio ſecundo. etſi enim hi omnes, diuerſis tamen temporibus diuerſi, in eo omnem ſuam contentionem fixerint, vt conuulſis viribus, nos ſub iugum mitterēt, noſtra tamen virtute, & regum noſtrorum conſilio fuit factum, vt libertas nobis ſemper integra, ac regnum ſaluum per bis mille aut amplius annos maneret? Potuerunt Romani magna quidem ſua virtute, poſt multas pugnas acerrimè commiſſas noſtras vires comminuere, & nos pro aris focisq; conſtantiſſimè quoduis diſcrimen ſubeuntes frangere, ac fractos etiam ad quadra-

Digitized by Google

ginta ſex annos patriis ſedibus exc.
runtamen vectigalis ac legũ ſuarũ
preſſos libertate nos orbare, id quid.
ſtræ fuit conſtantiæ pati, nec illorum
vnquam efficere. hæc vobis gloria (n.
proceres, chariſſimiq; populares) videb.
taſſè maxima, & eſt profectò non mini.
buiſſe maiores in patriæ libertate prop
da tàm conſtantes, vt nullis bellis atteri;
ges in omnibus periculis ferendis tam fort
nullis planè aduerſis frãgi potuerint. ſed.
lia tamen veſtra gloria, & ad decus ſplendid
& ad ætatem diuturnior, quòd maiores no
ad mille trecentos & ſeptuaginta annos fu
rint domeſtici dei, cohæredes autem Chriſti, i
eſt, quòd diuorum beatorum ſinceri erãt cultores,
res, & Eccleſiæ puriſſimæ integerrimi filij. à
ſpiritu enim ſancto hãc illi hauſerunt mentem,
eos deũ patrẽ habere non poſſe, qui Eccleſiã non
habuerint matrem. immò eos, qui extra Eccle-
ſiam congregare ſolent, nõ veritatis luce cõple-
tos, ſed mendacij ſpiritu concitatos; nõ Dei mi-
niſtros, ſed Satanæ ſatellites; nõ Chriſti ſectato-
res, ſed Antichriſti eſſe præceſſores. noſtri omñes
maiores, ac inprimis reges hoc Chriſti ſpiritu(q
nemi-

neminem extra Eccleſiæ ſepta viuificare ſolet) cœlitus afflati ſumma quadam animorum aſſeſione concinuerunt cū Dauide propheta, ô domine, nos ſerui tui, & filij ancillæ tuæ. at cuius ancillæ? ſponſæ tuæ. at quæ hæc ſponſa? eccleſia tua. at quam narras Eccleſiam? non illam (aduertite populares, aduertite animum diligenter) quàm hæretici aut oppiduli vnius aut trium quatuorue regionū, immò nōnunquā vnius domus aut paucorū annorū peranguſtis ſpatiis incluſam coarctāt, ſed quā cœleſtis pater per eundem prophetam ortus & occaſus, omniumq; ſæculorum immenſis terminis deſcriptā reliquit his verbis. poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. hoc eſt, quod angelus quoque his verbis enunciârat, regnum eius regnum omnium ſæculorum, & aliis verbis ipſe Chriſtus, prædicabitur Euangeliū hoc in vniuerſo mūdo. Ab hac Eccleſia Scotiā noſtrā & viuendi præcepta, regendi inſtituta, credendi oracula, & tanquam à matre filiam, & tanquam à capite membrum, & tanquam à religionis principe religioſam hauſiſſe, totaq; mente combibiſſe teſtatur Anglia, quæ ſe huius fidei ſinceritate

abſterſis Pelagij ſordibus, à Colum.
informatã fuiſſe lætari poteſt; teſtat.
quæ huius fidei fontibus ſe à noſtris
Rumoldo martyrib⁹ irrigatã fuiſſe
debet; teſtatur Germania, quæ huius
ceptionibus à Kiliano, Bonifacio, Gal
multis & martyrib⁹ & confeſſorib⁹ no.
butã fuiſſe fateri ſolet; teſtatur Frãcia,
ius fidei ſplendore à Fiacrio noſtro illuſ.
fuiſſe gloriari vult. in iſtis recenſendis q
minutus? teſtatur ipſa Eccleſia, & maxi.
lætitia pia teſtatur, & noſtro ſũmo honore
ta teſtatur. ſiquidẽ cùm Alexandria, quòd
rium; Conſtantinopoli, quòd Macedonium,
ſtoriũ, & Eutychẽ; Ponto, quòd Marcion.
Perſiæ, quòd Manichæũ; Aphrica, quòd Do.
tũ; Hiſpaniæ, quòd Priſcillianum; ac (vt vi.
nias noſtras attingam) Franciæ, quòd Vigilan
tium & Beringariũ; Angliæ, quòd Pelagium
& Viclefum tanquã deterrimas religionis pe-
ſtes effuderint, labes ab Eccleſia inuſtæ videan-
tur: Scotiæ tamẽ noſtræ vllam aut violatæ an-
tiquæ, aut excitatæ nouæ religionis maculam
aſperſam fuiſſe nulla planè hiſtoria prodit. de
quartadecimanorum ſchiſmate, & Pelagiano-
rum

Digitized by Google

rum hæreſi, quibus noſtri contaminati videbãtur, facilis eſt & prompta defenſio, nec noſtros horum errorum fuiſſe authores primos, nec defenſores acres, ac ne defenſores quidem omninò. nã cum errore quodam mentis pio illecti noluerint pati ſe ab auita (vt putarunt) Romanæ Eccleſiæ conſuetudine vel pœnis diuelli, vel rationibꝰ moueri, Quartadecimanorũ partes eouſq; ſunt ſecuti, quoad exploratè cognoſcerent, Romanam iam Eccleſiam ab illa antiqua orientalium partium conſuetudine deſciuiſſe. at poſtquam Palladius, quem Pontifex ſummus ad noſtras mentes virtute rectaque religione fingendas in Scotiam miſit, ad nos diuerterat, aperteque expoſuerat Pelagianam hæreſim Romanæ fidei planè repugnare, noſtri, qui anteà Pelagii, non tanquam hæretici opinionibus fracti, ſed tanquam monachi authoritate commoti, vehementius erant, audito nunc Romanæ Eccleſiæ nominè, in Palladii nuncii Apoſtolici verbis quamprimùm acquieuerunt, ac Pelagii, tanquam Hydræ cuiuſdam hæreſim exploſerunt, caput contriuerunt, ac ipſum adeò nomen auribus & animis reſpuerunt. neque

hæc dum diſſero, velim putetis me vt noſtræ gentis prædicatione illi ti quadam aſſentatione, in men facilius influam; ſed vt vos lange & penè torpentes exuſcitem, ne laudem longè ampliſſimam veſtra ia ac grauiſſimo crimine obteri patiamin quam, tanti honoris poſſeſſionem, qua parunt maiores noſtri, vobis ſomnia commenta hominum impiè conſectantib ripi ſinatis. maiores enim veſtri Eccl ſunt ſecuti, vos Eccleſia conuulſa, Babyl quandam extruitis. degeneres hoc arguit mos, & neſcio quo ſpiritu diaboli inflam tos: maiores veſtri potius quàm tantillun fide Catholica deficerent, in enſes, aculeos, i nes, incurrere voluerunt; vos, eos qui fide Ca tholica lacerata, hæreſum neſcio quas ſentinas non hauriunt, enſibus, aculeis, ignibus perſe quimini. leuitatem hoc arguit pluſquam fœ mineam, ac crudelitatem, penè dixeram, belluinam. probos enim viros, quos aut e ducatio ad virtutem, aut natura ad hu manitatem finxerat, oportuit gloriam in-

duſtria,

Digitized by Google

duſtria, maiorumque virtute partam amplificare, non imminuere. quid audio hæreticorum veſtrorum voces ſtultè obſtrepentium? ſe maiorum gloriæ dilatandæ ſummopere ſtuduiſſe, & nunc inprimis ſtudere. ſe enim quam Papiſtæ tradiderant anguſtam religionem, diffudiſſe latius; quam tradiderant ſomniis inuolutam, explicaſſe clarius; quam tradiderant ſordibus infectam, perpurgaſſe nitidius: vt iam illorum opera hominum mentes ex illo gyro, in quem tanquam in carcerem Papiſtæ eam compegerant, in Euangelij libertatem vindicatæ, ac in maiorum antiqua poſſeſſione collocatæ fuerint. miror equidem eſſe homines, aut qui hæc credant, tàm plumbeos, aut qui hæc dicant, tàm impudentes. nam ſi maiores noſtros ab vltima memoria animis repetamus, facilè quidem videbimus eos fuiſſe Papiſtas, id eſt, conſtantiſſimos Pontificiæ authoritatis defenſores, videbimus eos Papam in dubiis adhibuiſſe arbitrum, in certis magiſtrum in eccleſiaſticis Principem, in temporalib' defenſorem, in omnibus benè iudicem, in ſingulis ſanè conſultorem, vt cũ Papiſtæ no-

men: tanquam cõuitium in nos (&
illos, quorum foris multi exules
rimi afflicti genua ante Baal veſt.
re noluerunt) iaciatis, illuſtri
excellenti laude nos ornatis, q
maiorum rectam terimus, ac ipſi r
ma contumelia configitis, qui ab ead
deſciuiſtis. at quæ noſtra ſomnia ex
quas ſordes noſtras abſtergitis? nos E
ſequimur, & communem omnium orti
rum matrem, & ſingularem omnium
tiarum interpretem, nos, inquam, Eccleſi
quimur, in qua ſi quid eſſe ſomniorum, ſ
labeculæ, ſi quid rugæ afferatis, inceſto
maieſtatem authoritatemque Dei pollu
qui per Prophetam dixerat, tota pulchr
es amica mea, & macula non eſt in te.
nos (noui ego ſenſus veſtros, noui voces plen
ſtultitiæ) in Eccleſiam inueximus imaginu
& crucis venerationem, ſacrificium pro mor
tuis, hæc nos ſomnia, hæc idola in Eccleſi-
am inueximus. ô cæcã hominum dementiam,
quæ poteſt eſſe conuentio Belial cum Chriſto?
quæ Eccleſiæ cum idolis? hæc quæ nobis
tanquam ſomnia obijcitis, noſtra ſunt, à no-
bis tamen non inuenta; ſed noſtra ſunt, quia

maiorum *fuerunt*, *quia Eccleſiæ erant*, & maiorum *fuerunt*, & *Eccleſiæ erant*, *quia* Chriſti ſunt, *erant*; & *in omnem æternitatem* futura ſunt. *Conſulite ergò nos in maioribus*, maiores in *Eccleſia*, *Eccleſiam in Chriſto*, vna erit conſenſio *omnium*, vna reſponſio, *vna ex*plicatio, nos *Idololatriæ notam non incurrere*, quòd ſanctos *in imaginibus*, & Chriſtum *in cru*ce colimus. *non enim nos truncos* & *mortuos* homines (vt *blaſphemo ore cum Vigilantio ob*ijcitis) *veneratione*, *tanquam Deos*, *proſequi*mur, ſed ſanctos *Dei fratres noſtros precibus* piè fuſis, *honoribus ſanctè habitis ad miſericor*diam elicimus, vt *gloria immortalitate iam* perfruentes, nobis in hoc mundo, *tanquam in* mari fluctuantibus, conſtantiam; *triumphan*tes cum Chriſto, Chriſti militibus *fortitudinẽ*; liberi ac omni cura ſoluti, curarum pondere *op*preſsis, pacem; fælices deniq; miſeris *fælicita*tem; viui mortuis vitam à Deo optimo *maxi*mo (quem præſentes præſentem, ac læti *lætitiæ* cumulum intuentur) impetrent. neq; *etenim in illa* imagine, aut ſancti alicuius, aut *crucis*, *veluti* in vltimo ſcopo noſtra cogitatio *hæret* *ac* ſiſtitur, verum cum mens noſtra in *corpore*,

tanquam tenebricoſo ergaſtulo, de l.
ſenſuum ſubſidio, ad cœleſtium & a
rum contemplationē vix ac ne vix.
citari poßit, crucis ac ſanctorum ob.
ginibus, inardeſcimus mirabiliter n
ad piam Chriſti ſanctorumque memor.
rum etiam ad ſanctam virtutum, qu.
culti fuerant, imitationem: vt cū imagi
ctorū cōminuatis, ipſi vos Iconoclaſtarū
ne ac hæreſi implicatos oſtendatis, & cum
ſti crucem verbis laceretis, lanceis fodiat
turpißimis quibuſcunque rationibus fœa
ipſi planè vos prodatis Iudaiſmi ſpiritu in
los Chriſtum iterum, ſi cœlitus ad nos deſc
dat, cruci velle affigere. De ſacrificio M
quid ogganniunt nobis hæretici, id in nullu
vtilitatem, & in maximam oblationis à Chriſt
in cruce peractæ imminutionem cedere? impia
vox, & Aërij (qui Arrij hæreſim hoc errore,
tanquam cumulo, auxit) exploſa iamdiu veſa-
nia. nos enim in miſſa Deo libam⁹, & in Chri-
ſti honorem maximum, & in Eccleſiæ vtilita-
tem ſummā. informauit enim nos in maioribus
Eccleſia, hæc ſacrificia pro iis oblata, qui
inſigniter boni cœli gloria cumulantur, gra-

tia-

Digitized by Google

tiarum eſſe actiones; pro iis, qui in gratia ex hac migrantes ſuorum peccatorũ pœnas igni in purgatorio pendunt, eſſe expiationes; pro iis autem, qui flagitiis turpiſſimè cooperti pœnis æternis addicuntur, ne expiationes quidem eſſe, ſed conſolationes, non tamen quibus damnati mulcentur, ſed quibus viui mirificè perfundũtur, cùm tanti ſacrificij nullam omninò vim conſtituere, extremi videatur eſſe ſacrilegij. hæc cùm cogito, miror ſanè inſaniam veſtram, qui non dico verbis exprimere, ſed cogitatione poteſtis fingere, rem tàm ſingularem, è qua tot commoda ad omnes homines ſiue gloria in cœlo, ſiue meritis in terra circumfluentes vberrimè permanẽt, Chriſti in cruce oblationẽ poſſe vllo modo obſcurare. cui enim mentis acies tàm obtuſa poteſt eſſe, cui cogitationes pectoris tàm anguſtæ, qui cogitet in ſummo lumine contineri denſiſſimas tenebras, in ſummo bono extremum malum in ſummo Chriſti ſacrificio ſummã Chriſti infamiã, & oblationis à Chriſto in cruce peractæ obſcurationem? quid igitur ſibi vult, quòd obijcitis, noſtram in altari hoſtiam, ſacrificium, pretium, Chriſti in cruce pretio, ſacrificio, hoſtiæ, tenebras offundere? quid

nouas,

nouas, ſi dijs placet, hoſtias in al
tis & disiunctiſsimis libamus, qua
cis hoſtia vel ad gratiam à ſpirit
miſericordiam à patre eliciendā
eſſet virium. non poſſum equidem m
rare, quo min⁹ ſtyli mei aculeos hoc i
cuam, in veſtram inſcitiam, ſi ignore
tiam, ſi diſsimuletis rem tàm claram,
ſpicuè veram, & in medio omnibus p
minibus poſitam. non enim nos hoſtias
& diuerſas in multis & diuerſis locis
mus. vnica namq; eſt hoſtia, & eadem,
ræ, inquam, communione vnica, quia vn
Chriſtus, qui vbiq; libatur, niſi tàm ſtupi
mus, vt Chriſti naturam, quæ omnes pa
ſua virtute complet, vnius loci, & humani
genij cancellis terminare velimus. fallim
ergò prorſus, & cogitationes veſtras in terra
nimis demergitis, ſi locorum, in quibus Chriſ
offertur interuallis hoſtiarum multitudinem,
& diuerſitatem metiamini. aliter aliter ratio-
nes veſtræ ad maiorum noſtrorum normam &
regulam inſtituendæ ſunt, qui vera Chriſti lu-
ce perfuſi eandem hoſtiam in omnib⁹ locis, ean-
dem omnibus in temporibus profitebantur. illi

veri

verè ſtatuebant eundem Chriſtum, qui in cru-
ce à Iudæis, à ſacerdotibus in altaribus eſſe li-
batum, ſed à Iudæis malitioſè, à ſacerdotibus
ſanctè. Siquidem illorum malitia fuit, quòd o-
mnium rerum machinatorem verberibus con-
ciderunt, horum ſanctitas eſt, quòd omnium
rerum machinatorem verbis conſecrant, ver-
bis dico, non ſuis, ſed ipſius Chriſti, qui morien-
do & Iudæis fuit cauſſa malitiæ, & ſacerdo-
tibus ſanctitatis; vt hac ſola ratione ſubnixi ij,
qui reconditiorem & interiorem Theologiam
profitentur, verbis ad ſenſum preſſis ad rem
enucleatis apertiſſimè appellarint illam crucis
hoſtiam cruentam, hanc altaris hoſtiam incru-
entam: cruentam illam, quòd Chriſti ſãguis ad
omnium ſalutẽ apertè illic fluebat, incruentam
hanc, quòd Chriſti cruor ad omnium fidẽ occul-
tè hic tegitur: vt quò apertior Chriſti ſpecies in
cruce fuerat, eò certior ſalutis ratio, quò te-
ctior in altari eſt, eò clarius fidei præmium
omnibus proponi debeat. Videor fortaſſè vo-
bis limites, quibꝰ mea hiſtoria coërceri debuit,
tranſiliſſe, qui dum reip. noſtræ ortum, pro-
greſſum, abſolutionem ſtilo perſequi ſtudeo,
iſta ex intima Theologia prompta huic loco
inte-

intexuerim. Verùm ſi in ipſam re
mentis veſtræ aciem defixeritis, fa
videbitis noſtræ reip. ac regum lau
ampliſsimam religionis ac eccleſiæ de
maximè contineri, vt ad maiorũ veſt
tutes vita & moribus effingẽdas, aut
ſtræ dignitatem penè obtritam recupe
magis veſtra interſit cognoſcere, qua r
maiores floruerint, quã quo ſtratagema
rint; qua fide excelluerint, quã quo bello
pharint: hoc inprimis tempore, quo acre
tentiones de religionis ſumma ſuſ
videntur, hinc à Catholicis maiorum
gionem ſanctè retinentibus, illinc à quibuſd
nouis hominibus (ne quid acrius dica
religionis antiquitatem aperto mendaci
puritatem ſtulta interpretatione; veri
tatem impia fraude violantibus. Iſtis
hominibus antiquitas (ſi Diis placet) obſole-
ſcit; quia ipſi ſunt noui; puritas ſordet,
quia ipſi ſunt impuri; veritas labaſcit, quia
ipſi ſunt falſi: decreta Eccleſiæ, videntur
Papæ ſomnia; ſacrificia miſſarum, ſacer-
dotum prædæ; imaginum veneratio Idolola-
triæ labes. O miſerum populum, non iſta
re

Digitized by Google

tè doctrina imbuerunt patres tui, aui tui, maiores tui, verùm iſtas opiniones commentorum plenas ex ipſis inferis excitarunt Lutherus, Caluinus, Beza, vt vos in fraudem illectos ad Eccleſiam ab ipſis fundamentis, conuellendam inflammarent. attamen quibus rationum monumentis reliquæ illorum hæreſes ſubnixæ fuerint, elicere poteſtis ex iſtis paucis, quæ ipſi tanquam ſectæ ſuæ fundamenta iecerunt, capitibus; in quibus quid ſit fraudis ita docuimus, vt ſingulis, quorum mentes hæreſeos tenebris oppletæ omnem veritatis ſenſum non amiſerunt, videri poſſint aniles potius ineptiæ ad focum profuſæ, quàm hominum opiniones ad clepſydram decantatæ. quas dum authores præclaro Euangelij titulo ornant, planè obſtupeſco, cùm & authorum inſcitiam refutet opinionum falſitas aperta, & opinionum falſitatem refellat authorum impia vita: cum quibus, tanquam monſtris infernalibus, in orbem inuectæ ſunt rerumpublicarum ruinæ, inuecta Principum inimicitiæ, inuectæ mutuæ ciuium cædes, inuectæ religionis labes, inuectæ (vt breui comprehēdam) omnium malorum lernæ.

quare

quare cum omnia mala, quibus ha
nus conflictatum videmus, in vna
quam in equo Troiano, incluſa v.
eo vos omnes ingenij neruos intende
vt, Catholica fide inſtaurata, Scoti.
am, id eſt, ſuam fœlicitatem, ac Ecci
ſiam, id eſt, ſuum decus reſtituatis.
namque videtur, vt qui gloriam ſitie
ſectemini, gloriæ vmbram quandam o.
in maiorum veſtrorum bellis ſtudeatis
re, ac eius eminentem ſpeciem in eorum.
ne conculcanda velitis amittere: quin
ita rerum ordo nectendus eſt, vt reli
primam gloriam, bellorum ſecundam in o
bus rebus conſequi ſtudeatis. hanc enim
gloriæ viam triuerunt omnes noſtri reges, q
rum nullus vlla in hiſtoria legitur leuiſſim
hæreſis macula inuſtus? cùm poſt Britan
(qui ſeptendecim ante nos annos fidem ſuſcep
runt) noſtri reges primi legantur ab Eccleſi
fidem hauſiſſe ſanctè, tenuiſſe mordicus, defen-
diſſe fortiter, idque tanta populi alacritate, vt
etiamſi Scoti, in multis locis multi, martyrium
ſint paſſi, in Scotia tamen qui vlla mortis pœnâ
Catholicæ religionis cauſa, vel in ipſis religio-
ni

religionis natæ incunabulis (vt plerunq; fieri ſolet) mulctati fuerunt, nulli reperiantur. vnde noſtra Scotia tantam & tàm amplam laudem eſt conſecuta, vt niſi ad eam obterendam ipſi inferi omnem ſuam malitiam, venenum, peſtem in quoſdam hæreticæ prauitatis miniſtros effudiſſent, illa quidē nulla temporis vetuſtate extabeſcere poſſe videretur? at nunc quidē videtur, neceſſè vt initis diligenter rationibus; quam obſcuraſtis ambitione, minuiſtis bello, hæreſi obtriuiſtis maiorum laudem, dignitate, pace, religionis ſtudio renouare conemini. ad quam rem ſtrenuè gnauiterque gerendam illa memoria malorum; quibus ab eo tempore, quo hæreſis in Scotia radices egit, affecti fuiſtis, vel in carceris pœna nobiles, vel in bellorum turbinibus plebeij, vel in amicorum cæde plerique. id præterea addite, quo hæc veſtra calamitas augetur maximè, quòd quos lex patria fecit liberos, fortitudo inſita ſeruauit immunes, & candor natiuus creauit ſinceros, hæreſim iam & vectigalium oneribus, & fraudum infamia, & exterorum penè ſeruitute turpiſsimè affeciſſe; quæ ma-

la noſtræ genti à vobis inuſta, vt intel
noſtri & intellecta ſanare conarentur,
earum rerum, quæ à Iacobo ſecundo (e
tempore hæreſeos contagio, vt cancer, l
in Scotia ſerpſiſſe cœpit) ad hæc vſque
pora apud nos gerebātur, Scoticè textā
Sereniſsimæ noſtræ Reginæ dicaui, eo in
nomine, vt calamitoſa ſuæ calamitatis ca
videret, eamq; longè acerbiſsimam, qu
patriæ ruinis apparebat; & exul exili
ſolatium in ea hiſtoria haberet, idque
gè dulciſsimum, quòd ab exule, eoque,
omnia illius cauſſa ſubire ſtatuit, ſcripta
vat. neque hic diu ſteterat mea cogitati
quæ nimis anguſta videbatur, ſi in patriæ me
calamitate deſcribenda ſolummodò verteretur.
Verùm in reliqua hiſtoria, quæ gentis noſtræ
prædicationē illuſtrēq; laudē continebat multa
ab aliis audiebam fuiſſe obſcura, plurima man-
ca, prolixa omnia, ſtatuebam planè egregiam
fore à me reip. nauatam operam, ſi obſcura
enucleando, manca ſupplēdo, prolixa reſecādo,
anteactæ quoq; ætatis hiſtoriam adiicerem. in
hac cogitatione diu multūq; nutātem id tādem
confirmarat, quòd hac ratione ſperabā noſtros,
cum

tum religionem, fortitudinem, aliasq; virtutes quibus maiores tantam gloriam ſunt conſecuti, in priori parte, & hæreſim, ignauiam, aliaque vitia, quibus tanta gloria exaruit, peneque concidit, vitiis relictis, ad religionis virtutumq; ſtudia denuò excitatos fore. priorem ergò partem, quam Boëtius fuſè & eleganter erat perſecutus, ego cœpi coarctare & peranguſtè refercire, vltimam verò partem, quæ Reginæ & Scotis noſtris anteà ſolummodò loquebatur ſcoticè, politam effeci, vt omnibus loqueretur latinè. in quibus ſcribendis ne hiſtoria lex vllo modo violaretur, illa, quæ Boëtius ſcripſerat, ad antiquiſſimorum annalium veritatem, tanquam normam exegi, ac hæc, quæ nos primi monumentis noſtris illuſtramus, vel ipſo tempore geſta præſentes libauimus, vel à ſummis viris. quibus & authoritatẽ magiſtratus & fidem conſenſio fecerat, ſumpta nudè perſtrinximus: vt cum fontes, ex quibus hauſimus, fuerint puri & limpidi, riuuli, qui hauriuntur, nullo modo videri poſſint infecti. Ac ne cui hæc videantur ficta non facta, omnia reddo authoribus. quæ enim ſub Iacobo quarto gerebãtur; Domino Elphiſtono, quæ autem ſub

bo tertio, vtriq; (vterque enim h
ſumma hiſtoria conſenſione ex
bentiſsimè reſtituo. quorum ille
ſet ab intimis conſiliis, præclarior
ris quæq; in commentarios retulit:
rerum vſu ſummam prudentiæ laud
re ſtuduerit, nihil quod memoria di
rat aut viderat, ad annalium format
cauit. reliqua mihi omnia ſeruo. nam p
quod iſtorum ſcripta poliuerim rudia
drũ redegerim ſparſa, ac multorum, qui
tes rebus intererant & præerant, ſerm
examinauerim dubia, cõfirmauerim ver
quã ad remp. acceßi, nullã rerum partic
miſi, quæ memoria aut monumẽtis digna,
bellas meas priuatas non venerant. de iis,
ſub Maria sereniſsima noſtra regina, poſtq
Scotiæ gubernacula, mortuo illius marito F
ciſco Galliarũ rege, tractarat, gerebantur, h
potiſsima videtur ratio, cur ſileã, quod minim
cõuenire exiſtimabã illius vel miſera calami
tates, vel ſanctæ religionẽ, vel afflictæ patien-
tiam, quandiu viuat, ſcriptis mandare, ne ſi illã
ſuis laudibus, tanquã colorib', verè depinxero,

amo-

amori in piam reginam, aut ſi hoſtes acriori, vt decet, calamo perſtrinxero, odio in perfidos homines inſeruire videar. id quoq; addite, quòd iſta facinora videntur ita crudelitatis & perfidiæ notis aſperſa, vt cũ digna fuerint, quæ cognoſcãtur ab omnibꝰ, indigna tamen planè ſint, quæ ſcribantur à me. quia quæ ne fierent à noſtris, egi cum capitis periculo, ea ne cognoſcantur ab exteris, omni mentis prouiſione curare deberẽ. quanquã non deſunt, qui rei hiſtoriam pertexuerint, verè alij, vt qui rem iuſta lance penderint; malitioſè alij, vt q̃ in veritatis violatione ſuã famã integrã fore ſtatuerint. quæ tũ fortaſſè à me latino ſermone explicabuntur, cum ſine offenſionis ſuſpicione Veritas omnibꝰ quaſi in theatro proponi poſſit, niſi rei & tẽporis neceſſitas ſtylũ meũ, quẽ felle nollem aſpergi languentem incitet. videtis iã clariſſimè noſtras cogitationes non aliò ſpectaſſe, quàm vt meis ſtudiis veſtrã gloriã, meis laboribꝰ veſtrã tranquillitatem meis ſudoribus veſtrã ſalutem comparem, quæ ſi negligatis vos languidè, aut cõtemnatis ſuperbè, futurum planè eſt, vt & languidis trãquillitatis ratio, & ſuperbis ſalutis ſpes omnis excidat. quare inſpicite dili-

 gen-

genter hanc noſtram hiſtoriam, & in
maiorum veſtrorum mores, & in mori
iorum piam vitæ inſtituendæ ratione
ratione futurum eſt, vt renouata maior
ciplina ac reſtituta religione, gloriã con
mini, quæ nullis mundi terminis definita
los vſq; peruolet. Quod ſi, & me hortante
vobis veſtram cauſſam prudenter conſider
bus contingat, ego diligentiæ, vos pruden
vterq; ſalutis ſuæ vberrimos fructus colleg
videbimur. Valete.

VI.

SERENISSIMO SVECIÆ Regi. &c.

ETſi noſtra ætatis homines malè ſani eam vitiorum hæreſeõq; lernam iam effuderint vt ſi omnes omnium hominum ætates animis obierimus, nulla poſſit haberi calamitoſior; tamẽ ita Dei prouidentia in Eccleſiæ ruinis quaſi reficiendis hoc noſtro tempore enitescit, vt certiſſima fælicioris fortunæ ſpes omnib. affulſerit. Quippe vt reliqua ſigna diuinæ iræ breui iam tempore placandæ ſilentio inuoluã, omnes,

qui-

quicũq; longiſsimo à te interuallo diſiungimur, concipimꝰ de tua virtute tantam ſpem, vt Frãcia te putet ſincerum, Italia prudentem laudes ac (vt breui dicam) Roma te prædicet diuina quadã prouidentia in antiquiſsimo Sueciæ regno collocatum, qui tanquam alter Conſtantinus hæreſeon vitiorũq; tenebras, quæ illas partes occupãt, vel diſpelleres protinus, vel diſsipares prudenter. felicem te, qui hãc de tua virtute opinionẽ omniũ Chriſtianorũ mẽtib. iniceciſti fæliciorẽ, ſi quã tui opinionẽ incitaſti, illã nobis tuearis, ac ſuſtineas ſemper. Neq; hæc ſcribo (Sereniſſ. Rex) ad tuarum aurium voluptatem, ſed vt hæc mens tua diuini ſpiritus calore iam ſuffuſa hac noſtra voce, tanquam flabello indies magis magiſque efferueſcat. incendere .n. debet & ſolet illorũ mentes (quos ſpiritus ſancti gratia, tanquã ſol quidam, illuſtrauit) vitæ benè acta conſciẽtia, ac opinio bonorũ de ſua virtute concepta. at ſi tu eos iam in virtute progreſſus feceris, vt facilius monearis exemplis, quàm verbis: en tibi (Sereniſsime Rex) Hiſpaniarum Philippum, qui te ſuo exemplo incitat; en Scotiæ Mariam, quæ

Digitized by Google

ſuo incendit. ad quid? ad illud lau
curriculũ, in quod iam totius vit
one lætitiaq; ſumma ingreſſus es
iam rex ſit maioris laudis apud ex
de religione defenſa. quomodo tu de
excitata. quippe multò is vberiorem
getem tulit, qui religionem ſublata
quàm qui excitatam defendit. illud et
prudentiæ Chriſtianæ, hoc mentis c
cælitus hauſtæ. Neq; mireris, quod te
laudis ſtudium vehementius inflammem
plo ſereniſsimæ Scotorum Reginæ, cum
ac minuti animi videatur, regem poſt lo
memoriam prudentiſsimum, potentiſsim
ſanctiſsimum languere in eo curriculo, quo
gina pientiſsima, ſed delicatula, religioſiſsi
ſed tenera (vt ſolent mulieres) confecit, totu
iam emenſa eſt totius Eccleſiæ ſtupore. H
ſcribo de regina mea longius fortaſſè quàm de
berem, ſed non tamen honorificentius, quàm
poſſum; quanquam nec omnia debeo, quæ poſ-
ſum, ac ne hæc quidem fateor hoc tempore, niſi
coniecturis quibusdam olfeciſſem fuiſſe quon-
dam apud tuam ſerenitatem, qui de Reginæ
meæ laude, virtute, exiſtimatione plurima de-
cerpe-

Digitized by Google

cerpſerant. Sed quid credas illis, qui cum de regina ſua non dico ſentiant peſſimè, ſed loquãtur maledicè? quales ſint, ipſi ſatis declarant: præſertim cum talis ſit regina, vt illius patientiam aduerſarij admirentur, & pietatem, religionem, conſtantiam, carceres, ac adeò vincula ipſa loquantur. cuiꝰ dum fuſiorem narrationem texerem, ſi illam literarum anguſtiæ poſſent capere. at hac re quid opus eſt? cum laudum eius ſemina quædam in hac Scotiæ noſtræ hiſtoria (quam Romæ ſuperioribus his diebus commentabar) ſparſa, rarius, omnes calumnias, quæ in illam poſsint intorqueri, facilè refutent omnes. Lege ergò (ſereniſſ. rex) hanc noſtram hiſtoriam non tam quod mea eſt, quæ ſolus tuus vellem eſſe, ſed quod fidem Catholicæ religioni faciat, & Reginæ meæ laudes tenui dictionis meæ filo contextas fideliter contineat. plura teſtarer de mea in tuam ſereniſſimam maieſtatem animo, niſi legatus hic tuus Laurentius Caignioli ſummi & iudicij & prudentiæ vir illa poſsit & copioſius, & velit fortaſſè liberius percenſere. id ergò ſolum addo, vt quãtum ego tibi tuæq; laudi faueo, tantùm tu reginæ meæ, eiusq́; virtutibus faueas & verbo & facto.

Digitized by Google

faƈto. illā enim auſim dicere, quanta q tuam fuiſſe ſeriò ab eo tempore, quo ta audiuit de tuis virtutibus ſpargi vbiq; gus. Deus tuam Serenitatem Eccleſiæ ſeruet incolumem. Romæ.

VII.

REGINÆ POLONIÆ.

QVemadmodum authoritas illa, quæ r gia Maieſtatis quodā quaſi ſole reſu proximè à Deo abeſt; ſic illi Principes imi tione quadamq; ſimilitudine propius & nam exprimunt Deum, qui hunc maieſtatis ſole quadam clementiæ nubecula obtegunt, tenuio riſq; fortunæ hominibus obijciunt ſuſpiciendā potius, quàm inſpiciendum. etſi enim non poſſumus nos humi ſtrati rectâ acie inſpicere tantum ſolis ſplendorem: poſſumus tamen limè aſpicere & ſuſpicere, quoties nubis nigellæ claritate obſidetur. nauiſſimè quidem & proximè imitatur V. Serenitas hac parte Deum, quæ cùm poſſet maieſtatis mihi nomen obijcere, maluit tamen mititatis & clementiæ ſuæ formā, quaſi nubis ſpecie, oſtendere. nimiùm certè abiicit ſe

ſacra V. Maieſtas, quæ rogat vt amem, ornē-
que officio Dominos Zalinios: ſatis fuit innuiſ-
ſe, hanc veſtram eſſe voluntatem. nam exequi,
quæ vos vultis, tàm mihi virtuti & gloriæ du-
co, quàm certo ſcio nihil vos velle, quod non
ſit virtutis & gloriæ. quare Zalinios etſi
antea omni amoris honoriſq; genere coluerim,
ſuauiſſimos mehercule iuuenes, & morum per-
politione egregiè conformatos: tamen vi ve-
ſtræ non commendationis, ſed imperij (im-
perium enim non commendationem interpre-
tor, quicquid venit à tanta Maieſtate) fiet,
vt illos hoc primùm tempore videar amaſſe.
docebo, amabo, colā, monebo, vno verbo mouebo
omnia, vt ſacra V. Maieſtas intelligat, quanti
facio veſtros Zalinios veſtra cauſa. nō amabū-
tur à me poſthac ſuaues, colentur potius veſtri.
De cura, quàm mihi imponit, grata certè illa
eſt, quod impoſita à vobis. verùm nihil eſt
omninò, cur tantoperè timeatis illis. præce-
ptor enim illorum illud ingenium, & genium
habet, vt facilè reſecet, & prudentiæ quodam
temperet, quicquid eſt litium. Fuit ne-
uid inter illos, ſed leuiculum ſanè illud,
iam eſt obliuione ſepultum. dum enim

vterq;

vterq; cuperet facere optimè, Zalin
ſtram voluntatem, præceptor ad diſ
litatem, exciderunt voculæ potius liti
pax iam eſt alta. amãt diſcipuli præc
vt molliſſimum & doctiſſimum; præc
ſcipulos vt ſuauiſſimos & diligentiſſim
dibus certè malè docuit, quiſquis docuit
nitatẽ. habitant nitidè, honeſtè, honorat
modè & (vt videatis præfectũ extra nc
meo cõſilio habitant, vbi habitant. quare
V. Maieſtate, vt credat mihi iſtud, non ſol
pacẽ eſſe, ſed optimè eſſe. Valeat Sereniſſ.
Maieſtas, meq; ad veſtros pedes venerabu
abiectum dignetur ocello. Ingolſtadij.

VIII.

SERENISSIMO PRINCIP
Gulielmo, vtriuſque Bauariæ Duci, &c.
Domino ſuo clementiſſimo,
Robertus Turnerus.

PRudenter Plato monuit, duas res in hoc mundo aſpectabili inprimis enitere, in cœlo ſolem, in repub. Principem iuſtum. quod ſi hac ſententia Platonem non habuiſſet authorem,

tamen

tamen veſtra ſerenitas ita regit, ita viuit, vt factis ipſis probet hanc ſententiam eſſe è cælo libatam. nam ſiue regat V. Serenitas, in potentia ita lucet iuſtitia; ſiue viuat, in moribus ita eminet pietas, vt Bauaria veſtra latetur ſe eſſe fælicem, non tàm ſua natura, quàm veſtra iuſtitia. quare cùm iuſtitiæ laus propria ſit veſtræ Serenitatis, ſpero me non contemptum iri, tanquam importunum, qui offero vobis cauſam, ex qua veſtræ Celſitudinis iuſtitia notiſſima iam domeſticis pateat etiam exteris. Ingolſtadij.

IX.

SERENISSIMO PRINcipi Gulielmo.

CHaritas poſtulat, vt faueamus omnibus; pietas, vt bonis. quod ſi bonorum virtus nō poſſit patere, niſi teſtimonio vocis noſtræ aut ſcripti, violat ſanè non ſolùm charitatem aut pietatem, ſed etiam iuſtitiam, qui voce aut ſcripto ſuo non ſuffragatur bonitati. quare cùm id omni contentione agamus, vt videamur omni-qui; bonis impij; meritis iuſti: debemꝰ certè ſatis.

ſatisfacere petitioni Reuerendi N
neri. petit autẽ, vt teſtimonio noſt
V. Serenitati eius vitam laudabi.
iuſta ſanè petitio, ſiue quòd à nobis,
ſiue quòd de veritate, quam teſtamu
untis ætatis commendationem duxi
ſtia, progredientis à ſtudio, maturæ a
vitæ. ſiquidem poſtquam per ætatis m
tẽ potuit ornari ſacerdotio, ita prælux
bus pietatis, modeſtiæ, vitæq; integræ ex
vt omnes certè eum amarint puri pijq; ſa
tes veram expreſſionem. hanc commenda
cùm velimus ei commodare in omnibus re
tùm maximè in hoc negocio. nam ſi digni p
tur beneficiis, qui ſunt aut boni, aut docti:
cenſeri debet digniſſimus, quem dubitamus a
ctior ſit an melior: aut certè, ſi in vllam parte
incumbamus, ſtatuimus ita doctum, vt videa-
tur tamen melior. hunc nec pluribus, nec melio-
ribus verbis Sereniſſimo commẽdare poſſumus,
ac ne debemus quidem: cùm id notiſſimum ſit
omnibus, quàm ſedulò agit V. S. cauſam Dei &
Eccleſiæ, dum vbiq; in Eccleſiis, quaſi vigilia
collocat & bonos ad exemplum, & doctos ad in-
formationem.

SE.

X.

SERENISSIMO PRINCIPI
Gulielmo ſexto. Rob. Tur.

Gauiſus ſum toto ſinu, cum intellexeram & inde ex Gallia, & hinc ex Monachio Serenitatem Veſtram habere rationem exilij, doloris, calamitatis, quã Angli patiũtur extremam, domi à tyrannide, foris ab inuidia. Alanus, vir Apoſtolicus, ex vrbe ſignificauit Serenitatẽ V. cõplexã eſſe Rhemẽſes inſigni liberalitate, altero iã tẽpore; mihiq; imperauit, vt coràm ſtratus ad pedes veſtros venerabũdè agerem gratias. coràm qui non poſſum, literis non ago gratias, ne tenuiſſimo hoc officio videar granditatem liberalitatis veſtræ velle obterere. ſed doceo, & cælum remuneraturum, & orbem celebraturum hanc veſtram pietatem. nam veſtra fama etſi nitatur religionis, virtutis, clementiæ radicibus ſanè quàm altiſſimis: harum tamen radicum flos & uctus, haud ſcio, an vllus ſit aut ad meritum rior, aut ad laudem altior, quàm hæc ra munificentia in Anglos meos. dico meos? Veſtros potius beneficio-

æ

at quos homines? vinctos Domini ?
remunerabitur. quos homines? exules
eccleſia laudabit. quos homines? ſa
orbis. nam etſi gens ſit facta Lap
ferrea hæreſeos contaminatione; tame
lapidibus excitauit Deus filios Abra
patientia, humilitate, paupertate, exili
te pugnant pro Roma, & de Roma in ca
triumphant ſupra centum & tredecim
tyres veſtræ liberalitatis hoſtiam offerun
patri, pro familia veſtra. quemadmodum
gaudeo iuuenis cauſſa, quòd in veſtræ clien
tutiſsima ſtatione conſederit: ſic ſerenitati
ſtræ gratulor vincti patris exulem filium,
tanta ſe clementia aperiat. quòd verò card
venit, in cauſſa fuit morbus, qui eum grauiſ-
mè afflixerat, etiã cum periculo vitæ. nunc v
rò reſtitutus, ſe & obijcit clemẽtiſsimæ manu
& abijcit ad potentiſsimi pedem.

Reuerendiſsimus Roſſenſis in itinere
Gallico dederat mihi ad vos duos libros Gal-
licos, elegantiſsimè ſcriptos, & pro re ap-
tiſsimè. hos iam mitto ad veſtram Serenita-
tem. ſpero non ægrè laturam eã, quòd tàm diu
hæſerint in via. culpa hæc non mea fuit,
ſed

ſedeſſedariorum. Valeat ſereniſſimus, patriæ pater, Eccleſiæ filius, quàm diutiſſimè.

XI.

SERENISSIMO PRINCIPI VVilhelmo, &c. Robert. Turnerus.

Regere eſt magnum; regere benè eſt illud, quod mundus miratur, & cœlum muneratur, ſummum. id legi de aliis principibus, vidi in ſereniſſimo, qui, quod regit, videtur magnus magnis; quòd regit benè, eſt eritq; certè in omnem æternitatẽ ſummus ſummis. nam ſic in omnes ſuæ ditionis partes intẽdit aciem, cum res & minimas maxima cura, & maximas diuino conſilio expediat. inciſũ eſt ſacris literis, & inciſum eſt ad Principũ doctrinam; Deum habere curam de hirundine, & hirundinis nido, de paſſere & paſſeris ala, de minimis & minimorum pilis. hanc dei clementiam ſereniſſimus ita nauiter, & proxi- exprimit, dum curam cogitationemq; planè iam ſuſcipit de Turneris, id eſt, homuncio- ſtriuij, vt quantum colo Deum de hirun-

rundinis nido, paſſeris pluma, tantum prædicaturus ſim veſtra. de cura Turneri. quare non tàm quòd me (vt intelligo ex literis Academiam) exiſtimet ex illis mini cui meus pilus ſit curæ, laudo De hoc mei ſancti exilij naufragium in h cura & clementia portum incurrer golſtadij.

XII.

SERENISSIMO *BAV*riæ Duci Gulielmo Robertus Turnerus.

A*Vdire omnium omnia, eſt quidem leſtia, ſed maximorum & principum. n principibus viris eam vel neceſſitatem re vel legem fixit Deus, vt audiant tam min morum maxima, quàm minima maximorum. alijs hominibus (inquit Plutarchus) nihil maximũ, nihil minimũ, ſed communi lege natu omnia vno modo communia ſcite; quaſi princeps ſupra communem legem natus, tum demum eſſet dignus hoc loco, cum quicquid faceret maximum, minimum; illud libenter faceret. Hæc veſtra*

veſtræ Serenitatis mens è cœlo concepta. elicit ad ſe vndique literas, moleſtias potius, quas dum libenter aut agit, aut patitur, tot, ego certè interpretor non moleſtias ſed cœleſtis coronæ gemmas. Ingolſtadij.

XIII.

SERENISSIMO PRINCIPI Gulielmo, &c. Rob. Turnerus.

Appellarem ad iuſtitiam, niſi mallem explicari veſtræ clementiæ diuitias. Nam etſi Principis notio includat iuſtitiam, ita vt eſſe Principem, nihil aliud ſit, quàm eſſe iuſtum, tamen hanc vim ita interpretor, vt omnem iuſtitiam putem iniuſtam, quæ clementia, tanquam anima non informatur. Ex quo conficitur, Principis vim totam conſtare duabus rebus, iuſtitia tanquam corpore; clementia tanquam anima. Vnde pulchrè Bernardus, nunquam fuiſſe bonum Principem, in cuius actionibus exerta fuit maior iuſtitiæ, quàm clementiæ vis. Sacræ literæ Deum plerumque vocant Deum miſericordiæ, non quod non ſit etiam iuſtitiæ

Deus, ſed quòd gladios, fames, peſtes, i ſtitiam ſuam immittat per angelos, p nes, per belluas, per dæmones. at cler. ſuam oſtendat & explicet ipſe per ſe, in homo, è cælo Deus. Ingolſtadii.

XIV.

TVRNERVS GVLIELM Alano, Patrono, ſanctiſſimo, doctiſſimo S. P. Romam.

H*Anc ego mentem (Illuſtriſsime Princeps insuxi non ab vſu rerum, nec à conform tione Scholæ, ſed à natura quadã quaſi mãm. la, vt ſtatuam plus iudicij, tacere, quàm officij, ſcribere ad magnos viros quos æquè oppoſuit & inuidiæ virt⁹, & labori fortuna. Nam ita ſem per eſt aut virtuti ab inuidia, in quo algeat; aut fortunæ à labore, de quo ſudet, vt huic ſu dori & algori qui vult addere, is videatur vel neſcire quantũ imponunt illis magnæ opinionis Diuæ, vel contemnere, quantũ ſubeunt harum Diuarum aureoli filij. iudicio ego auſim dicere meliori. mens quidem mihi, obſeruantia & amore grauida, vellet ſæpè exire in digitum, in ca-*

ERTI TYRIÆ
lios, fames, peſtes
at per angelos
dæmones, at
et ipſe perſ
ſuadit.

in calamum, in chartam, in officioſam epiſtolã.
verùm hanc mentem melior mens incluſit gyri
rationis, iuſſitq́ meis literis ſilentium, niſi in oc-
caſione. quo habuerunt meæ literæ maiorẽ cu-
ram veſtræ curæ, eò iam ſperant ſibi benignio-
rem à vobis oculum & aurem. quidni ſperent?
anteà modeſtæ, nunc ſupplices, de re, in qua
quanti à vobis fiam, magno meo fructu, & ve-
ſtra moleſtia non magna, facilè liquebit.

VLIELMO
ctiſſimo,

I. V. D. & Principi meo à conſiliis allegatur
iam Romam Georgius Brandius, vt quam ſe-
di Apoſtolicæ debent Epiſcopi perpetuam fidẽ,
eam mei Principis nomine hoc anno præferat
& deferat, has ad V. C. dabit literas. non hîc in-
terſpergo illa Tulliana, etiam atque etiam
rogo, ſummoperè commendo. ſatis ad commen-
dationem apud vos, quòd innuerim hunc à
meo Principe eſſe, qui memoriam, gloriam,
virtutem tuam omni ſermone vſurpat; tãtumq́
veſtris literis, quæ me commendabant, tribu-
t, vt qui antea exulem & Anglum duabus
aritatis & clementiæ ſuæ vlnis complexus
, id poſteà ita prolixè fecerit & modo quodã
ulari, vt non mei exilij, nec ſuæ clemen-
ſed veſtræ commendationis vel ſolam,

vel

vel maximam rationem habuiſſ
iſtud officium reponetis cumulate
charitatis ſuauitatumque font
ni aliquid modò effluere, in hunc
tum. petet per hunc à Pontifice ne
nec magna, vt futura ſit hic
pera (ſi quam interponatis) non,
ta, ſed magna, pendenda videl
non rei, ſed mentis veſtræ momento.
pi huic ſtatuo Pontificem non fore
lem, non ſolùm quòd parua petit, ſed
quod optimus petit, optimus, inquan
vitam perpetuo ſanctitatis tenore a
bilem egit, vt exortem non dico lituræ,
ſuſpicionis: Romanæ etiam ſedis tàm
vindex, & omniâ vindex, vt in German
ſeminarium inſtituerit ad præſcriptionem Co
cilij Tridentini, & ex ſua ditione pe
nitus euulſerit, quicquid prauæ ſtirpis po
ſuit Lutherus. pium iuuatis? profectò piè.
ac ne videar obijcere, curam non veſtra
curæ, in hunc Epiſcopatum qui aliquid o
pellæ collocat, næ is complectitur Richar
dos, Vilibaldos, VValburgas, Soloos, alios
ſin.

ſingulos regij ſeminis Anglos, omnes fidei in his partibus fundatores, qui quaſi proſpicientes animis, fore vt à poſteris ſuis ſæuiretur in ſanctorum tumulos, hic tutas ſedes, cryptas, tumulos, templa ſibi & Deo poſuerunt, vt Anglis domi cum non eſſet, quod magnifacerent, hic haberent Catholici, quod amarent, colerent, imitarentur. Hæc pietatis monumenta quam propè imitatur V. Celſitudo tàm probè vt amet, & officiò nunc colat, vix rogo, ne videar velle plus meis precibus tribui quàm ſacris Vilibaldi & VValburgæ oſſibus. id tamen rogare vellem, ſi ſine ſanctorum meorum violatione poſſim velle vt Illuſtriſſimus aliquid in cauſis mei Principes largiatur oſſibus horum ſanctorum, qui vobis ad exemplum hanc viam virtutis ante octingentos annos præierunt. cur hoc vellem, eſt ambitio mea. nam à Romanæ aulæ lepore, etſi natura me finxerit alieniſſimum, tantùm tamen Romæ & aulæ habui, vt ambitioſè prædicarim apud Principem meum, meas literas legato ſuo apud V. Celſitud. profuturas. ô ſtultum, inquit aliquis, hominem, qui prodis tuam ambitionem. ita homo ſum, mallem prodi meam

ambi-

ambitionem, quàm mihi apud n
pem perire dicti fidem & authorit
reddat Illuſtriſſimum Angliæ, A
ſtriſſimo, tam veré vtrumq; mihi,
ſemperq́; ero vtriuſq; ſinceræ. E

XV.

ROBERTVS TVRNE

Reuerendiſſimo & illuſtriſſi
mo Guilielmo Alano
S. P. D.

DEdi cal. Iunij tabellario Auguſta
Tuam Celſitudinem literas, illæ etſi
nia loquantur, quæ putaram intereſſe,
tuâ, ſcire; aut meâ, ſcribere: tamen Edoar
Coffinus tabellarius iſte id quodam ſuo iure
exegit à me, vt eum V. Celſitudini commenda
rem. non fui primùm tàm ſtatæ firmæq́; fron-
tis, vt iſtud auderem: vel quòd ego indignus,
qui commendem, tantulus tanto; vel quòd ſtu-
poris cuiuſdam videretur eſſe, commendare
Anglum, Catholicum, exulem, ei, quem An-
glia amat, Roma ornat, exilium quaſi ſanxit
Anglorum, Catholicorum, exulum patronum
&

Digitized by Google

& patrem. Duplex ergò erit meus error, ſuperbia, ſi infimus ſine ſpe; ſtultitiæ, ſi Anglum ſine fructu commendauero huic pietati, amor tamen in iuuene facit, vt ſuperbè & ſtultè, atq; quod grauius eſt, hoc ipſum, quod pecco, viuens videnſq; velim peccare. quare rogo Illuſtriſsimam V. Celſitudinem, vt ſuam pietatem non claudat huic iuueni, ſiue vt Anglo, ſiue vt à me. à me, inquam, nixo non mea virtute, ſed virtute veſtri verbi. nam à me cum dico, id tãtum dico, vt amoris, quem in veſtris ad me, & Principem meum literis præ vobis tuliſtis ſingularem eius aliquam partem deriuetis in hunc iuuenem, id tantum petit, vt cooptatus in Collegiũ poſſet ſe conſecrare Deo, Angliæ, Romæ. puto aptum non malæ notæ iuuenem, & paratum inire palæſtram, vel diſciplinæ, Romæ; vel morti in Anglia, ſi Roma emittat. qd pergo? hic iuuenis abdit ſe in ſinũ veſtræ pietatis, vt Angl⁹ vt à me, vt bonæ notæ iuuenis, vt paratus omnia. res Germanicæ antiquo ſũt in ſta-u, id eſt, nullo. ſtãt, cadũt, tàm ambiguè omnes, t videar & de iis ſcire, ꝙ neſcio; & quod ſcio, ſcire. Bellum hæc incerta facit certa. Valeat ſtriſsima V. Celſitudo. Eyſtadij. quinto Iunij.

RO.

ROBERTVS TVRNER Gulielmo Alano S. Duacum.

BEaſti me, munificentiſſimè Patrone, q
ſcripſeras; quod verè amicè ſcripſeras
Deos repoſuiſti. nam à quo poterat ſperare i
nerus literas tanto humanitatis ſale aſp
ſas? tu vnus is es profectò, à quo id potera
quem natura ita ad humanitatem finxit, vt
humanitate tua eluceat ſumma charitas: ſ
ad charitatē formauit, vt in charitate tua emi
neat ſingularis amor; ſic ad amorē inflexit, vt
in amore tuo eniteat incredibilis cōſtātia. quibꝰ
me omnibꝰ quòd cōplexꝰ es, & humanitate Ca-
tholicū, & charitate pauperē, & amore cliētē, &
cōſtātia gratū (vt reliqua taceā) felicitatis me
numeros expleuiſſe arbitror. ſed cur gratias nō
ago ne pro tātis beneficiis vili orationis mune-
re defūgi viderer. Nunquid de meis rebꝰ que-
ris? in vado omnes: Ninianꝰ, tu, meꝰ illas fouet,
Reuerendiſſimus Roſſenſis fulcit, idq́ tanta
cum animi ſui in me inclinatione, vt me in
illorum numerum cooptauerit, qui breui hinc
ſecum

Iterum Romam proficiſcuntur. Res Francicæ, vt nihil fere hodie illis videatur deſperatius, nam omnia inteſtinis quibusdam odiis ardent. Peregusſe Ciuitas longè opulentiſſima in hæreticorum venit poteſtatem, ac exercitum ex Alamannorū colluuione barbarica conflatum, Burgundiæ fines, ferro, flamma, cæde, fœdiſſ. populationibus funeſtant. Vale Lutetiæ.

XVII.

ROBERTVS TVRNERVS Illuſtriſſimo Gulielmo Alano Cardinali S. P. D. ROMAM.

SVperioribus iſtis diebus redegeram in form[am] Epiſtolæ, aut verò in anguſtiſſima com[...]tionis quoddam quaſi corpus, id quicquid le[gera]ram aut inaudieram de cæde Darleana, cauſæ, priuata, & publica: priuata amici, rogantis, vt in hac Scotiæ Reginæ infamia quid ineſſet facti, aut ficti, ſine fuco artis, clarè diſinctéq; explicarem: publica fama Reginæ, iam vindicari, mihi videbatur publicè vti-[...] ſiue vt Catholicæ, ſiue vt noſtræ, vt innocentis, ſiue vt Martyris. vltima

cauſſa

[illegible]
luntati & voluptati. amico placui, omni parte; & amico certè boni palati. publicè an poſſim placere, volui, experiri, ſub tuo nomine, vt ſi alia parte diſpliceam, hac ſaltem placeam. quippe tuæ virtuti ita vndiq; fauetur ab his, qui norant; ab illis, qui tuos magnos conatus audierunt: quàm verè dicant omnes, Alanum, poſt Morum & Viſcherum, tertium iam ex Anglia florem Eccleſiæ, perpetuo bonarum actionum & cogitationum fructu, efflorescere ad cæli gloriam, tàm certò ego ſtatuam mihi ſubſidium fore verum, ex tuo nomine non ægrè feret Illuſtriſſimus quòd magnum ſui nominis velum quæſiuerim tantulæ rei. primò eum fecit magnum Deus ad velum tenuium. deinde hoc quicquid conor, obſeruantia eſt. obſeruantia autem eſt magna in re parua: ſi benè Seneca, qui omnia optimè. Si non contemnatis hanc obſeruantiæ notã, paulò poſt erit, vt obſeruẽ magis. magis? quomodo? maiori nõ animo, ſed opere. id iã ſatis eſt, me obſeruare, obferre non calamiſtrum artis, ſed amoris candorem, non palpum aulæ, ſed Turnerum ſcho-

nam ſcripſeram primus
o, ſed priuata amicis
amico placui omni par
alati. publicè ea pſe
i, ſub tuo nomine,
t ſaltem placeam
Sauetur ab his
nos conatus
s, Alanum
um tamẽ
onarum
eſtre
his
r'ſ

ſcholæ, id eſt gratum. gratus non poteſt eſſe g
tus ei, in cuius omnib. ſummis illud ſummũ, e
gratum Deo. ſuppreſsi meũ nomen. tantũ eſt
me: de rebus noſtris publicis, id vnicum certu
eſſe omnes priuatas. immò ipſe Deus priuat
tàm ſcil. bonus ipſe in ſe, quàm cuiq; bonus. na
videmur cogitare, non quis ille, ſed cui ille: c
refe- rimus illũ ad ſingula, ad quem debebant r
ferr- i ſingula, peruertimus & euertimus om
nia. id ſigni, quòd tanti religio, quanti nob
ita vt pauci curaremus euerti religione
ſi no- nõ cum illa. ſi eſſemus, qui deberemus e
vni- N. non terreret omnes, fungus ipſe h
min- m ſine re, ſine ſpe, ſine clientela, ſine De
mag- na pœna timere; maior timere vermicu
hom- inum, maxima, timere ſine cauſſa timor
Na- ſi Imperator oſtenderet tantùm ſe Im
pera- torẽ, caderet certè iſte Golias nõ lapide, ſe
flat- . Venit mecũ ex Gallia Edoardus Coffin
Cor- nubiẽſis, iuuenis ferocul9, & ſe amãs ſine r
al- fret vestra beneficẽtia venit Romã. R
llustriſsimũ, quàm poſſũ ſummiſsiſsimè, e
gat alumnis Collegij, iuuenẽ certè tàm b
genij, quàm alti animi. Spero fore e
dice florem, ſi fibræ elati animi,
ling

beræ fuerint diſciplinæ vel falce ex-
ſulco cohibitæ. etiam bona mentis eſt, i
ilicet tanquam equum ferocientem ſa-
uis molliat popiſmo, quàm frangat
Spero illi, à vobis; patriæ, ab illo. Va-
luſtriſsima ſua Celſitudo, Angliæ, Ec-
mihi.

XVIII.

VERENDISSIMO ET IL-
riſſimo Cardinali Stanislao Ho-
iſcopo Varmienſi, &c. Epiſtola de-
licatoria, quam diſputationi Phi-
loſophicæ præfixit Al-
bertus Polonus.

VEhemens illa notio, qua homines penè im-
pelluntur ad grati animi ſignificationem,
c eſt humanis mentibus anticipata, ac diuini-
us informata, vt quo quæq; ætate ſinguli acrio-
ri iudicij vi præditi erant, eò huius notionis il-
luſtrius monumentum poſteritati prodiderint
reconditas Ariſtoteles naturas nulla adhuc ar-
te aſtrictas, illigauit in methodum, quò ſui Phi-
lippi beneficia recompenſaret: Virgilius poëma
heroi-

heroico numero magnificũ, quo ſui Cæſaris beneficentiam aliqua parte aſſequeretur; magnus ſibi Cicero videbatur remunerator, quòd Bruti laudes ſcriptis ſuis exquiſita illa arte ac puritate diuinis ſæpius inſeruerit. quid multa? huius notionis inſtinctum ſic Deus per omnium mentes quaſi proſeminauit, vt ruſticus ſuo Alexãdro radice, hortulanus ſuo Dionyſio roſa voluerit videri gratus. ſed miſellum me, qui ad animi grati ſignũ quantulumcunq; ſic velim maxima, vt non poſſim mediocria; ſeu potius ſic poſſim mediocria, vt non ſperem minima. quid? poëma non poſſum, aut aliquid ſummũ cum illis ſummis; roſam non volo, nec aliquid infimũ cũ iſtis infimis: nõ quòd roſa mea, id eſt, leuidenſe quodã munuſculũ tibi nõ futurũ ſit gratiſſimũ, ſed quòd hic meæ gratæ mẽtis igniculꝰ impreſſꝰ à natura, ac à tua beneficentia excitatus propè ad ſummã flammam ſic parturiat aliquid ſummũ, vt nihil hæ meæ vires nõ velint edere infimũ. Atq; vt poſſint fortaſſe aliqd edere mediocre, tamẽ hanc meã volũtatẽ gratã ſemper parturire aliqd magnũ, hoc profectò non infimũ ſed ne videar verba, nõ facta velle referre tuæ munificẽtiæ, en hodiè (Illuſt. Card.) illud reddo, ꝙ ſi à

Digitized by Google

à te mihi datum fuerit liberaliter, à me tibi redditum videbitur non ingratè. Quippe cum liberalitas veræ virtutis expenſa librili tàm magnanima ſit, vt beneficiū ſe putet accepiſſe, ſi quos ipſa affecit beneficiis, illos plurimis poſſi ornare; tuæ liberalitati, quæ ad virtutis normam omnia diſpeſcit, has theſes offero; quæ cum nudæ ſunt, implorāt tuam opem; cum tuæ ſint, confugiunt in tuam clientelam. quas ſi receperis, & me reddidiſſe quod tuum eſt, gratiam mi videbitur ſignum, & te texiſſe quod nudum eſt, ſingularis munificentiæ tam certum iudicium, vt reliquorum beneficiorum, quibus me plurimis ac maximis amplificaſti, hoc vnum futurum ſit abſolutio quædam ac perfectio meæ fœlicitatis & tuæ liberalitatis expleta numeris.

XIX.

ROBERTVS TVRNERVS Reuerend. & Illuſtriſſ. Cardinali Minutio de Minutijs S.P.D.

CVm ſuſurrus neſcio quis primùm increpuiſſet, ac tandem increbuiſſet fama, (famæ pedem

pedẽ noſtri principio ſentiri, poſtea graſſatorẽ) Pontificem. O. M. virtutẽ doctrinãq; tuã in eo collocaſſe loco, vnde proximus eſt ad ſumma aditus: cœpi mecum dubitare, deberẽne gratulari rectius tuæ virtuti hunc locum, an huic loco maioris loci ſpem, verùm ex hac dubitatione in meliorem mox mentem venio, certòq; ſtatuo, aurem mentemq; tuam multò eſſe puriores, quàm vt poſsint tinnire aut prurire ad Veneres has deliciasq; verborum, quæ plus plerunq; habent vmbræ, quàm rei; linguæ, quàm mentis; vanitatis, quàm veritatis. Quare cum tu non velis audire, nec ego debeam loqui hæc mollia, hanc tandem facio mearum cognitionum ſummam, nolim vt gratulari aut tuæ virtuti hunc locum, aut huic loco maiorem ſpem, quin potius gaudere mihi, quòd tuæ virtuti iamdiù debitus honor hoc maximè tempore ſit delatus, quòd meis rationibus eſt oppidò quàm opportunum. Audiui iam altero tempore ab iis, qui ex vrbe venerunt ad nos, te in ſermones, qui de Germania ſuper alium alius natus erat, inieciſſe etiam mei mentionem. Amor eſt, inieciſſe te mentionem mei, tantum tantuli;

Digitized by Google

ROBERTVS ILLVSTRISSImo Minutio à Minutiis, S. P. D.

MIrum artificem. ita ludis, ita laudas, ita excuſas, vt non aut legerim tuo ioco lepidius, aut audierim tuo amore ſincerius, aut viderim tua humanitate dulcius. Ludis? laudo, quia ſcitè. laudas? ludo, quia indignè. excuſas? amo, quia ſummiſſè. Quicquid de parui animi homine, de febri, de ſiti, de poculis iocaris aulicorum; tu es in paruis ita magnus, in ſiti ita humidus, in poculis ita aridus, in febri ita ſanus, vt ſi hoc ſit eſſe ſimiam aulæ, neſcio quid ſit eſſe Deum ſcholæ. Non debes ergò iraſci Beruſtio, qui te talem mihi finxit, niſi tibi velis iraſci magis, qui quod poſuit ille verbis, probas factũ; idq; tàm mirificè, vt ſi huius notæ multi eſſent aulici, plures haberet aſſectatores aula, quàm cõtemptores ſchola. Quid? Satyra mea adiuuabit vt euadas? malè narras. Non enim eſt ſtultè impia, vt conetur aulam Minutio, vel tanquam annulum ſua gemmula, vel tanquam cælum ſuo Deo priuare; quin potius ſi quid ha-

het

Digitized by Google

uet dentium, in illos acuit paruarũ rerum magnos oſtentatores. Item quid loquor Satyram coram Ariſtippo? imò quid non loquor? nam ita Cynicus ſum, vt facilè contemnam Ariſtippos, non affecter Alexandros. Quare feſtinabo vt excitem Ariſtippum illum tuum. nam ſi pungat, perdo. reliqui ex aula Ariſtippi cùm viderint, quàm non ſit tutum, petere dolium Diogenis, mouebuntur exemplo, incipientq; eſſe admiratores potius dolij quàm palatij: niſi inanis ſplendor iis mentis aciem ita perſtrinxerit, vt malint eſſe in palatio miſeri, quàm in dolio felices. Quanquam ſi tu mihi Ariſtippus futurus ſis, temperabo ſtylum, facileque meminero, rem mihi eſſe cum eo, qui vt poteſt eſſe dicendo Ariſtippus, ſic faciendo ſolet eſſe Minutius, id eſt, officioſus, id quod in hoc mei amici honore verè agnoſco.

XXI.

ILLVSTRISSMO CARDInali Morono, nomine Academiæ Duacenſis.

ROMAM.

IS eſt bonorum omniũ ſenſus (Illuſtriſſ. Cardinalis) te in omni genere laudis ita excelle-

Digitized in Google

re, vt non videaris homo communi natura lege natus, ſed aliquis ex annalium memoria, his impeditiſſimis reip. temporib⁹ è medio cælo excitat⁹, qui res Eccleſiæ miſerè diſſipatas in integrũ reſtitueres. nã diuinũ profectò eſt, longèq; ſupra iſtius ætatis virtutem, cũ ſinguli ferè cogitationes ſuas in iis rebus ponãt, quæ perexigua temporis circũſcriptione definita fluunt, diuitiis & honore; te omnem ingenij tui cõmentationem in illis figere, quæ cum ætate florent, nullaq; vnquam vetuſtate extabeſcunt, virtute & religione. vnde tantùm abfuit, vt cogitaremus nos aliquam inuidiam ſubituros, quod ad te ſcribimus ignoti, vt potius in certiſſimam ſpem veniremus fore, vt noſtræ literæ ſumma animum tuum perfunderent voluptate, nõ propter orationem, quæ ſunt textæ longè tenuiſſima, ſed propter rem, quâ conſtant longè grauiſſima. nam ſi vlla ſit cauſa, quæ virtutis radices in Eccleſia Dei poſſint defigi altius, vel religionis fines in orbe terrarum poſſint proferri latius, illa illa profectò eſt, quàm hodiè ad tuam celſitudinem afferimus, plenam quidem pietatis, vt nobis agentibus videatur perhonorifica; & charitatis pleniſſimam, vt te patrono

cen-

teneatur digniſſima. Diſceſſerunt ab Anglia adoleſcentes, vt in denſiſſima hæreſeos nocte non inuiti, vt à patria non libenter, viuunt apud nos vt in ſummis rerū anguſtiis nō ſedatè, vt apud viros Catholicos nō impatientes: vnde nos, quicunq; ſinceræ religionis luce perfundimur, ſic diſſerimus, quòd fugerint à ſua patria propter hæreſim, pios eſſe; quòd hæſerint in noſtra patria propter religionem conſtantes eſſe, vt ſi piis non fauerimus, videamur hæreſim induiſſe, & ſi conſtantes non fulſerimus; religionem exuiſſe. ſed cū grauiſſimo fortunæ vulnere ita percuſſi ſint, vt nihil aut perexiguū aliquid ad tantam inopiam ſubleuandam ex noſtra tenuitate promere poſſint, id ſolum, quod poſſumus, à tua Celſitudine enixè contendimus, vt cum in ſummo fortunæ gradu collocatus poſſis ſumma, virtuti hoc tribuas tuæ, vt velis iſtorū inopiæ ita ſubuenire, vt quarū literarū præclariſſima fundamenta iecerint in patria hæreticis ſordibus infecta, earum curſus non frangantur atq; obruantur in patria Catholica fide imbuta. id conſequentur facillimè ad illorum incredibilē lætitiam, citiſſimè ad Eccleſiæ ſummā vtilitatem, cōmodiſſimè ad tuam ſingularē glo-

riam, ſi qua vales apud Beatiſſ. patrem gratia id effeceris, vt certam penſionem conſtitutā habeant, qua tempus iſtud paupertatis acerbiſſimū, ſolitudinis grauiſſimū, exilij miſerrimum, in literarum ſtudiis, in hac noſtra Academia cōficere poſſint. quod illis cōſecutis, vt erit longè gratiſſimum, non tàm quòd tanto bono fruantur, quā quod te authore fruantur; ſic tibi profectò longè glorioſiſſimum, qui dum vno eodēq; beneficio & exules miſeria, tāquā fluctu obrutos erigis; & pauperes ſolicitudine, tanquā aculeo, cōfixos, ſubleuas, nomen charitatis gloria ſempiterna, & Angliā religionis luce clariſſima illuſtras. qd inquis? an Anglia hac ratiōe ex hæreſi in lucē Euangelicā vindicabitur? hoc vno tuo in illos beneficio ſperamus (Morone) id effectū iri. quā rē non cōiectura aliqua leui, ſed oculis penè & manib⁹ tenere videmur, cū quotidiè ad nos frequēter ſe traijciāt illis gentis electiſſimi adoleſcētes. cuius rei ſtudio? religionis ardētiſſimo, vt antiquæ virtutis viros ad nos cælitus penè lapſos miremur. qua indole? optima, vt tàm electa iuuētute noſtrā Academiā eſſe amplificatam feriò triumphemus. quo labore? ſummo, vt ſacras literas nō cū cæteris ſenſim imbibere,

bere, ſed penitꝰ exhaurire velle ſoli videantur. quorũ quinquaginta vnius domꝰ, tanquã collegij, ſeptus ſub p̃ſide eiuſdẽ natiõis Doctore theologiæ digniſſimo, eiuſdemq; profeſſore regio incluſi, eadẽq; ſtudij Theologici ſocietate arctiſſimè deuincti, ſummã expectationẽ omnibꝰ excitarũt. quã nobis alũt, augẽtq; quotidiè alij theologiæ laurea meritiſſimè inſigniti, alij ſacris ordinibꝰ piiſſimè conſecrati, omnes excellentẽ doctrinã cũ illuſtri virtutis laude sũma animorũ cõſpiratione iungẽtes quid cẽſes doctiſſime Morone? propter decẽ bonos Sodoma & Gomorha ciuitates omni turpitudine notatæ ab incendio futuræ eſſẽt integræ, & propter quinquaginta ſingulari virtute præſtãtes Anglia hæreſis dedecore operta nõ tandẽ liberabitur? quid cenſes clariſſ. Cardinalis? vnꝰ Auguſtinꝰ Anglos ſuperſtitione cõflictatos ad fidẽ cõuertit, & quinquaginta adoleſcẽtes Auguſtini ſpiritu cõcitati rẽ Anglis non reſtituant? ſed in quinquagenario Anglorũ numero quid ponimus momẽti, cum infinitus penè numerus eorum, quorũ ingenia mirantur, eloquẽtiã ſuſpicit Anglia, propoſita tenui ſed certa viuendi ratione, facilè elici, & in hanc Academiam euocari poſſit: ve

videatur res ſummi doloris plena tot iuuenes
ad hæreticorum delicias, tanquam ad Græca
pocula adhæreſcere, quod deſit Catholicus, qui
tanquam Vlyſſes aliquis, eos omne genus deli-
ciarum affluentius haurientes tenuis pecuniæ
ſpe in Catholicam regionem & religionẽ pelli-
cere velit. has tu tibi partes aſſume, hoc benefi-
ciũ Anglis à ſanctiſsimo patre tu cura, Morone;
quòd ſi feceris, vide quid agis, qui non quinqua-
ginta Anglorũ ſed totius Angliæ atq; adeò Ec-
cleſiæ partes ſuſcipis; vide quantũ agis, qui mul-
torũ animas ad inferos iam iamq; amandandas
in cœleſtẽ patriam aſſeris, vt cùm nihil hoc vno
in hac rerũ immenſitate poſsit reperiri maius,
nihil profectò ſit hoc vno tua virtute, pruden-
tia, charitate digniꝰ. potuit fortaſsè hoc officiũ
ab aliis expectari oportunius, ſed nõ potuit pro-
fectò ab aliis expectari iuſtius. ſummus es, hanc
perſonam ſi voles (vt vis) tueri, ſumma non niſi
à te manare debent, vt ſileã Anglorũ hanc eſſe
cauſam, quã ſi ad alium, quã ad te, deferremus,
illis à nobis maxima iniuria eſſet illata, quos eiꝰ
opera priuaremus ſumma in cauſa, cuius pro-
penſiſsimam beneuolentiam experiuntur om-
nibus in cauſis, vt in hac ſua proſtrata fortu-
na,

na, Morono Mæcenate & patrono ſe ſo-
lùm beatos eſſe putent, quos in ſquallore iacen-
tes, lachrymiſque totos manantes his te vo-
cibus coràm affari cogita: tuam imploramus fi-
dem Morone, quos ſi ſordidatos mireris, exules
agnoſce; ſi lachrymãtes doleas, miſeros foue. pa-
tronꝰ es, ne repellas alumnos; pater es, ne auer-
ſeris filios. ſi tu nos deſeras, perimus, qui ſinguli
ita timemus peiora, vt animo penè frangamur,
& omnes ita ſperamus meliora, vt te ſolũ nita-
tur. exora (vt potes) à ſancto. patre omniũ no-
s pecuniã, vides quid inde tibi accedet gloriæ,
bis lætitiæ, tuæ Angliæ vtilitatis. maxima
rumꝰ, & à te ſolo (Morone) ſperamus, dum a-
nis libentiſſimè recolimus Collegiũ Germa-
ĩ Romæ tuo hortatu maximè fuiſſe excita-
n quo adoleſcẽtes Germaniæ pietate ad do-
iam rectius dirigendã, & doctrina ad pie-
r facilius imbibendam informati, hæreſe-
ras ex Germania euellere poſſint. eadem
hæreſeos caligo offuſa eſt, eadem tuæ hu-
atis lux hanc nobis caliginem diſpellat:
vulnus inflictum, eandem adhibe medi-
eadem ſeruitus noſtris ceruicibus in-
odem modo nos in libertatem vindica-
ſi haberemus certum quid, quo vitam

ſiâ te mihi datum fuerit liberaliter, à me tibi redditum videbitur non ingratè. Quippe cum liberalitas veræ virtutis expenſa librili tàm magnanima ſit, vt beneficiũ ſe putet accepiſſe, ſi quos ipſa affecit beneficiis, illos plurimis poſſi ornare; tua liberalitati, quæ ad virtutis normam omnia diſpeſcit, has theſes offero; quæ cũ nudæ ſunt, implorãt tuam opem; cum tuæ ſint, confugiunt in tuam clientelam. quas ſi receperis, & me reddidiſſe quod tuum eſt, grati animi videbitur ſignum, & te texiſſe quod nudum eſt, ſingularis munificentiæ tam certum indicium, vt reliquorum beneficiorum, quibus me plurimis ac maximis amplificaſti, hoc vnum futurum ſit abſolutio quædam ac perfectio & meæ fœlicitatis & tuæ liberalitatis expleta numeris.

XIX.

ROBERTVS TVRNERVS Reuerend. & Illuſtriſſ. Cardinali Minutio de Minutijs S.P.D.

CVm ſuſurrus neſcio quis primùm increpuiſſet, ac tandem increbuiſſet fama, (fama pedem

ſi noſtiprincipio ſentiri, poſtea graſſatorē)
ntificem. O. M. virtutē doctrinaq; tuā in eo
ócaſſe loco, vnde proximus eſt ad ſumma a-
s: cœpi mecum dubitare, deberēne gratulari
ius tuæ virtuti hunc locum, an huic loco
ris loci ſpem, verùm ex hac dubitatione
eliorem mox mentem venio, certòq; ſtatuo,
n mentemq; tuam multò eſſe puriores,
vt poſsint tinnire aut prurire ad Vene-
s deliciasq́; verborum, quæ plus plerunq;
t vmbræ, quàm rei; linguæ, quàm men-
initatis, quàm veritatis. Quare cum tu
lis audire, nec ego debeam loqui hæc
, hanc tandem facio mearum cogni-
ſummam, nolim vt gratulari aut
tuti hunc locum, aut huic loco maio-
n, quin potius gaudere mihi, quòd
tuti iamdiù debitus honor hoc ma-
npore ſit delatus, quòd meis ratì-
ſt oppidò quàm opportunum. Cu-
alteiro tempore ab iis, qui ex
enerunt ad nos, te in ſermones,
rmania ſuper alium alius natus erat,
iam mei mentionem. Amor eſt, in-
, mentionem mei, tantum tantuli;

 honor

honor, te inieciſſe honorificam mentionem mei, qui id tantùm habeo honoris, amari & dici à tui ſimilib⁹, quos Romana Eccleſia honorat, & virtus, Romanæ Eccleſiæ mater, filia, magiſtra. Etiam palmarium eſt hoc tempore, ſi velis iam mihi non dicere tantùm bene, ſed etiam facere: id quod potes digitulo, poſitus in hoc loco, & debes mihi certè, tui nominis iam diu ſtudioſiſſimo, & tacitè gratulanti virtuti prudentiæq; tuæ, rem, ſpem, omnia. Ne te teneam, res hæc. Habuimus, ego Germaniam, Germania me vndecim plus minus annos, ego illam cum voluptate, illa fortaſſe me ſine fructu, certè tamen conantem, ſudantem, in Academia, aula, alibi. Septem annorum cogitationes & ſtudia fixiſſe in Academica re, etſi Athenis hoc ſatis fuerat ad ciuis nomen & ius, ego tamen hanc molam in Germania diutius verto, vt ciuis, ſine tamen ciuis vllo hactenus iure aut beneficio, quod quidem habeat honoris aut loci inſignem aliquam notam; niſi fortè hanc honoris inſignem notam interpretor. Quanquam ex meorum laborum eum meto fructum longè maximũ, vt èx meis diſci-

pulis

Digitized by Google

ium Regi Polono ab Epiſtolis,
identem inter tribunalis illius
n trium Academiarum Cathe-
ictos ab aliis reip. laboribus.
dit occaſio, vt poßim non ſolùm
diſcipulos videre meos ſuprà me
tri paulò ſupra vulgus clerico-
tamen iure poßit dici clerico-
Fredericus Staphylus, filius
s magni, qui Eccleſiam Roma-
linguæq; ſuæ fontibus & vber-
er irrigauit, oportunum ſuis ra-
cit fore, ſi canonicatum quendam
uienſem parochia quadam mea
commutaret. De modo poſtquã
tio erat, itum eſt in eam ſenten-
vt res ad vrbem referatur,
im ſcrupus eſt. tu iuua.
Vale. Eyſtadij.

XX.

BERTVS ILLVSTRISSImo Minutio à Minutiis, S. P. D.

lrum artificem. ita ludis, ita laudas, ita excuſas, vt non aut legerim tuo ioco lepi-;, aut audierim tuo amore ſincerius, aut vi-im tua humanitate dulcius. Ludis? laudo, a ſcitè. laudas? ludo, quia indignè. excuſas? io, quia ſummiſsè. Quicquid de parui animi mine, de febri, de ſiti, de poculis iocaris aulico. im; tu es in paruis ita magnus, in ſiti ita hu-idus, in poculis ita aridus, in febri ita ſanus, vt ſi hoc ſit eſſe ſimiam aulæ, neſcio quid ſit eſſe Deum ſcholæ. Non debes ergò iraſci Beruitio, qui te talem mihi finxit, niſi tibi velis iraſci magis, qui quod poſuit ille verbis, probas factis; idq; tàm mirificè, vt ſi huius nota multi eſſent aulici, plures haberet affectatores aula, quàm cõtemptores ſchola. Quid? Satyra mea adiuuabit vt euadas? malè narras. Non enim eſt ſtultè impia vt conetur aulam Minutio, vel tanquam annulum ſua gemmula, vel tanquam cælum ſuo Deo priuare; quin potius ſi quid habet

illos acuit paruarũ rerum ma-
es. Item quid loquor Satyram
o? imò quid non loquor? nam ita
t facilè contemnam Ariſtippos,
exandros. Quare feſtinabo vt
ppum illum tuum. nam ſi pun-
qui ex aula Ariſtippi cùm vide-
ſit tutum, petere dolium Dioge-
ur exemplo, incipientq; eſſe admi-
dolij quàm palatij: niſi inanis
entis aciem ita perſtrinxerit, vt
palatio miſeri, quàm in dolio fæ-
am ſi tu mihi Ariſtippus futurus
ſtylum, facileque meminero, rem
eo, qui vt poteſt eſſe dicendo A-
faciendo ſolet eſſe, Minutius, id
s, id quod in hoc mei amici honore
.

XXI.

TRISSMO CARDI-
Morono, nomine Acade-
miæ Duacenſis.

ROMAM.

orum omniũ ſenſus (Illuſtriſs. Car-
e in omni genere laudis ita excelle-

re, vt non videaris homo communi naturæ lege natus, ſed aliquis ex annalium memoria, hiſ impeditiſſimis reip. temporib⁹ è medio cælo excitat⁹, qui res Eccleſiæ miſerè diſſipatas in integrũ reſtitueres. nã diuinũ profectò eſt, longéq; ſupra iſtius ætatis virtutem, cũ ſinguli ferè cogitationes ſuas in iis rebus ponãt, quæ perexigua temporis circũſcriptione definitæ fluunt, diuitiis & honore; te omnem ingenij tui cõmentationem in illis figere, quæ cum ætate florent, nullaq; vnquam vetuſtate extabeſcunt, virtute & religione. vnde tantùm abfuit, vt cogitaremus nos aliquam inuidiam ſubituros, quod ad te ſcribimus ignoti, vt potius in certiſſimam ſpem veniremus, fore, vt noſtræ literæ ſummæ animum tuum perfunderent voluptate, nõ propter orationem, quæ ſunt textæ longè tenuiſſima, ſed propter rem, quæ conſtant longè grauiſſima. nam ſi vlla ſit cauſa, quæ virtutis radices in Eccleſia Dei poſſint defigi altius, vel religionis fines in orbe terrarum poſſint proferri latius, illa illa profectò eſt, quàm hodiè ad tuam celſitudinem afferimus, plenam quidem pietatis, vt nobis agentibus videatur perhonorifica; & charitatis pleniſſimam, vt te patrono

cen-

iſsima. Diſceſſerunt ab Anglia
vt in denſiſsima hæreſeos nocte
: à patria non libenter, viuunt a-
ı ſummis rerũ anguſtiis nõ ſedatè,
ıs Catholicos nõ impatientes: vnde
q; ſinceræ religionis luce perfundi-
erimus, quòd fugerint à ſua patria
eſim, pios eſſe; quòd hæſerint in no-
propter religionem conſtantes eſſe,
on fauerimus, videamur hæreſim in-
i conſtantes non fulſerimus; religio-
ſſe. ſed cũ grauiſsimo fortunæ vulnere
ſi ſint, vt nihil aut perexgiuũ aliquid
m inopiam ſubleuandam ex noſtra te.
promere poſsint, id ſolum, quod poſſu-
tua Celſitudine enixè contendimus, vt
ſummo fortunæ gradu collocatus poſsis
, virtuti hoc tribuas tuæ, vt velis iſtorũ
ita ſubuenire, vt quarũ literarũ præcla-
a fundamenta iecerint in patria hæreti-
dibus infecta, earum curſus non frangan-
tq; obruantur in patria Catholica fide im-
id conſequentur facillimè ad illorum in-
libilẽ lætitiam citiſsimè ad Eccleſiæ ſummã
litatem, cõmodiſsimè ad tuam ſingularẽ glo-
riam,

Digitized by Google

riam, ſi qua vales apud Beatiſſ. patrem gratia id effeceris, vt certam penſionem conſtitutā habeant, qua tempus iſtud paupertatis acerbiſſimū, ſolitudinis grauiſſimū, exilij miſerrimum, in literarum ſtudiis, in hac noſtra Academia cōficere poſſint. quod illis cōſecutis, vt erit longè gratiſſimum, non tàm quòd tanto bono fruantur, quā quod te authore fruantur; ſic tibi profectò longè glorioſiſſimum, qui dum vno eodēq; beneficio & exules miſeria, tāquā fluctu obrutos erigis; & pauperes ſolicitudine, tanquā aculeo, cōfixos, ſubleuas, nomen charitatis gloria ſempiterna, & Angliā religionis luce clariſſima illuſtras. qd inquis? an Anglia hac ratiōe ex hæreſi in lucē Euangelicā vindicabitur? hoc vno tuo in illos beneficio ſperamus (Morone) id effectū iri. quārē non cōiectura aliqua leui, ſed oculis penè & manib⁹ tenere videmur, cū quotidiè ad nos frequēter ſe traijciāt illis gentis electiſſimi adoleſcētes. cuius rei ſtudio? religionis ardētiſſimo, vt antiquæ virtutis viros ad nos cœlitus penè lapſos miremur. qua indole? optima, vt ſàn[illegible]è lecta iuuētute noſtrā Academiā eſſe ampliſ[illegible]tam ſeriò triumphemus. quo labore? ſummo[illegible]t ſacras literas nō cū cæteris ſenſim imbibere,

it⁹ exhaurire velle ſoli videantur.
quaginta vnius dom⁹, tanquā colle-
ib pſide eiuſdē natiōis Doctore theo-
ſimo, eiuſdemq; profeſſore regio in-
ſtudij Theologici ſocietate arctiſſi-
i, ſummā expectationē omnib⁹ exci-
nobis alīt, augētq; quotidiè alij theo-
a meritiſſimè inſigniti, alij ſacris or-
ſimè conſecrati, omnes excellentē do-
lluſtri virtutis laude sūma animorū
ne iungētes quid cēſes doctiſſime Mo-
pter decē bonos Sodoma & Gomorha
omni turpitudine notatæ ab incendio
ſſet integræ, & propter quinquaginta
i virtute præſtātes Anglia hæreſis de-
perta nō tandē liberabitur? quid cenſes
Cardinalis? vn⁹ Auguſtin⁹ Anglos ſu-
one cōflictatos ad fidē cōuertit, & quin-
ta adoleſcētes Auguſtini ſpiritu cōcita-
nglis non reſtituant? ſed in quinquage-
Anglorū numero quid ponimus momēti,
nfinitus penè numerus eorum, quorū in-
mirantur, eloquētiā ſuſpicit Anglia, pro-
tenui ſed certa viuendi ratione, facilè eli-
r in hanc Academiam euocari poſſit: vt

videatur res ſummi doloris plena tot iuuenes ad hæreticorum delicias, tanquam ad Græca pocula adhæreſcere, quod deſit Catholicus, qui tanquam Vlyſſes aliquis, eos omne genus deliciarum affluentius haurientes tenuis pecuniæ ſpe in Catholicam regionem & religionē pellicere velit. has tu tibi partes aſſume, hoc beneficiū Anglis à ſanctiſsimo patre tu cura, Morone; quòd ſi feceris, vide quid agis, qui non quinquaginta Anglorū ſed totius Angliæ atq; adeò Eccleſiæ partes ſuſcipis; vide quantū agis, qui multorū animas ad inferos iam iamq; amandandas in cœleſtē patriam aſſeris, vt cùm nihil hoc vno in hac rerū immenſitate poſsit reperiri maius, nihil profectò ſit hoc vno tua virtute, prudentia, charitate dignius. potuit fortaſsè hoc officiū ab aliis expectari oportunius, ſed nō potuit profectò ab aliis expectari iuſtius. ſummus es, hanc perſonam ſi voles (vt vis) tueri, ſumma non niſi à te manare debent, vt ſileā Anglorū hanc eſſe cauſam, quā ſi ad alium, quā ad te, deferremus, il[illegible] à nobis maxima iniuria eſſet illata, quos eius o[illegible] priuaremus ſumma in cauſa, cuius pro[illegible]ſsimam beneuolentiam experiuntur omn[illegible]es in cauſis, vt in hac ſua proſtrata fortuna,

mo Mæcenate, & patrono ſe ſo-
s eſſe putent, quos in ſqualloreiacen-
ymiſque totos manantes his te vo-
im affari cogita: tuam imploramus fi-
one, quos ſi ſordidatos mireris, exules
i lachrymātes doleas, miſeros foue. pa-
ne repellas alumnos; pater es, ne auer-
s. ſi tu nos deſeras, perimus, qui ſinguli
mus peiora, vt animo penè frangamur,
s ita ſperamus meliora, vt te ſolū nita-
ora (vt potes) à ſancto. patre omniū no-
miā, vides quid inde tibi accedet gloriæ,
etitiæ, tuæ Angliæ vtilitatis. maxima
, & à te ſolo (Morone) ſperamus, dum a-
ibentiſsimè recolimus Collegiū Germa-
omæ tuo hortatu maximè fuiſſe excita-
quo adoleſcētes Germaniæ. pietate ad do-
m rectius dirigendā, & doctrina ad pie-
facilius imbibendam informati, hæreſe-
ras ex Germania euellere poſſint. eadem
hæreſeos caligo offuſa eſt, eadem tuæ hu-
itatis lux hanc nobis caliginem diſpellat;
vulnus inflictum, eandem adhibe medi-
m; eadem ſeruitus noſtris ceruicibus in-
a, eodem modo nos in libertatem vindica-
lude. ſi haberemus certum quid, quo vitam

miſellam in ſtudiis tueri poßimus, ô quot audires Anglos Theologiæ curriculum cum laude confeciſſe? quot ſe ſancto ſacerdotio ſumma cum pietate dicaſſe, qui nunc vel ſtudia differimus timentes, vel ſtudia deſerimus deſperantes. Sed ſiſtunt iam Angli orationem, noſti illorum verecundiam, qui non tàm ſolent eſſe acres in extorquendo, quàm grati in recolendo beneficio; breuiter tamen ſuam cauſam ita explicarunt, vt non dubitemus te illam cenſere digniſſimam, in qua omnes ingenij tui neruos contendas. quare non iam tecum agemus, vt hoc Anglis beneficium præſtes, ſed vt citò præſtes. id quod quam poſſumus à tua Celſitudine demißiſſimè rogamus, vt Angli intelligant te, quod rei ipſius cauſa facere debes, noſtra cauſa feciſſe citius. ſic Deum habebis tuæ charitatis remuneratorem largiorem, & nos tuarũ laudum præcones vehementiores, vt nec Anglorum cauſa aliquid feciſſe, nec noſtra cauſa citius feciſſe poßit pœnitere. Vale Duaci, tertio Idus Februarij.

Tuæ Celſitudini addictißimi
Doctores Duacenſes.

TVR-

XXII.

ERVS REVERENDIS-
ı & Illuſtriſſimo Cardina-
li Morono, Protectori
Angliæ.

*eſtro beneficio & munificentia ſingu-
qua omnes Anglos complecti ſoletis, in
Britannico & fortunarum & muſa-
m quaſi quandam iam fixiſſe videar:
m ex conſuetudine aliquot menſium
urè intelligam vberiores & doctrinæ
tis fructus in collegio Germanico poſſe
ab illuſtriſsima dominatione veſtra
oſſum demiſsiſsimè peto, vt me in nume-
umnorum collegij Germanici cooptan-
ſua Sanctitate impetret. id impellit, vt
m acrius, quòd hoc vno beneficio duobus
is commodè proſpicietur, & mihi, ſi ad
ium Germanicum migrauero; & alteri,
ı meum hoſpitij locum poſsit ſufficiꝰ fore.
oc facilè impetretur, facit vt credam, quòd
oratè cognoſco Rectorem Collegii Germa-
ab Anglis iam non eſſe alienum. quare ſi
hoc, vobis exorantibus, conſecutus fuero,
ex*

Digitized by Google

ex eodem beneficio & Eccleſia mater, quòd duos ſibi filios miſeros foueri; & Anglia veſtra, quòd duos ſibi ſcholaſticos Catholicos informari curarit, ſummum aliquid accepiſſe videbitur. Romæ.

XXIII.
ROBERTVS TVRNERVS Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Principi Theodorico Archiepiſcopo Salisburgenſi, S. P. D.

ETſi virtus, doctrina, genus, aliæ dotes Illuſtriſſimum eo in loco poſuerunt, vnde poſſit facilius me deſpicere vermiculum hominum, quàm ego eum ſummum aſpicere: Clementia tamen virt⁹ illa maximorum maxima, & Principum facilè Princeps, quàm in actionũ veſtrarum orbe, tanquã gemmam ſemper præfertis, ſe mihi primam obijcit, facitq; vt potius ſperẽ, audiri à clemẽtiſſimo, quã à ſummo timeam contemni. Ex ſole notũ eſt exire rerum omnium vitam, mortem. ſi ſe ſpargat totũ, habet ſplẽdorem, nõ vſum. quid, vſum dico? perdit, quicquid implet. at ſi radios è media nube exerat, quã

hunc,

illum, quantum ſparſus inficit, tan-
it tectus. Princeps in hac carnis la-
inſtar ſolis. ſi dignitatem ipſe ſuam
n ſemper partem, quis huc pedem?
oculum? velas igitur tuæ fortunæ
em, clementia, tanquam nube. id niſi
), immò expertus fuiſſem à V. Celſitu-
i, homo tenuiculus, & non magnæ notæ
ſcribere, nūquā certè auſus fuiſſem. Vi-
tur ego, quod ſcribo iam ad vos, contra
crimen tectus & tutus, velo primùm
Clementiæ, deinde neceſſitate huius,
quem ſcribo. eſt Anglus, Romanè
icus. ſatis expreſſi extremam hominis
ım: cùm omnes, qui quidem in hiſto-
oſtri temporis non ſunt hoſpites, ſatis le-
nihil iam eſſe in rebus, aut Anglo mi-
, aut Catholico afflictius. ſi addidero, eum
multorum annorum profiteri Romam
riſtum, videor certè adnexuiſſe tro-
laurum. quanquam ex hac lauru non ne-
li coronam. aliæ illi laudes, aliæ lauri,
loriam ampliores, ad viriditatem diu-
iores. Nam patris confeſſoris filius eſt
eſſor, vincti patris vinctus filius:
vt ſi

vt ſi Diui Pauli meritis laudis pondus ex compedibus rectè adiecerit Chryſoſtomus, huius laus ſumma ſit, compedes, vincula, tribunal, carceres duobus annis, religionis cauſſa conſecraſſe. eum Alanus Cardinalis mittit Rhemos, mihiq; hactenus commendauit, vt ſi via in Galliam audiatur à milite, alioue periculo, impeditior, ego ei proſpiciam in aliqua Academia (profitetur enim literas) quoad turbæ Gallicæ aliquid ſubſederint, aut certè quoad vis hyemis acrior ſeſe paululum remiſerit. in his anguſtiis quid facio? Gallia ardet, via infeſta eſt vndiq;, hinc à Catholico, inde hæretico milite, ille inops eſt à pecuniis & amicis, ego commendationem Cardinalis nec poſſum explere, nec vellem contemnere. quid facio in his anguſtiis? excutio omnes meæ cogitationis angulos, circumſpicio omnes Germaniæ Principes, nec ſpero mihi receptum aut aſylum, niſi in veſtræ Celſitudinis ſinu. Quare Thomas Edoardus partim veſtræ liberalitatis fama illectus, partim mea commendatione fretus, ſeſe iam dedit in veſtræ hinc clementiæ, inde liberalitatis quaſdam quaſi vlnas. Poſtquam enim illi pinxi veſtram fortunam, clementiam, liberalitatem,

tem, doctrinam, religionem, vnde inquit, maior literis ſpes, quàm à literatiſſimo? maximè cùm literæ ſuos cultores duabus virtutibus non tingant tantùm ſed imbuant, beneficentia, & ſuauitate. Qui ſtatuas & monumenta erigunt ſuæ virtutis, ſolent in locis illa altis & illuſtribus collocare, vt ſint obuia magis & conſpicua intuentibus. ſtatuæ & monumento veſtræ (Illuſtriſſime Princeps) liberalitatis vultis altum locum? eccum hunc pauperem. vultis illuſtrem? eccum Chriſtum ipſum. Nam Chriſtus eo loco habet pauperem, maximè qui pauper propter Chriſtum, vt pauperes vocet ipſum ſe. Quare rogo Illuſtriſſimum per omnes virtutes & ſuauitates ſuas, vt bonam bono viro ſpem non patiatur perire, oſtendatque in hoc vno ſubleuando, quanti facit religionem, doctrinam, Romam, Chriſtum. me ineptè nominauero poſt Romam & Chriſtum, ipſiſſima Chriſtianitatis pondera. tamen ſi Illuſtriſſimus habuerit meæ commendationis rationem, faciam non multò pòſt, vt viuat vitã mei calami, ſi qua tamen vita futura ſit meo calamo. Hanc rem tàm enixè à V. C. nunquã peterem, ſi nõ faceret valdè ad veſtram gloriã.

Z Nam

Nam cum duos Anglos nobiles anteà duobus Epiſcopis, Bambergẽſi & Herbipolẽſi ita commẽdarim, vt retulerint fructũ vberrimũ, pauperes, miſericordiæ; Epiſcopi, liberalitatis: volui Illuſtriſſimo (quem præ reliquis Germaniæ Principibus fero in oculis) tandẽ obijcere illam gloriæ ſegetem, ab eo vt orẽ & exorem huic aliquid ad exigendã Ingolſtadij vitam, quoad cõmodior tutiorq́; in Galliam aperiatur via. duo hic pecco, vnum, quòd tàm libere; alterum quod tàm multis à V. C. peto: ſed his duob⁹ peccatis meis vel tegendis, vel tergendis duo comparo ſubſidia, hinc Chriſtum, pro quo peto, inde veſtram perpetuam clementiam, quæ obuia & omnibus expoſita, mihi ſubiectiſſimo veſtro clienti (ſat ſcio) non claudetur, vel importunè petenti.

XXIV.
TESTIMONIVM.

CHaritas iubet, vt omnib. proſimus, maximè bonis. Quare cũ cognorim Thomã Edoardũ Anglum, religionis Catholicæ cauſa, iam quatuordecim plus minus annos, omnia perpeſſum eſſe mala, quæ ſecum exilium affert: eſſe certè

certè charitatis, hoc, quicquid cognoui, teſtatũ facere aliis. Iſtud eſt illi prodeſſe, bono apud bonos. Quippe non eſt neceſſè, catholicos viros pluribus rogem, huic vt opituletur: cauſa hominis tantum narrata hoc impetrat ab omnibus, quos aut Chriſtus, aut religio afficit. Si.n. qui pauperẽ tecto excipit, ei pauper ſit inſtar Chriſti: pauperes Anglos, Chriſti cauſa ferẽtes iã, quicquid mali aut hæreſeos furor, aut tyrãnidis immãitas poteſt inferre, quicũq; cõplectitur beneficio, næ is Eccleſiã, virtutẽ, Chriſtũ, vna omnes videtur cõplecti. Speciatim hæc ſũt in hoc viro digna omni omniũ cõmiſeratiõe, ꝙ patrẽ matrẽq; habuerit decimũ quintũ annũ patiẽtes carcerẽ, & quẽ ſpiritũ tam diu miſerũ duxerunt propter fidem, eum tandem in carcere reddẽtes Deo ſuo ad gloriã cœli, & terræ bonum odorẽ. Quo perfuſus hic ſanctorum confeſſorum non degener filius carcerem Angliæ longè teterrimum, duobus annis, eadem cauſa, pertulit, & iam mauult mendicus à vobis, qui legitis hæc, ſtipem petere, quàm bonis (quibus domi abundat hæreditarijs) cum labe conſcientiæ, aut labis periculo, vti, frui. Spero omnes, ad quos hæ literæ peruenerint, & in Chriſti

cauſa ſi velint rogari, rogo, vt hunc pauperem Chriſti, aut poti⁹ Chriſtum in hoc paupere exulem, omni beneficentia & beneuolentia comprehendant. Eyſtadij 9. Decemb. 1590.

Robertus Turnerus S. T. D. Collegij S. VVilibald. Eyſtadij Præſes propria manu & ſigillo.

XXV.

REVERENDISSIMO ET ILluſtriſſimo Principi VVolfgango Theoderico à Raitenau, Archiepiſcopo Salisburgenſi, S. P. D.

ETſi meæ nec frontis, nec tenuitatis ſit ſcribere, ad eum, quem Deus & virtus in tàm illuſtri loco poſuerunt; tamen in hac communi omnium gratulatione quaſi triumphantium de præmio propoſito huic veſtræ virtuti, putaui certè mearum partium, edere vnam voculam, indicem lætæ mentis, & meæ in vos obſeruantiæ perpetuam teſtem. at quis ego homo? non qui audeam, vt doctus; ſed qui debeam, vt obſtrictus gratulari, & veſtræ virtuti hanc celſitatem honoris, & huic celſitati veſtram vir-

virtutem. Veſtra in Collegio Germanico Romæ in me ſuauitas, & in omnes perinſignis humanitas, ſemina & ſigna illius prudētiæ, vſus, cōſtantiæ, generoſitatis, quibus hic honor ſummus & debetur, & decernitur, ita me Illuſtriß. Celſitudini veſtræ obſtrinxerunt; vt ſtatuam ingrati animi labem iuſtè mihi inſperſum iri, ſi non teſtarer aliquo ſigno, quantam animo ceperim lætitiam, cùm primùm audiueram hanc tàm celſi veſtri genij & ingenij virtutem in Salisburgenſis Eccleſiæ quadam quaſi vigilia collocatam. gratulantur veſtræ Celſitudini vnus honorē, alter diuitias, terti⁹ decus generis. ego verò quid? gratulor hæc omnia ita poſita in vno, vt vnus magis ornet omnia, quàm omnia vnum. tantumnè? etiam V. Celſitud. obiectam eſſe materiem exerendæ ſuæ virtutis in Eccleſiā, in remp. pietatis, beneficētiæ in omnes tàm ſeriò gratulor, vt diuitias, honorem. genus, vel non inſpiciā, vel certè inſpiciam tanquam clariſſimi cæli ſtellulas tenuiſſimè ſcintillantes. macte, Illuſtriſſime Princeps, virtute, macte conſtantia, macte fortitudine. iſtud fore ad æternam Illuſtriſſimæ veſtræ familiæ memoriam tàm certò mihi perſuadeo, vt ma-

luerim gratulando videri impudens, quàm tacendo ingratus. hactenus ſuſtinui partes gratulantis, nunc audacis. audacem facit veſtræ Clementiæ laus ſparſa in omnes partes. at qua parte audacem? Othmarus VVaibelius, Cõſtantienſis ſe veſtræ Clementiæ quàm poteſt ſummiſſiſſimè commendat. magnas progreſſiones in Philoſophia & Theologia, in iure fecit: verùm iuris medium tantùm curriculum quia exegit, nec poteſt pergere per tenuitatem ſuam, abdit ſe iam in veſtræ Clementiæ ſinum, rogatq; vt veſtræ munificentiæ ope poſſit vel Ingolſtadij vel in Italia exigere. eſt adoleſcens modeſtiſſimi ingenij, ſine fuco, ſine fumo, ſine ſuperbia, omnibus potius magnus, quàm ſibi. is etſi potuerit habere alio in loco opimam conditionem, tamen voluit prius reijci à vobis, quàm recipi ab alio. nam illius duo cognati perpetuæ vitæ operam cum nauarint ſuam Illuſtriſſimæ veſtræ familiæ ipſe ſe putat ingratum, niſi vobis offerat ſuam. Valeat Illuſtriſſima ſua Celſitudo, ſibi diutiſſimè, Eccleſiæ fœliciſſimè; meque venerabundè ad ſuos pedes proſtratum dignetur ocello.

RE-

XXVI.

REVERENDISSIMO ET ILluſtriſſimo Marquardo Epiſcopo Auguſtano, pro Vito Zazio.

DILINGAM.

NOn obliuione officij, aut naturæ quodam languore factũ eſt, cur meũ animum plenum obſeruantiæ hactenus tuæ Celſitudini literis quaſi conſignatum non aperuerim. verùm cùm hanc dignitatem, in qua te Deus tanquam in quadã ſpecula collocauit, cognouerim diſtrictiorem eſſe à negotiis & variis & ſeriis; ſubductis rationibus ſtatuebam planè potius me ſubiturum notam importuni, ſi ſcriberem; quàm inofficioſi, ſi tacerem. ſed qui tacui hactenus, vt puto, officioſè; ignoſcet mihi tua humanitas, ſi neceßitate iam preſſus ſcribã importunè. miſerat ſex alumnos Romam Illuſtrißimus Egolphus, ille, qui proximè ad Auguſtanæ Eccleſiæ clauum ſederat pius Epiſcopus, Philoſophia ac Theologia interiori imbuendos. illius opera factum eſt ac beneficentia; vt cooptati in Collegiũ Germanicũ ſtuduerimus, iã

alius Philoſophiæ alius Theologiæ, vtriq; ali⁹, idq; cum admiratione quidam, cum laude (ſi me tacuero) omnes. ſed ecce, dum plærique medium Theologiæ curriculum permenſi, operam noſtram quaſi conſecramus Auguſtanæ Eccleſiæ, declaratur edictum in Collegio noſtro, vt omnes, in Theologia confecto duorũ annorũ ſtudio, hinc in Germaniã proficiſcantur. hoc edictũ, quod interrumpens mediũ Theologiæ quaſi filũ & adoleſcẽtes priuat meliori ſtudiorũ parte, & Eccleſiã Auguſtanã taliũ adoleſcentum maximo fructu, iniquũ clamarẽ, niſi eiuſdẽ edicti vi relinqueretur locus aut Epiſcopis alũnorũ, aut patribus ſocietatis, impetrãdi alios duos annos, ſi velint. volunt, vt ſperamus, patres hoc nobis beneficium exorare, ſed qui venimus huc Auguſtani Epiſcopi opera, ac eiuſdem quaſi alis tecti hactenº hîc manſimº, eidẽ Epiſcopo noluimus tantam iniuriam facere, vt perfectionem noſtrorum ſtudiorum, quæ poſita eſt in vltimis duobus annis, potius concederemus patribus ſocietatis, quàm tuæ Illuſtriſſimæ dominationi. accedimus ergò ad tuam Celſitudinẽ ſupplices, ac ipſi nos in tuam clientelam, quaſi tradentes rogamus demiſſiſſimè, vt literis ad

Il-

Illuſtriſſ. protectores nobis impetres, vt nulla niſi valetudinis cauſſa hinc dimittamur ante confectum noſtrorum ſtudiorum curriculum integrum. non ſingulæ literæ deſiderantur ad ſingulos, ſed vnæ ad omnes. quod ſi hoc nos beneficio cumules, omnium nomine auſim polliceri fore, vt quem promiſimus ſtudiorum noſtrorum fructum Reuerendiſſimo Egolpho .i. Eccleſiæ Auguſtanæ, illum metat Reuerendiſſima tua Dominatio, idq; eò maiori noſtra alacritate, quò maius agnoſcemus beneficium in tua Celſitudine, ſi hoc perfacili modo imponas faſtigium noſtris ſtudiis, quàm in Reuerendiſſ. Egolpho, qui ſolum iecit eorum fundamentum. Valeat. Roma.

XXVII.

AMPLISSIMO PATRI STAniſlao Oſio Cardinali Epiſcopo Varmicenſi. pro Alberto Polono. præfigebatur theſibus Theologicis impreſſa.

QVi multis ac maximis cumulantur beneficiis, intimis ſæpè angũtur ſenſibus, quòd

quòd multa aut maxima non poſſunt rependere. ſic enim cupiunt, quod non poſſunt, vt oſtendant ſe malle non affici beneficio, quàm videri non poſſe, quod cupiunt. verùm cùm iſti contentius laborantes, nõ tàm vt habeant gratiam, quàm vt referant, dantis beneficio videantur inuidere ſummam laudem, aliam ego (Illuſtriſſime Cardina.) perſequar viam in memoria beneficiorum à te acceptorum gratè recolẽda. euocaſti me ex Polonia? laudo humanitatem. collocaſti in Collegio morib⁹ ac interiori Theologia imbuendum? admiror pietatẽ. amplificaſti aliis beneficiis? agnoſco & diuina & plurima, ita tamen, vt illa petam alio cumulanda longè maximo: nempe vt has meas Theſes munias aliis hinc tuæ authoritatis ad defendendã illarũ tenuitatẽ, illinc humanitatis, ad tegẽdas illarum maculas. at de tantæ beneficẽtiæ fructu, qui nihil poſſum, illũ ſolũ reddo, vt fatear me, ſi omnia poſſem, nolle referre gratiam. ignoſce (Ampliſſ. Card.) huic meo errori, ſi error tamen ſit, ac non ſummæ iuſtitiæ ſumma ratio. non equidem hoc volo, quòd nollem eſſe gratus, ſed quòd hoc ipſum, nolle referre gratiam, putem eſſe grati animi certiſſimum

mum indicium. virtus namque quæ vera eſt, omnique euoluta ſimulationis integumento, ita ſibi ſoli eſt merces, ac fructus ſummus, vt ipſa ſe fruatur iucundius, ſi nihil aſciſcat extrinſecus ſubſidij aut ornamenti: vt ſi videar velle reddere beneficium beneficio, id quoque videar velle tuam virtutē priuare hoc fructu, & mercede, ac adeò tuorum beneficiorum magnitudinē facultatulæ meæ perangustis includere terminis. quod ſanè tam abeſt ab animo meo velle, quàm à facultate poſſe: recipe ergò me in iſtis Theſibus, idq; ſine ſpe referendæ à me gratiæ recipe, vt ex te vberior in te redundet virtutis tuæ fructus. ſi reijcis, miſerum; ſi recipis, fœlicem facis. id non poteſt tua bonitas, hoc non ſolet tua humanitas.

XXVIII.

ROBERTVS TVRNERVS Nicolao Fitzherberto nobiliſſimo adoleſcenti, S. P. D.

BONONIAM.

QVid? Bononiam fingere Fitzherbertos ad fraudem? tàm citò? tàm affabrè? ſole-

ſolebat illa eſſe magiſtra cudendæ linguæ, eius ſummam eloquentiam admirabar in Oſorio. ſolebat eſſe pectoris formandi artifex, eius interiores literas ſuſpiciebam in D. Thoma; ſolebat eſſe morum poliendorũ excultrix, eius venuſtulam formam amabam in Panocorollo: ac nunc tàm ſubitò quaſi quodam Cyrceo poculo, pro terſiſſimis Oſoriis putidos, pro doctiſſimis Thomis futiles Vallas, pro politulis Panocorolis Fitzherbertos ſufficere, doli inſtruendi tàm egregios artifices? miſimus te hinc tingendum literis, ac hac politiori literatura excolendum, & ecce te nobis prodis factum ex fraude, ſeu verius fictum ad fraudem. ô inanes ſpes hominum. quem certa exemplorum ratio fecerat vt ſperaremus Bononiam vel limaturam vrbanitate, vel expolituram ſuauitate, eius ingenij commendationem euertiſſe tàm facile? quanquam non eſt, cur oratione interrogatiunculis conciſa, breuiterq; interpuncta, admirationem, ac quendam quaſi dubitantis ſtuporem exprimam, cum ſic ſoleant fluere tempora (ſi omnium temporum replicemus annales) vt vna eademq; ciuitas aliis atq; aliis temporibus alios atq; alios mores proferat. Venetiis quid habuit

habuit orbis aut robore iuuentutis neruoſius, aut magnitudine animi altius? at nunc omnia narrant omnes (niſi malè fortaſſè narrent tàm magnificæ vrbis potius inuidentia, quàm culpa) eſſe fractam, ac exectis virtutum neruis planè languidiuſcula. Si quam ex tota antiquitate velles eruere ciuitatem veræ diſciplinæ ſeueritate aſtrictam, rectæq́ præceptionis lege commodè deuinctam, ad cuius præſcriptionem reliquas formares, nonne Romam eruas? Romam certè, niſi hoſpes ſis in antiquitate. at Romani mores ſuperioribus his annis, antequam fuerant vel à Pio Quinto reuocati ad antiquitatis calculos, vel Gregorij diuina penè conſilio effic̃ti belléq́ expreſſi ad Apoſtolicam formam, tàm lapſi erant ad mollitiem, vt Romam frequentiores venerint praui ad voluptatum fœditates licenter hauriẽdas, quàm ſancti ad pias motiones cœlitus delibandas. quid conquiro Mediolanum? quid Londinum noſtram? fuit hæc caſtiſſima, illa ſpurciſſima: at nunc quaſi conuerſo orbe, Mediolanum nitet caſtitatis laureola, ſordet Londinum liberi lecti vitio. neq́ hæc ſcribo, vt ciuitatibus, quas mundus habet præſtantiſſimas, notam aliquam

inuram,

inuram, ſed vt Bononiam, qua nihil ſol vidit elegantius, vindicem ab infamia, in qua iaceret neceſſariò, quia verè, turpiſſimè, quia ſola; ſi reliquæ ciuitates nulla nouorum morum oblitæ prauitate, in antiqua illa virtutum ac benefactorum conſtantia permanerent. quanquam ciuitatum hæc quidem culpa non eſt, cum eadem ætate diuerſæ ciuitates, hæc virtutis floreat laude, illa vitij obſoleſcat litura, temporum eſt. at cùm eadem videamus tempora, & deteſtari fœdos Londini amores, & adamare Mediolani nitidulos mores, quo modo temporum eſt? temporum nõ eſt, ciuitatum non eſt, hominũ eſt, qui diuerſis in ciuitatibus ijdem, aut ijſdem temporibus diuerſi dum prauitatis aut bonitatis conſectantur ſtudia, ciuitates ac tẽpora ſua vel bonæ exiſtimationis cumulant laude, vel fœdæ infamiæ contaminant macula, vt non tã Bononia Fitzberberto, quã Fitzberbertus Bononiæ aſpergat notã, dum malit fortaſſè habere linguã inſtructam Bartoli fraude, quã mentẽ aureolis Bononiæ moribꝰ egregiè perpolitã. amplifico rem, vt videas errorẽ, qui eò fœdior eſt, quò magis eſt implicitus cum ciuitatis tàm doctæ, tàm pulchræ,

ebra, tàm cultæ fœda infamia. at quem loquor errorem? dixi me Roma diſceſſurum ante Kalendas Iulij; expectabas Bononiæ præſentem, calores non videbantur tuto excipiendi; in ipſo temporis veſtigio ingreſſurum viam, longinquè profecturum epiſtola nolebas proſequi fruſtrà. ô verſutum hominem. in literis eliciendis, ac negligentiæ excuſatione qui tàm officioſi hominis nedum verſuti præ te fers ſpeciem, quam ſumeres perſonam, ſi de latifundiis, de agris, de re nummaria ageretur? laudas conſilium de itinere reiecto in commodius tempus, effers voluntatem propenſam in omnia officia, amas gratum animum in reponẽdis beneficiis, lætaris mihi oportunitatem obiectã oppidè quã commodiſſimã abdendi me in literas. nõ poterat ſanè ipſe Bartolus callidi⁹; ita auceps es tẽporũ, officiorũ, locorũ, ſyllabarum, minutiarũ; ita rectiſſimã tibi munis viam ad orationem ad librum. de libro autem ac oratione cùm primùm miſſa vox eſt, quàm te omni parte iactas? quàm pugnas acriter? faucibus quàm premis arctè? aut fallor, aut putas te me conſtrinxiſſe medium. ex caloribus tempore veſpertino ſubſidentibus, ex ſtudiorum intermiſſo curriculo, ex collegii latebra

ſepoſita ac quaſi ſegregata à hominum commu-nione, ſeu potius contagione, ex minutiſsimis deniq; rebus putas te maxima colligere momenta rationum, quibus me opprimas. quid? tàm facilè putas opprimi Turnerum à Fitzberberto? aut cauſa cadere tàm citò laqueis quaſi irretitum à iuriſperito theologum? hoc ſi putas, vel non ſatis vides, quid ſit in theologo acuminis ad expediendos omnes iuriſperiti laqueos, aut non ſatis animaduertis quid ſit in Turnero roboris ad Fitzberberti omnia tela eludenda, ac penitus elidenda. intermiſsio eſt lectionum? intermiſsio, ſed quæ pluribus nos aut occupationum laboribus, aut repetitionum curis, aut diſputationun clamoribus implicitos torqueat, quàm quo tempore lectiones calebant maximè. ſi diſputationes ſeruantur quotidiè ex diſputationibus, ac curæ nectantur ex curis, vt vix reſpiretur, nihil ſanè debuiſti ponere momenti in cõmodo temporis veſpertini aut antemeridiani ſtudio, niſi tàm ſis iniuſtus, vt velis me veſpertini aut antemeridiani oportunam commẽtationem figere in rebus leuioribus, ac interiectum calorum tempus periculosè collocare in his theologiæ reconditioribus literis, de portis

noſtris

noſtris quod adfers, putidum ſanè eſt. patent tuis literis callidè querulis, non patent tui ſimilibus, vultu, voce, ocello ſuauiter delinientib⁹? vides tuam ſubiectionem, quàm nihil colligat neruosè ac conſtanter. Si non plus haberet artis quàm ponderis, tàm facilè te contemnerem inepte rhetoricantem, quàm poßim omni irriſione ludere callidè Baldizantem. vis vt diligenter cogitem, quo cum mihi res eſt? benè mones, video cum iuriſperito, mallem cum Fitzherberto: tamen ne iuriſperitus callidè verſipellis plus videatur apud me habere pōderis ad intercidendum ſtudium inchoatū, quàm ad perficiundum Fitzherbertus ſincerè candidus, omni contentione efficiam, vt Fitzherbertus potius amet officioſum Turnerum, quàm iuriſperitus experiatur iuſtum Theologum. Sed heus nollem putes me tàm ſanctè polliceri, vt ſi non liberem fidem, vellem mecum lege agi de fide violata. nam in hūc meum diſceſſum incurrunt tam multa de libris vendēdis operoſa, de commeatu comparando neceſſaria, de Eccleſiis obeundis ſancta, de aliis nectendis rebus grauißima, vt quòd omnia conieccerim in iſtas anguſtias, negligentiæ; ſi coniecta tandem cōtem-

nerem, ſtultitiæ notam neceſſariò ſubirem. quid ergò expectes à me, mea non contemnente certi? quid ſtatuti? id vnicum, quòd tàm libenter vellem tua cauſſa omnia ſumma, quam poſſum iam neceſſariò mea negligentia nihil certi. Sed ne nihil expectes, venio proximo Septembri Boniam Licentiæ inſignibus non tàm mea voluntate, quàm impulſu alieno ornandus. rides Licentiæ Italicæ inſignia? rogant condiſcipuli, hortantur amici, adferunt ratione͂ mearu͂ reru͂ perneceſsariam illi, qui in meis rebus non ſunt peregrini. nam cum publici profeſsoris debeam tueri perſona͂ Ingolſtadij, co͂tendunt pene ſacrame͂to, me non poſſe honorificè, niſi honeſtatu͂ ab aliqua Academia. quare cum partes mihi imponantur huius honoris neceſſariæ, à nulla certè Academia aut poſſem velle libentius, aut velle͂ poſſe verius ornari quàm à tua Bolonia, vel quia Bolonia eſt, vel quia tua eſt. Sed rogo, ac adeò per tuam te Bononiam obſecro, vt me bees. potes facilè, quid pateris, vt te rogem? debes amicè, quin anteuertis, ne obſecrem? premor pecuniarum anguſtiis, noli timere, nihil hoc ad te. audio Illuſtriſ-

ſimum

ſimum Paleottum plurimum poſſe apud Comenſem, ſi Broronus Shepreus, ac tu huc conferatis cogitationes, vt vnas Illuſtriß. Paleotti ad Comenſem eliciatis literas, quibus tenuitatem exulis, Angli miſeriam, honorem alumni Pontificij, exilij foris, domi carceris pœnam pro fide toleratam non dico exaggeret, ſed pro ſua charitate commendet, ô me fælicem, & veſtra cauſa fælicem. non eſſem tàm gnauiter impudens, vt vellem has officij duriores partes tibi imponere, niſi Shepreus in his partibus ſolus eſſet fortaſſe, qui viderit & domi carceris mei lætitiam, & foris exilij mei dolorem. quod ſi hic Paleotto notet tantum carcerẽ domeſticum, ac primis lineis ducat, leuiterq́; inumbret illa mea quæ Scheprei vel amor in me videbit clarè, vel eloquentia exaggerabit facilè, arripiet Paleottus occaſionem (ſolet namq́; aucupari occaſiões huiuſmodi, in quibus illius virtus eniteſcat) tanquam dignam & ſuo calamo. quia pauperis eſt, & ſua charitate, quia exulis eſt; & ſua humanitate, quia Angli eſt; & ſua infinita bonitate, quia eius eſt, qui eadem ſi non meriti, certè carceris communione cum Shepreo fuerit arctiſſimè deuinctus.

quid? timet Schepreus, ne amor faciat, vt eloquentia eius fluat liberius. ô conſcientiam nimis ſeuerè anguſtam. quin timeo potius, ne non ſatis liberè fluat? eſt amoris. at amor in amici rebus ita eſt libenter cæcus, vel potius cæcè liberalis, vt ſi poßit videre conſcientiæ tantillam labeculam, id eſt, ſi non poßit pati in commendationem ſuam irrepere aliquid officioſæ libertatis, parùm ſanè ſit vel re officioſus, vel oportunus loco. audendum eſt in amici rebus. quanquam nihil audeat, ſatis eſt deſignaſſe Paleotto me Turnerum eſſe, pauperem, Anglum, ſolum. reliqui omnes alumni diſceſſuri, ſinguli ſingulos habent Patronos vel Cardinales, vel Prælatos, hique ſibi ducunt honori, quòd alumnos Gregorianos habent clientes: & pijßimus Paleottus non ſuſcipiet libentißimè partes Turneri? pauperis? Angli? ſolius? commendante Shepreo? rogante perilluſtri Brorono? vrgente meo Fitzherberto? nolo plura, ne de ſumma veſtræ charitatis laude quicquam decerpam, ſi videar non tàm verbis exorare, quàm rationibus extorquere hoc beneficium. fac ſis tu (mi Nicolae) vt te

hac

hac in re valde amem Fitzbertum, qui hactenus in omni re probaſti me Turnerum. Vale. Romæ.

XXIX.

TVRNERVS ILLVSTRISSImo Principi Iulio Epiſcopo Herbipolenſi S.P.D.

Impudentiſsimus ſim, ſi in nulla cauſſa, auderem ſcribere, tantulus ad tantum. At ſi cauſa ſit audeo, cogitoq; , non ad quàm potentem, ſed ad quàm prudentem; non ad quàm magnũ, ſed ad quàm benignum. ſatis iuſta fuit cauſſa Lactantio, ſcribendi ad Conſtantinum, quòd Conſtantinus erat: æquè mihi cauſſa ſcribendi ad Illuſtriſsimum, quòd Iulius eſt, nomen iã veſtra virtute tàm illuſtre inter Epiſcopos, quàm inter Cæſares Conſtantinus. Nam vt hic magno facto oſtendit cunis Eccleſiæ ſubſtringendis ſalutare fuiſſe, Principem velle parere Epiſcopo, ſic Illuſtriſsimus clarè indicat, Eccleſiæ iam decrepitæ tenendæ tuendæq́; neceſſarium eſſe, Epiſcopum poſſe imperare Principi,

vim mei verbi occultamq; notionem vos multis factis explicuiſtis, quæ omnia apta miſtaque ex grauitate & affabilitate, ex iuſtitia & æquitate, ex prudentia & clementia, tanquàm aduerſi cæli aduerſis ſtellis, quæ Illuſtriſsimū iam fecerunt, æquè reuerendum, terribilem, & amabilem: quæ laus non cadit in omnem mitram, ſed in eum ſolum Principem, qui eſt dignꝰ ſumma mitra. Ad huiꝰ, ſiue prudētiæ Principem ſiue clemētiæ Epiſcopū, nō videor valdè peccare, dum ſcribo: ſcil. vt, quemadmodum in magnis negotiis habet hæc ſemper prudentia, quod agat; ſic in hoc meo facto habeat Clemētia, quod ignoſcat. ignoſcet certè, vt qui inuitus ſcribo, & pro Modio: niſi fortè facio imprudenter, qui ſcribo, ignotus pro noto Quanquam non illum commendo Illuſtriſsimo, vt literatum, vt modeſtum, vt diligentem (perſpectiſsimæ hæ vobis eius dotes) ſed vt admiratorem præconemq; ſummum illarum laudum, quas in veſtra Celſitudine vidit omnibusque omni artis colore pingit ſummas. Ego, vt dicam me fatear, anteà Illuſtriſſimum ſemper omni honore colui, veri ſcilicet Epiſcopi verum exemplar, & cum priſca illa virtute conferen-

dum

dum. Verùm ex Hesbij de vobis ſermone, eò progreſſus ſum mirando, amando, vt iam Reuerendiſsimũ colam, culturusq́ in omnẽ vitã ſim, non ſolùm vt priſcis æquatũ, ſed vt poſteris vix, ac ne vix quidem imitabilem. Quare hũc Modij amorem artemq́ in veſtra virtute ſpargenda, & tanquam exempli bona ſemente ſerenda per orbem, commendo V. Clementiæ; rogoq́ quàm poſſum ſubmiſsiſsimè, vt ſi aliquid ei gratiæ pereat, quòd cõmendatur à me, id ei redeat auctius, quod tyro eccleſiæ. Deus Reuerendiſsimum eccleſiæ ſuæ in Germania creſcenti ſeruet diutiſsimè incolumem.

XXX.
REVERENDISSIMO ET ILluſtriſſimo Principi Martino Epiſcopo Eyſtadiano.

ETſi penitus ſtatuam, tantam eſſe veſtræ mititatis & uauitatis Chriſtianæ laudem, quãtã in aliis Principib⁹ deſideraui poti⁹ quàm vidi: tamẽ fronte ego tàm delicata ſẽper fui & ero, vt pute me nõ debuiſſe hac mititate vti, niſi fuerit occaſio, nata poti⁹ à vobis, quàm obiecta

à me. ſiquidem quam Princeps bonus laborat, patêre omnibus, maximis, minimis: tam prudens & pudens vir debet omni mentis prouiſione cauere, ne hanc mititatem videatur ad res vel ſuas, vel leuiculas traducere. in nulla verò occaſione, aut certè propria, Principis bonitate vti, eſt abuti. quare ſuſtinui ipſe me, & cobibui calamum à ſcriptione, non quia nihil erat, quod ſcriberem: ſed quia ſcribendi expectabam potius occaſionem à vobis, quàm ſumebam à me. nunc verò quia elicitis, ſcribo quod elicitis. Vt placem mihi S. VVilibaldum, Diuum propitium, vt ſpero, Anglis, id eſt, tuis: vitam, mortem dico, conſecro Reuerendiſſimæ veſtræ Celſitudini. quòd ſi fortaſſè non poſſum eſſe vtilis Eccleſiæ, ero certè gratus, ſiue ſcribam, ſiue doceam.

Ingolſtadij.

RO-

XXXI.

ROBERTVS TVRNERVS Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Principi Epiſcopo Aichſtadiano Martino à Schaumberg.

Voluit Zacharias Pontifex videre Epiſcopũ, in quo eſſet repræſentata ſanctitas, aut effictaſimilitudo Bonifacij Archipræſulis. voluit, ſed non potuit, vel quòd Bonifacius fuit ſummus, vel quòd hominum iam mentes lapſæ eſſent ad mollitiem. fælicior ego, ſiue velim, ſiue poßim, qui longo poſt tempore vidi, noui, colui Epiſcopum Eyſtadianæ Eccleſiæ, qui & virgo Valpurgam, & confeſſor Vilibaldum nauiter referat. magna certè laus hoc tempore, non adulor, quia nec debeo ſanctißimo, nec ſoleo apertißimus: tantùm indico rationem, cur Illuſtrißimum & amem, & colam, petitam non ex Infula & imaginum fumis, ſed ex virtute & ſuis meritis. Quare cùm ſciam, quantum ſit, cognoſci à tanto Principe; factis ſanè oſtendam, quale ſit, colere talem Epiſcopum. mihi credat Illuſtrißima ſua Cel-

ſitudo, nihil eſſe in rebus, quod cupiam magis, quàm eſſe in veſtra non ſolùm clientela, ſed nutu. id poſtea videbit mundus, nunc hoc ſit ſignũ meæ in vos obſeruantiæ, quòd ipſo punctulo ſatisfecerim literis veſtris. Ingolſtadii.

XXXII.

ROBERTVS TVRNERVS Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Dn. Gaſpari à Seckendorff, electo Principi & Epiſcopo Eyſtadiano, &c.

QVod triuit Illuſtriſſime Princeps, vulgi ſermo, exire ſemper, & quaſi necti ex infelicitate felicitatem aliquam, id iam ego comperio veriſſimum, qui è dolore, quantum in vita ex Martini Principis obitu ſenſi maximum, vel caſu excepi, vel certè excerpſi arte rationem V. Celſitudini gratulandi, cauſam quidem lætitiæ ſi non liquidam (vt quæ ex dolore tanquam malo ouo) tamen aliquam. Anteuerterũt alii alia officia, obtuleruntq; hic manum, ille pedem; laborem vnus, pectus conſilio fœtum alter;

alter; omnes quantum ſpero, mentem nulla fuci aulæque litura inſperſam. Ego verò vltimus fortaſſè loco, ſed non vltimus affectu, conijcior eò, vt quod locus negat, promam ex affectu, qui ſi non poſſit parere aliquid magni, id tamen habebit miri, quod ex dolore lætitiam, ex morte elicuit gratulationem. Si quis Romanis magiſtratum inituris, plagæ, pœnæ, vulneris, malæ rei, malæ ſpei nomen mentionemque gratulaturus inſperſiſſet, qui adſtabant aulæ Palpones (credo vt illius cui fauebant, timorem ex malo verbo obortum, in bonam ſpem deriuarent) ſubiiciunt illam formulam, Io, viue, mali nominis bonum ſemper omẽ. Si qua vis in hoc verbo, optimum profectò omen adfero hodie, qui adfero mortem, verbum peſſimis peius, ſi rem ſuperſtitionis tanquam aurificis Chimici falſa ſtatera pendamus. Sed non rectè mihi peto ſubſidium ex ſuperſtitione Chriſtianus. Meæ gratulationi veri affectus, tanquam puti puri auri, verum pondus appenditur ex morte Chriſtiana Martini Principis, quæ via ad veram vitam, migratio potius ex corpore, quàm immigratio in mor-

in mortem à nobis, qui è Chriſti diſciplina fluximus, verè debet cenſeri & dici. Huic morti viuæ præfiximus vitam, quam is ſibi iudicio facit veram mortem, vtpote nullibi ſuam ſed totam aliorum. ſic vt vita ſi illius, cuius eſt vſibus, cenſeatur eſſe; alij Martini vitam verè dicantur, non Martinus ipſe vixiſſe. Quare mitto iam Illuſtriſſimo, Martini ſiue mortem vobis ad vitam exemplo, ſiue vitam vobis ad mortem calcari futuram. In quas nunc hanc, nunc illam ſi aliquando intueamini, conficietis certè, vt ille Martini, ſic vos Gaſparis nomini nouam & optimi Epiſcopi ac Principis Auguſtam famam. Ominor vobis hanc famam, & ominor ex magnis indiciis. Oculum, vultum, vocem habentes in ſe neſcio quid Principis taceo, virtutis indices, in Veſpaſiano & Tito veras, in Domitiano & Vitellio falſas. Primum verumque ſemen boni Principis & Epiſcopi in vobis fuit Diuam Virginem amaſſe, coluiſſe, & intra annum mille ſupra aureos in eius cultum poſuiſſe: ſic, vt auſim Illuſtriſſimum appellare D. Virginis filium. Vrge (Illuſtriſſime Princeps) hoc ſemen, vrge & occa:

occa: ſi velis ſpicàm altam & certam bonæ actionis fundere, ad cœli veræq; gloriæ meſſem. nam auguſtius quiddam eſt, & vberius etiam fructum dici Diuæ virginis filium, quàm patronum orbis. Deinde lachrymæ illæ, quibus poſt Epiſcopatum oblatum aliquot dies non ponebant modum, mihi videntur & filiæ boni animi, & ingentis ſpei, tanquam meſſis, piæ matres. Nam quemadmodum Epiſcopatum tanquam conſulatum prenſare, infinitæ ſemper fuit ambitionis, & mali plerunq; exitus; ſic in Epiſcopatus curam ſubire publicæ nõ priuatæ rei ergò, eſt animi grauidi charitate, quæ parit exemplum, famam, Zelum, tandem cœlum, niſi fortè à Dei neglectu & contemptu peßimis obſtetricibus excepta exeat in abortum, Eccleſiæ (heu) infauſtum ſemper abortum. Non ero minutus in reliquis inditiis. Id vnum eſt mihi inſtar omnium, quod Illuſtrißimus publica voce teſtatus eſt ſe conaturum, vt boni Martini veſtigia quàm poßit maximè, vrgeat. O bonam mentem. Hic ſiſtatis & perſtetis, quemadmodum Seueriano imitari Ambroſium, ſic vobis Martinum, pariet Dij Epiſcopi magni nomen. Et certè Celſitudo veſtra (ſi liceat liberè lo-

rè loqui) aliquo modo tenetur inſiſtere illam veram viam tritam veſtigio Martini. Nam vt Ambroſi⁹ Seuerianum Mediolano; ſic Eyſtadio Martinus veſtram Celſitudinem peperit ſuis lachrymis. Meminerunt omnes, quicunque à ſenis morituri ore pendebant, quibus gemitibus, lachrymis quibus bonum ſibi à Deo ſucceſſorem petierit. Hunc gemituū & lachrymarum filium alium putauimus eſſe. Verùm te (Illuſtriſsime Princeps) hunc tandem lux è cœlo aperuit, verè bonum ſucceſſorem ſi (quod cœpiſti ſeriò) pedem in veſtigio Martini altè arctèq; imprimere perſeueres, mortemque bonam bonæ vitæ filo pertexas, id eſt, te nobis quam diutiſsimè ſerues. Nam fatale id eſſe Epiſcopis Eyſtadienſibus comperio, vt non diu is viuat, qui non rectè viuit. Valeat, viuat, regnet Illuſtriſsimus diu, & nos, hanc etiam partem imitator Martini amore & beneficentia complectatur.

RE-

XXXIII.

REVERENDISSIMO SBINko Bercka Præpoſito & Adminiſtratori Ratiſponenſi.

RATISPONAM.

ETſi negotiis, quibus audio implicitum plurimis & maximis, non deberem addere hanc literarum moleſtiam: tamen cùm intelligam ea illum politum mititate & elegantia morum, vt literas eorum, qui conditiorem literaturam profitentur, perindè accipiat ac ſalem negotiorum quendam, hunc ſanè ſalem volui reliquis ſuis moleſtiis inſpergere. non poteſt fortè ſal elici ex iſto meo ſtupore, aut certè difficulter poteſt, quaſi ex ſilice. ſatis, quòd poteſt, quaſi ex ſilice. ſiquidem cum Reuerendiſſimis perpetuò verſet Eccleſiæ quandam molā, in eaq; pro ratione negotiorum quâ ſudet, quâ algeat: volo is eſſe, ex quo Reuerendiſſima V. D. eliciat, vel voluptatem recreationibus, vel ſalem curis ſuis. id videtis. nam cùm non ſit, quod ſcribam, ſcribo, quod videatis me in rebus nihil cupere magis, quàm tenere aliquam partem veſtri pectoris, in quo intelligo ſinceritatem & candorem.

dorem fixiſſe domicilium. Id me obtinuiſſe putauero, Si Pizelio ſit benè ex mea commendatione. Prenſat lauream Philoſophiæ principem. verum cum per tenuitatem non poßit aſſequi, abdit ſe in ſinum veſtræ charitatis de hac tenuitate ſubleuanda. magna hic certè ſpecies charitatis, & honoris plena. nam ex veſtra liberalitate qui habet, vt ſit alumnus: habebit etiam, ſi annuatis, vt ſit honoratus alumnus. nihil addo amplius, niſi me affectum iri beneficio, ſi hunc affeceritis. Valeat, meq́ habeat in ſuis. Ingolſtadij.

XXXIV.

ROBERTVS TVRNERVS Reuerendiſſimo Thomæ Goldu-ello, Epiſcopo Aſſaphenſi S. P. D.

ROMAM.

SI quanto amore & veneratione virtutē religionemq́ debeo proſequi, tantum virtus religioq́ poßint mea menti inurere, futurum ſanè eſſet, vt ætas nec anteacta Auguſtinos & Am-

Ambroſios veneraretur ſincerius, nec præſens Boromeos & Paleottos amaret ardentius quàm ego tuam ſiue religionem puram, ſiue integram virtutem. verùm cum natura ea me finxerit imbecillitate, vt quæ ex virtute & religione in magnas magnorum mentes ſolent diffundi amoris flammæ, eæ me potius obruant, quàm illuminent, ſit, vt cum virtutē amo, in amore deſiderem facultatem; aut cum veneror religionem, in veneratione timeam tenuitatem. vnde in magnis quicquid veneror, quicquid amo, tacitè veneror, tacitè amo, ne ſi oſtendero quantū debeo, inde pateat quantulū poſſū. Quare ſi nihil hacten⁹ dederim literarū, non hoc officij genus neglectū eſt, quòd nō venerer tuam virtutem; ſed intermiſſum potius, quòd agnoſcam meam imbecillitatem. Siquidē ſic ſtatuo, vt eſſe ingratum qui nō præſtat, quod debet; ſic qui non præſtat eó modo, quo debet, planè eſſe ineptum. at quo modo potero ego præſtare officia, beneficia illa, quibus me præſentem Romæ, abſentem Bononiæ complectebaris? quo modo potero compenſare, quòd toties patiebaris meas nugas interrumpere tua ſtudia; meas moleſtias excludere tua negotia;

id ſine ira, hoc ſine tædio? vicit vicit tuæ naturæ bonitas meam facultatem, vt ſi taceã, habeat hoc meum ſilentium plus grati amoris, prudẽtiæq́; venerationis, quàm ſi ſcriberẽ illa cõmunia, me debere, agnoſcere, amare, venerari, quæ dũ dicuntur apertè, videntur planè nulla; dùm tacitè coluntur, ſunt certè maxima. nec tamen hæc mei amoris reuerentia, lege quaſi quadam ſilentij perpetua tenetur, nunquã vt audeat loqui, quin potiꝰ, quò tacuerit anteà ſincerius, eò, data occaſione, loquitur audacius. quare cũ occaſio nõ quæſita ſit, ſed obiecta quaſi diuinitus ſoluendi huius ſilentij, vt anteà æquo tuliſti animo mei ſilentij reuerentiam, ſic iam non iniquo feres meæ libertatis amorem. quam narro occaſionem? poſtquam veni in Germaniam, multos audiui, vidi, ſingulis vel doctrinæ, vel pietatis, vel prudẽtiæ donis perinſignes, verũ in quẽ has omnes virtutes contulerat natura, vidi, audiui vnum Dominũ Petrũ STEVARTIVM *S. Theologiæ Doctorem. hic cum habeat, quod Romæ agatur ſũmũ, atq; audiat te eſſe eum, qui nõ ſumma ſolùm ſolet curare seriò, ſed ſeria etiam ſincerè, rogauit, vt ſi quid poſſim, hanc ſuam cauſſam tibi commẽdarem.*

rem. Suſcepi prouinciam non tam ambitione, vt videar aliquid poſſe apud magnos, quàm opinione tuæ virtutis, quæ in omnium negotiis ſolet eſſe certa, ſic in cauſis ſummorum vult eſſe ſumma. quare cum hic STEVARTIVS ita ſummus ſit, vt ille, quia pius, verius ornet doctum, quàm doctus, quia ſingularis, illum; rogo, quātum ſoles doctrinæ, debes virtuti, tantum vt tribuas huic viro. quod ſi, eum eſſe mihi intimum, iſtud adferat commendationi pondus, addo eo eum loco eſſe apud me, quo ſolet frater; eo me apud illum, quo debet addictiſſimus. non loquor ad gratiam, loquor ad normã, niſi fortaſſè hoc ſit loqui infra normã, dum cogor tacere non parua, ne videar loqui non vera. quare etſi non dubitem te velle pro tua conſuetudine ornare in illo virtutē & doctrinam, tamen rogo, vt intelligat aliquid illi accreuiſſe tanquam amico Turneri. facio vna opera & importunè, quia tam multis apud occupatiſſimũ; & imprudenter, quia tam paucis de viro maximo. ſed facilè ignoſces, & quod illud rarò ſoleo, & quòd hoc nunquam volo, niſi cum merita ſint maxima. De rebus publicis id vnũ eſt; Comitia fore Auguſtæ mox à Paſcha.

XXXV.

ROBERTVS TVRNERVS Andreæ Patricio Nidecico Epiſcopo Liuoniorum.

EGon' obliuiſci tui? etſi barbaries illa, quæ homines nullis literis tinctos inficit, ad intimã vſque mentem meam manaſſet: nunquã tamẽ fieret, vt quẽ amoris motũ mihi inuſsit doctrina tua, virtutis ſale ſparſa, eum ego ex animo penitus exuerẽ. nã quò quiſque natura tetriori eſt & barbariori, eò amorem virtutis & doctrinæ radicibus nixum, vt haurit difficilius, ſic pectoris quodam fotu cohibet diutius. quare amorem in te meum, ex literarum, librorũ, famæ tuæ quodã afflatu conceptum nõ poſsis cogitare depoſitũ à me, niſi cogites ſuſceptam à me barbariem, illam, quam nulla hactenus ætas vidit. quanquã potes certè fingere, & me barbarũ, & te amatũ. nã quoties pleno oculo & mẽte intueor tuũ librum (intueor certè ſæpiſsimè) toties miror Chriſtum veſtitum Cicerone, & tàm commodè veſtitum, cum laude Ciceronis, ſine labe Chriſti, vt eſſem certè omnium qui politio-

litiorem hactenꝰ literaturā profeſſi ſunt, barbariſſimꝰ ſi te in intimis ſenſibꝰ nō diligerē. poteſt ergò huius loci tàm amplo interiectu fieri, vt ego priuer tuarum literarū ſuauitate: vt tu priueris amore meo, nō poteſt fieri. amor nec includitur cancellis, nec ſpatiis excluditur. hæc amoris vis à me tibi, à te mihi ſapius literarum mutuarum quadam quaſi manu, deberet quidem ſubijci: ſed ſi non poſſit tabellariorum vel raritate, vel perfidia, quid feceris? omnia potius, quàm vt patiaris amorem hunc noſtrum è cælo hauſtum elangueſcere; quā tu mali ominis vocem ponebas in literis. per iudiciū illud, q Deus tibi in omnibus rebus dedit diuinum, ne metiaris amorē meum dictione & literis. quid dictione & literis? amor meus ſupra omne in dictionē, ſupra omnes literas. efficiā tamē, ne deſideres literas, quoties occaſio. nā materiē literarum amor eliciet etiam ex nulla re: niſi tu malis ſubijcere rē ex ſtudiis illis vel ſcholæ ſeuerioribus, vel ſubſelliorū mitioribꝰ, vt ſint literæ noſtræ, quemadmodū amoris, ſic prudētis amoris. Nobiles illos iuuenes, quos mihi cōmendaſti; cōplectar omni amore, nō tā quòd Reginæ ſunt, quā quòd Poloni nominis ſunt. ſiquidem in

Poleno nomine plurimum apud me neruorum amori imprimendo. quod tu commendas, acceſſio eſt, ſed quantula ſolet eſſe extra amoris vim illam & animam. etiam in illis enitet illud dulce, & mite, temperatione grauitatis æquabiliter miſtum; quòd nobilitatem Polonicam facit gratam toti orbi. hi iuuenes certè ita meum animum occupant, Poloniæ, tua, mititatis commendatione, vt doleam reginæ cauſſa non eſſe reliquum, quod poßim. tamen ne reginæ nomen nihil videatur apud me poſſe, aureolos iſtos pueros, quoties video, oſculabor; & quem amorem volebam incluſum tenere pectoris cancellis, eum, reginæ cauſſa, hoc ſigno, oſtentabo vniuerſis publicè, priuatim. Herburto meo es in viſceribus & medullis. non eſſes Antiſtes literarum, quas ille conſectatur? tibi dico, quàm es tu dignus, qui ameris; tàm eſt ille dignus, quem ames. Proximo octobri cogitat Italiam. Iunonium puerum, quid agis? ſi quàm facilè oculis, tàm commmodè te eriperes meis viſceribus, non eſſet ille dolor reliquus, qui ex animo ad ſenſum, ex tui deſiderio perpetuò manabit.

Ingolſtadii.

RO-

XXXVI.

ROBERTVS TVRNERVS

Ioanni Zario Zamoiſcio, reipub. Poloniæ Cancellario, & belli ſupremo Duci.

Virtutis ea vis eſt, vt in quo eſt, eum non ſinat parietũ obſtructione concluſum latere. Pauli, Antonij, Benedicti, viri mente diuina præditi, quò altius ſe in ſolitudinis latebram abdebant, & virtutem ſuam hominum obtutibus ſubtrahebant, eò fixius in omnium non ſolũ ſermonibus, ſed viſceribus etiã hærent, & perpetuò hærebant. non neceſſe, vt petam vim orationi ex memoria illa altiſſimè repetita, ex te apparet, quãti virt⁹. Nã etſi nunquã illud veſtrũ os plenũ maieſtatis intuitus ſum, virt⁹ tamen veſtra latiſſimè fuſa facit, vt nullũ videar in orbe noſſe melius. narrant virtutes veſtras alius aliã; ego nihil aut miror verius, aut laudo magis, quàm amorem veſtrum in Herbortum meum. nonnè ſpes? cogitat Galliam, Italiam, Hiſpaniã, citimã, longinquã orã, nõ vt quærat delinitiones ſenſuũ, & prout ſunt hodiè ingenia adoleſcentũ, voluptates libet ſingularũ gentiũ

propriaſ,ſed vt quid quæque gens habet virtutis,videat,& à vitij impuritate ſecretum domū comportet, ſibi honori, vſui patriæ. & quia ex Italia indè audiuit eſſe quicquid exiſtit opimi, optimi in literis, hanc ingeniorum peregrinorum cultricem niſi hoc anno viderit, & guſtarit,putabit ſe infœliciſſimum hominum. de mēte hac vultis audire liberā vocem? eſt bonæ rei malum deſiderium,cui,veſtræ autoritatis erit, ponere modum? ſiquidē ſi proximo Octobri hinc diſcedet,nunquā fiet,vt calleat Germanicē. qui poterit? iuuenis limatuli ingenij linguæ Italicæ delitiis guſtatis, hos ſanè Germanici ſermonis ſcopulos deteſtabitur poſteà, nō fugiet tātū. bonū factum (vt loquitur Plautus) ſi vnum adhuc annū apud nos figat in Germanicis, & aliis interioribus literis. nā noſtra Academia abundat doctiſſimis viris, Patrib⁹ Societatis Ieſu, aliis, ex quibus Herburt⁹ cōbibet, quod ſatis eſt huic ætatulæ. hac ratione & à nobis diſcedet Germanus, & ad vos redibit omni numero elegās. præſcribere prudentiſſimo, quæ ſtultitia? ego amo, nō præſcribo; vos vt ſtatuatis ad normā magis mei amoris quā veſtræ prudētiæ nihil peto: hoc tantū peto, vt hoc quicquid eſt amoris, à vobis ametur. Ingolſtadii.

RO-

XXXVII.

ROBERTVS TVRNERVS Iohanni Zario Zamoiſcio, Cancellario regni Poloniæ, &c.

Recepi literas, verè tuas, ad mentis meæ complicatam notionem euoluendam nihil aptius poſſum dicere aut nauius. nam ſcribere ad normam eloquentiæ, commune eſt tibi cum aliis, quos vel natura conformauit, vel poliuit ars: at principem tui loci & numeri, ſcribere ad homulum è triuio, nec ſcribere tantùm, ſed eum etiam ſibi deuincire ſuauitate & beneuolentiæ commemoratione, ita propriè tuum eſt, vt literas tantæ aut ſuauitatis, aut beneuolentiæ indices etſi poßim Ciceronis voce appellare diuinas, tamen malo communi voce vocare tuas, & ita propriè tuas, vt ſi quis fortè hanc ſummam humanitatem conetur imitatione effingere, eum ego non deum hominem cum Plinio, ſed noua formula Zarium alterum pulchrius & nitidius dixerim. nonne felix ego? fælicitatem certè maximam ſemper duxi, principibus placuiſſe viris. quam duxi,

obtinui. placui Moronis, placui Paleottis, placui Mariis Scotiæ, placui Gulielmis Bauariæ, placui aliis maximæ notæ viris, niſi ipſi præter tritã Principũ cõſuetudinẽ, & ſine ratione, me, contra quam erat, adularentur placuiſſe. nihil iſta. cumulus eſt fœlicitatis, me non viſum, ſed auditũ, & penè ne auditũ quidem placuiſſe Zario, illi, qui habet virtutum & dotium totam hanc complexionẽ, quæ heroës illos ſummos poſuit & defixit in oculis, in medullis, in memoriis hominum. dixit Paulꝰ, ſe nihil gloriari niſi in infirmitatibus ſuis; meritò, cui infirmitas erat fortis, certa Chriſti vi ſubiecta è cœlo. aptè ego, nihil me gloriari, niſi in infœlicitate mea. eſt quædã infœlicitas, quòd hæreſis me priuarit dulcedine, quam omnes ex natali ſolo liquidiſſimè hauriunt; infœlicitas tamen eſt, de qua glorior; infœlicitas, ſanè fœlix ſpe tua beneficentiæ. ſcribis, fore, vt ſentiam tuam beneuolentiam. ſenſi in literis. quid vſurpas illud, fore? quod ſi intelligis beneficium eccleſiaſticum, cuius mihi à te ſpem fecit Conradus, præfectus Herburti mei, acceſſio quædam erit non tui amoris, ſed fortunæ meæ. opto quidem hanc, non vt auarus, aucepſq; rei lau-

lautæ, ſed vt amator Polonorum. ſiquidem ſi iſtud ſit, futurum eſt, vt Poloniam imprimam meis veſtigiis, Poloniam, inquam, illam, quæ plures mihi peperit amicos, quàm reliquus orbis; Poloniam illam, quæ plures habuit noſtra ætate eloquentiæ antiſtites, quàm reliquus orbis; Poloniam illam, quæ ſuauius excipit peregrinum, quàm reliquus orbis: Poloniam deniq; illam, quæ habet Stephanum, maximum regũ, Zarium doctiſſimum Principũ gemmas orbis, & certè futuras ſtellas cælo. hæc ſcribo, non vt petam, ſed vt oſtendam latenti quadam inſtinctione me impelli in Poloniam nam cùm iam eſſem pacturus cum Friburgenſibus, Fælix meus Herburtus tàm ſuauiter mihi inculcauit Poloniã, Poloniam, Zarium, Zariũ, vt ſimulatione cauſæ certam reſponſionem reiecerim in tertium menſem. expecto à te ante illud tempus, an me velis Anglopolonum. vt velis, non eſt ex mea virtute, ſed ex tua humanitate. tamen ne me putes ineptum ad rem, facilè me feret vel Academia Philoſophum, vel aula Rhetorem, vel Eccleſia Theologũ vel Polonia exulẽ Chriſti. quanta enim gloria erit Poloniæ tuæ, eam ſuis vlnis excepiſſe vnum, qui exilio

ſan-

ſanctò profitetur Romam, Pontificem, Chriſtū? certè iſtud eſt ſuis vlnis excipere Romam, Pontificem, Chriſtum. Poteſt etiam alius fortaſſè eſſe ex me fructus, quem mallem præcerpi à Rege, quàm oſtentari à me. vno verbo, quiſquid poſſum, offero Poloniæ. Vale, meq; ama: ego certè quanti te faciо, ante tres menſes oſtendero tibi. Ingolſtadij.

XXXVIII.

ROBERTVS ANDREÆ PAtricio Nidecico, Reginæ Polonæ Cancellario, Præpoſito Warſhouienſi, Cracouienſi, Vilnenſi, Putrouienſi Canonico, & iam Epiſcopo Liuoniorum.

PRæclara ſunt vices Eccleſiæ, primùm ornatæ à te, deinde ornātis te. tu eam columbam ſcripſiſti, illa te Pontificem dixit. molliſſima eſt aduerſariis: nihil hoc; eſt gratiſſima filiis. Auguſtinos, Ambroſios, Baſilios, non repeto; nimis hæc memoria alta. propinquius iſtud de te. vix tu matrem tuam appellaſti matrem, vix Dominam tuam pinxiſti Domi-

Dominam; & ecce mater filio dat, vt ſit ſuus pater; Domina ſubdito, vt ſit ſuus Dominus. filium matris patrem, quæ natura fert? ſubditum Dominæ Dominum, quæ lex ſinit? naturam, legem ne cogita hic; Eccleſiæ hæc ſunt myſteria. poteſt Eccleſia ex filiis patres, ex ſubditis Dominos facere, poteſt & vult. Catholicus es, Eccleſiæ filius; filium gratè ſcriptorem facit pia mater Epiſcopum ſuum patrem: Catholicus es, Eccleſiæ ſubditus; ſubditum piè defenſorem facit potens Domina Epiſcopum, ſuum dominum. hoc eſt, quod dicit Chriſtus, aut potius ſimile eſt, quod dicit Chriſtus, hic mihi & mater, & ſoror, & filius eſt. parum eſt eſſe matris patrem, Dominæ dominum; hoc conatu, hac mente, hoc ſpiritu expectans, expecta Dominam, & te faciet hominem Deum. Ambroſius, Auguſtinus, Baſilius fuerunt Eccleſiæ vel matris filij docti, vel filiæ patres Epiſcopi; at ſanctè mortuos, vel potius ſine labe corporis purè viuos colit illa illos, beatos, diuos. Si quo pede es ingreſſus, eò paulatim fueris progreſſus, in illis eris. perueniſti ad extremum carcerem, hærebis? perge, perge, eò alacrius, quò minus eſt viæ, quò plus eſt præmij. nam certò ſe-

qui-

quitur laborem virtus, virtutem honos, honorē gloria. gloriam cœlū. hoc dixit Chriſtus, non ſolū in hac vita, ſed in futura centuplū accipietis. tangis tu manibus, qui de Eccleſiæ defenſione, Eccleſiæ & nunc es filius pater; & paulò poſt eris homo diuus. atq; vt videas gloriã tui operis, vide fructum. Epiſcopus es de labore tantumnè? magnus es de re magna, idque apud citimos, remotos probas? planè. laudas? magnificè. refellis? neruoſè. pungis? arguté. alij fucis & pigmentis fœdè obliti oſtendūt, quàm fœdū & ad infamiam turpe ſit, eſſe imitatorē, ſeruū pecus: at tu Ciceronē dictione, pede, muſculo, ſucco, ſanguine, vultu, ita exprimis, totus totum; vt Ciceronē præferas fronte, quaſi verum patrem, verus filius. nihil adulor, ex his, qui res Theologicas poſtremis temporibus in Ciceronis formam incluſerunt, tu mihi aut ſolus places, aut inter paucos ſummè places. quæ ſanè res facit, vt horter, deſcendas in arenam, & pugnes cominus. nam qui de Eccleſia diſputas, cum omnibus diſputas; quaſi luſtrans, oſtentans, minans eminus. tentaſti oculo, tentaſti hunc Philiſtæorum exercitum, & ſatis vidiſti, quàm imbellis turba. ex hac

iam

iam turba vide tibi ſis vnum Goliam, cuius fronti opponas frontem. quæris fundam? nihil opus eſt funda; lapide ſolo ſternes, proſternes. eu ſpecie, ea arte, eo lacerto contorques nouus Dauid. De forma tamen dictionis moneo, te palæſtræ eſſe nimis nitidũ & fluidũ: pugnacior videreris, ſi preſſius conſtringas orationem. nam illa perpetua period⁹, quã tu perpetuò vſurpas, fori eſt, non palæſtræ. vide Lactantiũ, Arnobium, Auguſtinũ, dum pugnãt, vt videantur pugnaciores, aſtringũt filũ, orationis quaſi in nodũ. etiã Cicero tuus quoties petit Stoam, aut defendit ſuam Academiã, cæſis & mẽbris rẽ cõficit, nõ periodis, orator alioq natura fuſus, liber, fluidus, & nonnunquã præter normã diſſipat⁹. non reprehendo formã tuã dicendi planè diuinã, ſed moneo, quæ forma illi rei, ſi petas vnum Philiſtæum, & eò liberiùs moneo, quò vberiorẽ video fructũ, ſi veneris in iſtam arenã. non victus, ſed hac tenui ſpecie. De me ſi quæras, quid ago, ex ſedentariis ſum. ſedeo, lego, laudo, & ſi in Patricium aliquem incidero, triumpho. tamen ne in ſedentariis otioſis ſim, vitas Pontificum eruo è tenebris, vindico à calumniis, & quantum poſſum, polio. cùm primùm viderint lucem, ſe ſiſtent tuis manibus miſera,

tuis pedibus ſupplices. caſtiga puerum, patris cauſa, ſi peccet.

Herbortum, perdis tempus, cùm commendas mihi. ipſe ſe ita commendat, vt alienæ commendationi non relinquat locum. nunquam certè incidi in meliorem agrum, ſiue iacio ſemẽ, ſiue colligo fructum. nam ita ſitit, ita imbibit, ita ſemen gremio exceptum fouet, alitq; ad frugem, ita frugem tandem profert, idq; ſine occatione & ſubactione duriore, vt, ſi pergat, Polonia certè eum admiratura non nobiliſſimum, ſed eloquentiſſimum. vates ſum, non adulator. tu excita eum, aut potius ama eum de diligentia, de ſpe, de fructu. Librum tuum ad Ducem Bauariæ ſi miſeris cum literis, bonum factum. delectatur ingeniis, politiſſimis maximè; legit libros, ſcriptos contra hæreſim auidiſſimè; colit amicitias, doctiſſimorum ſinceriſſimè. non audes? Epiſcopus ad Principem Catholiciſſimum aude. etiam tange, me laudaſſe, ita Principis noſtri pietatem, clementiam, ardorem in propaganda & defendenda religione, vt fecerim tibi animos ad factum. amabit certè me de conſilio, te de facto. Vale.

Ingolſtadij.

RO.

XXXIX.

ROBERTVS TVRNERVS
Magnifico & Clariſſimo Petro Steuartio.
S. P. D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INGOLSTADIVM.

Facio impudenter, qui Cæſari augeo moleſtias. hem, cur impudēter? potius amicè, qui quot addo moleſtias, tot Cæſari augeo laudes. nam ſi Cæſari Romano, magno illi & primo, ſingulæ moleſtiæ fuerint ſingulæ laudes; tibi Cæſari iam Ingolſtadienſi, ponderanti rem non leuitate ſenſus, ſed momento Chriſti, quidni addam moleſtiam, id eſt, laudem? vix fers, non amicus. at memineris, Cæſarem profuiſſe Pompeio, quòd fuit amicus. quare, vt facias paria Cæſari Romano, fac cogites, qui fuiſti mihi; ſi fortè non ſpectas, quis ego ſum tibi. at es, qui fuiſti mihi. ô facilem hominem, & vt non eſſes Ingolſtadienſis Cæſar, verè tamen Cæſarem Romanum, ſuauitate, virtute, denique naturæ quodam quaſi veſtigio omniâ. quare audi, mi Cæſar, maximè non à Pompeio. es fortè diſtrictior à negociis, ne me putes infirmi iudicij, non

ſolum quòd vacuus ad occupatiſſimum, ſed etiam quis reliqua ad quem. quare nec multa, nec multis. Marklandus ſacerdos venit Ingolſtadium, ſtudij cauſſa: ſumpt⁹ illi à me, ſed pro facultatula pertenues. Non grauis, ne dum grauidus pecuniis, adiuta ſis quæſo pro charitate tua. audeon' rogare? audeo certè, fretus tua humanitate, non alia ratione. Vale. Eyſtadij.

XL.

ROBERTVS TVRNERVS Magnifico & Clariſſimo Petro Steuartio S.P.D.

INGOLSTADIVM.

Mitto ad te, debui anteà promiſſum, ſed qui potui non paratum? Si placet forma, mihi certè placeo, qui tibi aliquid, quod placet. certè videtur expreſſus tàm ſcitè ad formã Romanam, vt putarem Romanũ, ſi non cognoſcerem Eyſtadianum. gratior tibi fortaſſè erit hic Romanus, quòd natus Eyſtadij, pretiũ, amor. nam de tãtula re vellem à te amari: niſi fortè ſit cõtra tuam dignitatẽ, amare, aut amari de tãtula

re.

re. ſi hæc tua mens, memineris rem pendendã momento mentis, non mentem leuitate rei. Vt autẽ leuiculæ rei accedat granditas ex animo; (quod eſt ſtatum & ſolenne in principio anni) precor quæſoq; à Deo omnipotente, vt hic tibi pileus vertatur in inſulam. Vale. Eyſtadii.

XLI.

ROBERTVS TVRNERVS Magnifico & Clariſſimo Petro Steuartio S.P.D.

Q*Vid ſcribam? delicias lætitiæ, an doloris aculeos? hinc illæ, inde iſti. Seruor hodiè, aut perdor. audi. quidã ſuffuſi maleuolẽtia erexerũt crucẽ in quam me alterum Mardocheum Ammones ſuffigãt. hæc crux poteſt parere mihi gloriam, lætitiam, triumphũ, ſed gloriam, lætitiam, triumphum per te. cur non ſumis calamũ, vt me loces in curru triumphali tanquam alterum Cæſarem? res eſt, cur non ſumis calamũ? ſumpſiſti? ſed non ſatis eſt ſumere calamum, niſi & oſtendas, quantum vales arte, quantum gratia, id eſt, quam blandulè potes tentare, quàm tectè elicere gratiam & beneuolentiam*

amici pro amico. ô ſincerum Steuartium, nam aut amor mihi falſas obijcit ſpecies, aut te video legentem hinc inde formulas, quibus me commendes de meliori nota. formulas? volo calamiſtros, volo cincinnos, volo ſtellulas, volo gemmulas artis & amoris tui. Vale.

XLII.
ROBERTVS TVRNERVS
Clariſſimo Petro Steuartio, S. P. D.

EYCHSTADIVM.

QVid hoc rei eſt? ſolebant tuæ literæ aſperſæ eſſe ſale; referunt Satyricum: ſolebant eſſe delinitæ ſuauitate; olent Momum; ſolebant loqui delitias, lepôres, ſuauitates; loquuntur lapides, ſentes, ſpinas, loquuntur ternas literas; ego recepi binas: loquuntur nuncios coram monentes; ego hunc ſolùm vidi: loquũtur me fouere monſtra, ſtomachari, frendere. qd? men' fouere monſtra? ſtomachari? frendere? Ita es garrulè querulus, querulè mordax? Si pergis mihi es Xantippe, ego incipio eſſe tibi Socrates; id eſt, quam non poſſum verbo, volo ſilen-

ſilentio refellere. Amicus es? nihil nouum; quia amico. officioſus es? nihil magnum, quia officioſo. Steuartius es? nihil rarum, quia Turnero. quicquid narras, aut parùm ſincerè narras, quia ſinceriſſimo; aut parùm amanter, quia amantiſſimo. amo. quid pergis amantem perdere extenuando, querendo? vis me dicere cauſam. quaſi non poſſem eſſe orator, niſi litem intendam amico. vis me expectare purgationem. quaſi non poſſis perdere tempus, niſi in re nulla. Vis me audire mentem tuam. quaſi occultam ignorem. planè mordes. quid mordes? delumbas & exoſſas, qui ſic excuſas. Hem redeo ad antiquum meum cādorem, poſt luſum; ſi modò fortè tàm commodè luſum ſit, vt in hoc videas meum amorem. nam amo Turnerus Steuartium, ſupra quàm poſſit dici à Turnero, ſupra quàm poſſit cogitari à Steuartio. ſic merita ſunt tua, vt loquar cum Terentio in re non Terentiana. De re quærin'? Tam digni eſtis tu Mermanno, Mermannus te, vt cupiam planè memet inſinuare tertium inter hoc aureū amicorum par. nam vix legerat de negocio, quin receperat in ſe. quo nomine agerem gratias, niſi mallem

 re-

referre, quàm agere gratias Steuartio. tamen vt ſit nota grati animi, narro me amare, & te de ſcripto, & illum de facto. Ingolſtadii.

XLIII.

ROBERTVS TVRNERVS admodum Reuerendo Laurentio Præpoſito Monaſterii Baumbergenſis,

S.P.D.

R*Ecepi veſtras literas, aureolas illas, non tàm quòd attulerat aureos nummos, quàm quòd aureæ mentis loquebantur ſinceritatem. de aureis nummis ero gratus; de mente aurea emetiar mentem, ſi quando vſus ferat & occaſio. hanc veſtram mentem optimè animatam in me, in veſtros, in religionem, in doctrinam quanti facio, explicarem, ſi cuiuſquam oratione poſsit explicari. verùm cùm non poſsit explicari, tacitus colam, quandiu ſuppeditat vita. non ero multus, nec certè poſſum eſſe per negotia, tantùm oſtendo animum meum, eo candidius, quò breuius. Religioſos veſtros remitto, verè*

veſtros.

veſtros. nam ſe veſtros eſſe, veſtros beneficiis, veſtros ſtudio, veſtros pietate, veſtros, inquam, optimi parentis non malos filios ipſi loquuntur tàm ſæpè, tàm ſeriò, tàm amanter, vt videantur velle potius non eſſe, quàm non eſſe veſtri. verentur, reuerentur, obſeruant, colunt. quis non ſtatuat veſtros? hos tàm ſeriò veſtros, nihil neceſſe, vt commendem: commendo tamen ad amoris notam. at quouſque cōmendo? hactenus vt quicquid Academia ad monaſterium mittit ſoluti & diſſipati, illud veſtra vel charitas tegat, vel pietas potius vinciat diſciplinæ lege. illud ſpero de optimo, hoc de Prælato, & Prælato illo, cui⁹ ſimilem diu iam non tulit reliqua Bauaria, doctiſſimorum religioſiſſimum, religioſiſſimorum prudentiſſimum, prudentiſſimorum optimum. finio, cum formula illa, me ſemper fore veſtrum, & veſtrorum, nam ſi vnquam ſummiſeritis huc, qui ſtudeant, oſtendam, quantum debeo veſtra cauſa.

XLIV.

ROBERTVS TVRNERVS admodum Reuer. Laurentio Præpoſito Baumbergenſi,

S. P. D.

Honor illicit, doctrina trahit, virtus impellit in ſtudium ſui: hinc illud docti viri ſcitum, honorem eſſe eſcam, doctrinam hamum, virtutem rete amoris. quorſum iſta? es maximi honoris, illicis vt nulla eſca ſuauius; es ſummæ doctrinæ, trahis, vt nullus hamus fortius; es præclaræ virtutis, impellis, vt nullum rete certius. ſi illicis, amo; ſi trahis, adamo; ſi impellis, colo. vt breui comprehendam, ſummus es eriſque ſemper mihi, quem mundus ſummum, religio ſummum, cælum amat ſummum. hæc opinio nata ex veſtræ virtutis meritis facit, vt quicquid intellexero, vel ad virtutem ornandam, vel ad doctrinam propagãdam pertinere, illud & audeam orare, & ſperẽ exorare à veſtra Reuerentia. De Hererio veſtro, & meo ſanè quia meretur, eſt, quod orem. quid? fecit progreſſiones in Philoſophicis magnas. hanc

hanc diligentiam vellem ornari publicè à Schola noſtra. is timidè ſequitur mentem meam, quia totus hæret in mente veſtra. etiam nollem eſſe author homini, vt aliquid aggrediatur, in quo ſit aut offenſio veſtræ mentis, aut violatio ſuæ obedientiæ. quanquam quid hic non bonum? eſt honor Præſulis, aluiſſe talẽ monachum; eſt honor Collegii, excoluiſſe talem diſcipulum; eſt honor ſcholæ, ornaſſe talem virum. da ſcholæ, da collegio, da monaſterio, ne priuentur hoc honore. ero gratus, ſi aſſentiaris, immò gratiſsimus ero, ſi tuum aſſenſum primo quoq; tempore explices literis. nam res eſt puncluli, non deliberationis. hoc primum eſt. de Matthia ago gratias, bono, candido, ſimplici adoleſcente. ſpero fore magnum. ſtudet, orat, obedit. Quanti refert, in qua ſchola fueris educatus? Stoa ſeueros, hortus Epicuri tulit diſſolutos. ad eandem normam pronuncio, Baumbergam ſummiſſos mittere ad Academiam. veſtris obiicio, vel honorem ſuum, mouentur; vel authoritatem veſtram, venerantur, merces vobis in cælis, merces copioſa valdè de hac inſtitutione. non putatis? Auguſtinus veſter, quid veſter? Eccleſiæ pater,

hunc conatum videt, amat, adiuuat, & in fine ſpatij optimè decurſi imponet lauream. Vale, & Decanum optimum (vt audio) & doctiſſimum virum meo nomine ſaluta officioſiſſimè Ingolſtadij.

XLV.

NOBILI ET CLARISSIMO Marco Velſero. S.P.D.

AVGVSTAM.

VEneris frontē expreſſit Apelles, vitæ ſuæ Commentarios Cæſar, poſt Apellis frōtem, Cæſaris cōmentarios integram aut Venerē aut hiſtoriā nullus. Quippe perinſignis videbatur impudētiæ, velle in eodē genere aut pictorē experiri ſuū penicillū poſt Apellē aut ſcriptorē dictionē poſt Cæſarem. vocas me in idem impudētiæ diſcrimē, mi Marce, cū velis me poſt te conari de epitaphio. nā quod vidi Monachij epitaphium tuum, mihi videbatur tam enucleatē preſſū, tàm ſcitè argutū, vt in hoc genere viderē planè omnē meā vel breuitatē fore obſcurā, vel argutiā plūbeā. quare primo ac altero tēpore cū vrgeres de epitaphio, taceo poſt Marcū, ne impudentiæ; tertio cum premis, conor poſt Marcum ne inhu-

inhumanitatis ſubeam notã, nã etſi in eam ſemper partem contendam, vt quicunque me norit, prudentem norit, tamen cùm deponendæ ſint partes humani aut pudentis, malo eſſe ſtultè impudens, quã ruſticè inhumanus. quare quicquid haſtenus titubatum fuerit in vlla officii parte, nihil moror, ſi iam tandem videris non tam in meo ſilentio pudorem, quàm in hac conatus impudentia mentem plenam officii, integrã à labecula. quam rem ſi conſequar (æquitatis eſt, vt conſequar) amabimus ſemper, ego tuum ingenium, tu meam mentem. Vale, & clariſſimũ Dominum Matthæum mone, me illi9 eſſe, & tã seriò eſſe, vt illius cauſa in his epitaphiis vix meminerim me Turnerum eſſe. reliquis Velſeris, Dominis meis, multam ſalutem. Monachio 8. Calendas Septemb. Anno 1581.

Epitaphium Matthæi Velſeri.

FEcerũt mihi Velſeri cognomentũ gẽs, Matthæi nomẽ ſacer fõs, Auguſtæ Patritiũ fœlicitas, Annæ Pimlin maritũ volũtas. ab Auguſta ſalutor ſeptemuir, ab Anna diligor vnicè, viuo cum honore gentis, morior ſine labe fontis. ad honorem gentis, fontis, vrbis ſit perpe-

tuum

ſit perpetuum in hoc lapide, id tantum fuiſſe diſsidij inter me, & Annam, quod illa me gaudebat ſuperſtitem, ego illam dolebam extinctam. vtriusq; corpora capit hic locus, animas cœlum.

ALIVD.

VIximus, Matthæus Velſerus, & Anna Pimlin, patricij Auguſtani. Viginti ſeptem annos exegimus ſanct . matrimonio, pacatè ſine lite. peperit tandem litem mors Annæ, ſuſtulit litem mors mea. nam quos mors ſeiunxit primò, illos illa paulò poſt coniunxit tam arctè, vt vnius mentis duo corpora ceperit hic locus, duorum corporum vnam mentem cœlum.

XLVI.

ROBERTVS TVRNERVS Marco Velſero S.P.D.

AVGVSTAM.

ETſi mea nec frontis ſit, poſſe; nec naturæ, velle moleſtiam obiicere magnis viris: incurrunt

currant tamen ſæpe in vitam hanc communem negotia, quæ me nec frontis nec naturæ ſinunt habere rationem. ponere frontem, ponere naturam, quanti doloris? maximè Turneris, id eſt, modeſtis. verùm cum multò maioris periculi ſit ſeruare, quàm ponere frontem in illis rebus momento fluentibus, prudentia humanarum actionum magiſtra, eam mihi mentem inſeuit, vt debeam frontem potius cum dolore ponere, quàm ſeruare cum periculo. Sed quas impono tamen moleſtias, paruas illas quidem (nam magnas magnis nunquam volo) impono cautè. ſiquidem ad eas ſubeundas ſecerno viros, non illos moroſos & difficiles (qui clientum & amicorum cauſſa ne tantillum ferunt æquè) ſed hos molles & ſuaues homines, qui hauſerũt à natura & doctrina, vt in amicorum re, aut clientum neceßitate velint tanquam patroni & amici omnia, etiam grauißima. Quare propter vnum Antonium, fratrem tuum, meum patronum & amicum, cum omnes VVelſeros non alio loco habeam, quàm amicos & patronos; ſpero te non iniquè laturum, quòd te audeo hodie vti amico & patrono in re non magna. hic obteſtarer per Diuos Diuasq; omnes, vt

vt ignoſceres meæ importunitati, niſi metirer te ingenio Antonij fratris, mollißimi, ſuauißimi, humanißimi viri, qui meam importunitatem ſemper putat oportunam..... Ingolſtadij.

XLVII.

NOBILI VIRO DOMINO Antonio Velſero, philoſopho, oratori, Theologo, amico S. P. D.

AMO Velſeros fratres, ſed de ignotis ne me putes egregiè adulatorē, in te vno omnes à hoc velim tuæ proximæ literæ illis à me dicāt, vt ſi aliquis ſim, tuæ felicitati debeant ſe amari ab hoc tantulo; ſi nullus, tuæ facilitati iraſcantur, hūc nihili hominem, te authore, importunè irrepere in illorum ſinum. quanquam cum illos putem Velſeros, id eſt, tui ſimiles, non poſſum illos putare tàm lautos, vt me etiam hominem nihili non patiantur ſui ſinus aliquo in ſinu latere, vel quòd amem te, vel quòd amer à te. ſcribe namq; me amari à te, niſi fallar credulus; me amare te, niſi non credas falſus: quan-

quanquam ſumus nec ego credulus, nec tu falſus; niſi fortè in noſtrorum animos immigrarint hac nocte illi duo, quorum alter nihil facit eorum, quæ dicit; alter nihil dicit eorum, quæ facit. amo ſine fuco. nunquid vis maius? non poſſum maius. nam illud, ſine fuco, hac hominum fide eſt maximum, credo mihi ex ludo Anglorum ſimplici Roberto, experto Roberto nolui dicere, quia putidum iam hoc eſt plebis inconditæ ſermone. ſatis eſt, fac vt amer à tuis, cùm tàm ſincerè amem in te tuos. heus, de Panicarolo caue ſis quid agas. Panicarolus eſt, nolo eius eloquentiam pendi pondere meæ dictionis; Panicarolus eſt, nolo eius laudem circumſcribi mei ingenii cancellis. per iudicium tuum caue ſis quid agas de Panicarolo, ne dum nimium tribuis amori meo, voces in diſcrimen iudicium tuum. etiam illud timeo, ne dum Panicarolus violetur à mea infantia, ego patiar naſum aduncum Martialis, aut rictum Iuuenalis benè dentatum. loquor ſatyricè, vt facilè videas me mihi timere ab omni Satyra. quanquam non moror Satyram; modò id mihi cauerit tuus amor, ne habear

vnus

vnius ex ſcriptorculis. quare cùm nolim aggregari ad illos libenter, etſi debeam iuſtè; id enitar, vt quem non poſſum induere VVelſerum per naturam, induam per amorem. nam amor neſcio quo modo huc me prouexit ſcribendo, vt mirer iam in literis ſcriptis amorem. iam id, cuius cauſa ſumpſi calamum, cui ex Norimberga mercatori ſit cum Iohanne Haukins commercium, illo ex Plymmouthio Deuoniæ nobilitato iam pirata. notus homo eſt, aut ſi fortè non ſit notus Norimbergenſibus, id proximum, vt quæratur, in quem portum nobis citimum deſcendunt Angli, qui commercij cauſa deſcendunt in Germania, per amorem noſtrũ vt cures hoc eliciendum. nam penè hoc tam vehementer cupio, quàm me amari à te, non quòd iſtud tanti facio, ſed vt oſtendam deſiderium. Vale.

Virtuti ac doctrinæ tuæ æternum ſacer Robertus Turnerus.

P*Oſtquam hæc legeram, timebam ne nimis familiariter ſcripſerim, ita particulam illam, tu, inflectebam per omnes caſus contra conſuetudinem tritam Germaniæ. quare volui*

mihi

mihi caueri hac periodo, me latinè ſcripſiſſe, nō ſuperbè. nam malo Tuare latinos ac doctos, quàm Dominatiare ac Reuerentiare, barbaros perſtringo barbarè. Satis purgatum eſt de culpa hac, ſi quæ fuerit commiſſa, præſertim apud te, qui noſti, me tibi velle omnia eſſe honoratiſſima, etiam cum ſcribo, tu, te, tibi. quare id velim concedatur mihi, vt quoties ſcribo tibi, toties mihi liceat vſurpare hanc latinorum rationem. ſemel iam proteſtaui pro ſemper, vt ſcribit Bartolus antiquus Dominus ac doctus. me hodiè ſic ineptiiſſe tecum per literas nolim patere aliis, non quòd nolim amorem noſtrum patere omnibus, ſed quòd neſciant omnes, quid ſit ſincerè ac ſuauiter amare ‿.

XLVIII.

ROBERTVS TVRNERVS Antonio Velſero Cathedralis Eccleſiæ Friſingenſis Canonico, &c. S.P.D.

NIhil me multos iam annos angebat grauius, quàm quod audieram te ‿ in Italiam,

d puta-

putabam planè te hæſurum ad illius Sirenis cantionem. egon' viuere in Germania ſine Velſero? mihi crede, quicquid Ingolſtadii viuo, viuo ſpe tuæ amicitiæ; quicquid morior, morior deſiderio tuæ præſentiæ. ſed poſtremæ tuæ literæ, antiquo ſale ſparſæ, te, Germaniæ, id eſt, me mihi reſtituunt. etiam triumphus erat de laurea, de Friſinga, ſi tu tamen triumphum veliſeſſe. debes velle tua cauſſa, quia meritus; reipublicæ cauſſa, quia neceſſarius. Gratulor ergò lauream tibi, te Friſingæ. de teſtibus tui doloris in meo caſu acerbo putidus es. putauit e amare, & etiamnum puto, niſi ſic excuſas. Deus bone, quanti eſt eſſe Doctorem? vocas me ad gloriæ contemptionem, manſuetudinem Chriſtianam, actus heroicos, ea ſpecie, vt ſimplex ille noſter præ te ſorduerit. pulchrè quòd vna fronte præfers Doctorem, ſimplicem, non tamen tàm pulchrè, vt non mallem præferres prudentem. nam vix prudenter ſuadet, qui hoc ſuadet quod tu. Primò nulla lex me huc adigit. non probas orationem? non probas ergò tuã, ſic enim ſimplici videbaris reſpõdere. deinde quando erit locus exemplo, ſi hic nõ erit? tum de pugione impreſſo ſacerdoti, punctim, ad mortem,

mortem,& impreſſo ab homulo, qui in mendicitate,tanquam vermis in ſtercore natus eſt & educatus, nec dum emerſit è cœno, ſi nulla ſtatuatur pœna,aut ſi ridicula ſtatuatur,quid ſumēt ſpirituū,qui nituntur ſumis imaginū? erit magnus. quis dicit? vide frontem; quàm furcifer? vide induſtriam; quàm negligens? vide fructum; quàm indoctus? vide factum; quàm audax? ſperat certè ex labruſca vitem, qui ex hoc trunco ſperat magnū. memini de minis fuſtis intentatis lictori tantas excitatas hic turbas,quantas dolui & reprehēdi. milites diſpoſiti,exploſi ſclopi,turbatus dies Paraſceues, aſylum penè violatum,minæ minaces. de lictore violato tot? tanta? tàm ſancto tempore? pluris certè vellem eſſe tibi,quàm lictor Principi. Vides cauſas. tamen quia tu rogas per amicitiam noſtram,antiqua formula illi Dono,cōdono, deportationē,nefaſtam literā,omnia: eumq; reſtituo igni, reſtituo aquæ, reſtituo Penati. poſt hanc formulam noſtra amicitia ſancitam, nefas mihi cogitare quicquam de eo, qui hūc reſtituit.immò qui hūc reſtituit,nequā ſim, ab eo ſi non putem me affectum honore, officio, beneficio. Nam res, corpus, honor,

meus ita in manu mea, vt de re, corpore, honore, quicquid eſt, illud facilè largiar amicitiæ noſtræ. In his verbis illud eſt, quod optimè ſtatuit Dominus Dumius, omnia te poſſe apud me. Vale. Ingolſtadij.

XLIX.

ROBERTVS TVRNERVS Nobili & Magnifico Domino Antonio Velſero.

VIde, quo in loco apud me es. tu tantùm potuiſti apud me vocula & nutu, vt quod videbam me non debere, id omninò ſtatuerim velle. dixiſti in Geyſenfelt, fore, vt Deus grandius mihi peccatum ignoſceret, ſi hoc tantulum remitterem huic homini. hæc tua oratio tàm altè hæſit in animo meo, vt quò primùm puncto videram N. omnis iræ motus ſubſederit. qui tibi hanc vocem Chriſto plenam inſtillauit è cœlo, is mihi Deus ex animo ſtirpitus euellat illud quicquid grande peccatum vel iam videbas inficere, vel paulò poſt augurabaris infecturum animulam meam. mihi flectendo & ad mititatem Chriſtianam temperando multæ adhibitæ machinæ, preces, autoritas, adulatio, fucus pius, exem-

exemplum, Christus. hæ rationes etſi me flecterent, vel ſeorſim poſitæ ſingulæ à ſingulis, vel exaggeratæ omnes fabrè ab iis, qui artem profitentur mentiendi & piè decipiendi; tamen niſi tu mihi tonaſſes illud grande meum peccatum, vix eſſet, vt vincerent. à te ergò effluit quicquid eſt vel beneficij in N. vel laudis Chriſtianæ in me. Ingolſtadij.

L.

ROBERTVS TVRNERVS ſuo Antonio Velſero S.

ITa res humanæ ſunt: fluunt, nutãt, cadũt de Granario tuo nec mirũ eſt, nec magnũ eſt, ſene, morbido, mortiſq; falcẽ expectãte. at nos iuuenes cadim⁹, & prius dicimur fuiſſe flores quã id quod eſt floris, cœpit emergere. his exemplis compone te (mi Antoni) ad rerum humanarũ cõtemptionẽ. tu doles mortẽ tui ſenis: ego miror mortẽ illius adoleſcentuli, qui apud Doctorem Fredericũ noſtrũ ſimul incepit & flacceſcere, & florere. es flos. quantulum hoc? paulò poſt futurus marcor & cinis. quare poſthac vide ſis, ne te cogites florem: cogita potius te eſſe

bullam, aut ſi quid ſit bulla vanidius. de rebus tuis nihil ſtatuas. coram ego tecum, die Veneris aut die Sabbati. in Galliam certiſsimè proficiſcor, cum Diuis deabusq́; omnibus. Dux noſter humaniſsimus Principum nihil ponet obicis. Fœlicem meum iube eſſe bono animo. Vale. Doctori Friderico ſalutem. Monachii.

LI.

ROBERTVS TVRNERVS
Nobili & Clariſſimo Antonio Velſero,
S.P.D.

DE libro meo quàm candidè? quàm doctè? Leopatrum planè condemno vel natum in Gueuarri gremio, vel confixũ tuo iudicio. poſthac mihi tempero ab incertis hiſtoriis, quia tu iubes. etiam hoc rectum eſt, ne fallã & fallar. Machiauellum nihil probo, ſed citò ad rem. eſt fœdus homo? fœdior latrina eſt, nominatur tamen ab Ambroſio meo, quoties vſui. ſi quid tamen erroris fuit tuo iudicio, eluo culpam. quæ pœna? irroga, ſubeo. ſordidula, candidula, gemmulas, ſtellulas, aliaſq; huius generis notas vellem deletas, cũ cõprehendam omnia. placent tamen,

men, cùm ſcribo ſingulas in ſingulis epiſtolis. vix credas, quàm commodè ſubeant ſtylum, etiam inuito me. ita homo ſum, vt improbem has delicias tanquam molles, libem tamen. quos mihi nominas Ciceronianos? ſi improbent formã dicendi meã, condemnant Pliniũ & Senecam. non audent hoc cõtra iudiciũ Mureti & Lipſii, aut ſi audeant, rectius contẽnuntur, quàm refelluntur nullius iudicii homines. reliquâ inſiſto viam Ciceronis. nã cũ Senecæ & Plinio rudior ſit dictio, tanquam cutis rugoſa, ſed ſenſus argutus, & forma dicendi firma, beneq́; clara; id ago, vt hanc illorum formam veſtiam & ornẽ phraſi, dictione, puritate, particula Ciceronis. quippe illa cura mihi, ne quid ſubeat meum ſtylum niſi acumen Plinii, & dictio Ciceronis. hoc tu pro me, ſi quis ſtultè Ciceronianus ogganniat mihi. Vale. Ingolſtadii.

LII.

ROBERTVS TVRNERVS ſuo Antonio Velſero, S.P.D.

VIdeo amorem, vult eſſe impudens, vt videatur ſincerus aliis nõ ſoleo eſſe moleſtus,

 Vel-

Velſeris ſolis ſoleo, qui putant non quàm importunè, ſed quàm liberè, id eſt, amicè. ac ne cogites montes, non aliud cupio ex te, quàm te: neq; , (ſi te non nauo aliquo, ſed tota mente cognouero) magnum putabis, qui me totum tibi dedo, me totum te quærere. Sed vt remittã de iure. ſerua te totum mihi in grauiori re, nũc id ſolùm, vt te impertias medium amico meo, in re non magna, ſed bona. ſi ſim impudens, moleſtus, importunus, cogita amorem, aut potius libertatem amoris. nõ te teneo diutius, res hæc eſt. D. Cloſtermarus optimæ vitæ ſacerdos venit Monachium, vt expediat neſcio quid non magnum. id ſi expediat per te facilius, amas; ſi expediat omninò, beas. viden' rem? fac vt te videam hominem, nam planè promiſi de te, quæ ſoleo de amico, debeo de Velſero. vt audeas ſine timore in illius cauſſa, intelligas eſſe eũ optimis moribus, candida mente, doctrina non mediocri, Stoicum, ſed ſine moroſitate; Peripateticum, ſed cum religione. planè vincit omnes, qui hic ſiue ſtudent, vt diſcant; ſiue viuunt, vt honorentur. Sed hoc nihil eſt, volo nunc id illi ſolũ prodeſſe, quòd ſit amicus Turneri. nam amamus, ego illius candorem, ille

meam

meam fidem. de orationibus putan' te violatũ, ſi emanent ſub tuo nomine?. planè ſtatui, niſi tu quid ſtatuas ſecus. reliquas orationes ſtatim ſummitto, de ſacerdotio duas, de Diua Virgine tres, de laude ebrietatis vnam, triumphum Leodienſem, ac Gregorii Nazianzeni tranſlati Pompam. Vale, ama. Ingolſtadio prid. Cal. Maii.

LIII.

NOBILI ET CLARISSIMO
Antonio Velſero Canonico ad Diuę Virginis & Sereniſſimi Ducis Gulielmi à conſiliis.

MONACVM.

Non volo pluribus; nec poſſum per negotia. hoc tantùm eſt. tabellarius iſte merendo, non ambiendo, faciendo, non dicendo conſecutus eſt, quod voluit. huius tenuitati vt adiungatur, quod meretur, rogauit, vt prenſanti adeſſem. adſum ſuffragio, voce, calamo. quod ſi ſuffragium hominis non ciuis, vt olim Romæ, ſic nunc Monachii nihil valeat, appello ad dictatorem, & fortiſſimis lateribus clamo, inclamo,

me Sabinum hominem eſſe, fœdere, ſanguine, ſocietate, religione Romanis deuinctũ. per hoc fœdus, ſanguinem, ſocietatem, religionem rogo, vt ſuffragium meum tantùm valeat, quantum ſocii pro Romano. valebit, ſi tu adiuues hunc hominem in hac quaſi conſulatus prenſatione. ſperat, & quò tu es melior homo, eò ſperat magis. nam per te ſperat; & merito ſuo ſperat. nam ſi virtuti habeatur honor, eſt vitæ nitidiſſimæ, doctrinæ non infimæ. adde illum cumulũ, eum amicũ eſſe Turneri. ridebis fortaſſè hominem, ſimplicitatis Anglicanæ. nam is eſt, qui noluit me eum commendare tibi ſuperioribus temporibus, tantumq; voluit, vt illius meminerim. ne rideas, alium iam ridebis hominem, vult commendari ſeriò, tibi, per me. nam legit iam Ciceronem de petitione conſulatus, & didicit audendum, ſed modeſtè. Vale, & fac intelligam, literas meas habuiſſe apud te pondus. Ingolſtadii raptim octauo Calend. Octobris.

RO-

LIV.

ROBERTVS TVRNERVS ſuo Antonio Velſero, S.P.D.

MONACHIVM.

TVa ſuauitas doctrinæ ſale ſparſa, mirum, quàm me tibi deuinxerit. nam apud te dum fui, fruebar & aula & Academia; aula propter ſuauitatem, Academia propter doctrinã. quanquã, vt me tibi indicẽ, magis ſum tuus de Academia, quàm de aula. ſiquidem ſtupor fuit, dum quærerẽ aulam, in aula me inueniſſe Academiã, ſiue ſpectem tuam in literatorem humanitatẽ, ſiue pendam tuum de literis ſermonẽ & iudiciũ. quoties memini ſyluæ? aquulæ? vmbræ? certè memini ſæpius, & cum tanta voluptate memini, vt quercus illa apud Ciceronẽ non tàm fuerit grata Gracchis & Cottis, quàm mihi ſylua, aquula, vmbra, quæ pepererunt ex te ſuauitates illas, lepores, & lautitias merè lautas, vt cum Plauto meo. puto ſanè Starrenbergum iam primùm fœlicem factum tuo ſermone. ſylua illa & piſces ſæpè cornu audierunt & Muſicam, Philoſophiam nunquam audierunt:

dierunt: aut ſi audierint, ſonabat tàm tenuia, vt iſti vix ceſſerint venatoris cornu, & Muſici ſymphonia. at nunc cùm tu in illis tonaueris intelligentias, cœlum, corpus humanum, literas, hiſtoriam, Ariſtotelem, alia; ſtatuo certè vt ſylua crepitum folii edidiſſe ſignũ triumphi, ſic piſces exiliiſſe gaudio, penitusque ſtupuiſſe, ſe ex mutis factos iudices aut certò auditores Philoſophiæ & eloquentiæ. ſed ſtultè facio, qui laudo Academiam Starrenburgẽſem, dum prenſo aulã Monacenſem: niſi ſit alicuius prudentiæ, amare illam verè, vt in hanc facilius irrepas. non eſt, cur accuſes meam importunitatem. nam vos aulici dii eſtis, vt nos homulos & importunos feratis, & ſupplices non deſpectetis è ſuperiori loco. quanquam non magnum eſt, aut nouum, quod peto: potius repeto antiquam illã cantilenam de itinere Gallico. fecerat quidem mihi præſenti Sereniſſimus pro ſua clementia copiam eundi, redeundiq; ad cathedras eiuſque gratiam. verùm id obiceis eſt, quòd hanc ſuam mentem nec per literas, nec per aliũ hactenus Academicis e... licauit. Deus bone, quãti ſumpt⁹ facti ab hoc Barone, in equis, in miniſtris, in expectatiõe: deinde calo-

talores putas ferendos huic adoleſcentulo, natura & conſuetudine mollito ac ſubacto ad omnem ægritudinem & labem corporis? quod ſi Sereniſsimus primo tempore me dimiſiſſet, iam iterum poſt menſem adfuiſſem, expediendæ omni difficultati. in duorum deinde aut trium menſium ſpatio, hoc præſertim tempore, quo omnes abſunt ab Academia, quid poteſt eſſe periculi? quò citius diſcedo, eò citius redeo. non te teneo. tu vides meam mentem, fac vt ego experiar tuam voluntatem, in me hactenus benè animatam.

L V.

ROBERTVS TVRNERVS
Antonio Velſero
S.P.D.

MONACHIVM.

NON ſcripſiſti; culpæ eſt. quid? quòd prouocatus non ſcripſiſti? flagitij eſt. vin' mihi huius ſiue culpæ, ſiue flagitij pendere pœnam? flagitij dependiſti magnam, quòd culpæ vis dependere paruam. vin' paruam? volo nullam.

lam. egonè tàm expers humanitatis, qui Velſerum videam afflictum? mea cauſa? ſine ſenſu doloris? angor, quod audiam de tua pœna, irrogatam ſi videro, morior. nõ meruiſti, cur te angis? iuſtũ Ionam. non meruiſti, cur loqueris pœnã? ſeuerũ Ariſtarchũ. non meruiſti, cur fles? tenellam Thaidem. modò non iraſcar; nõ iraſcor. modò ſim placatus; ſum placatus. quid nectis ex cauſa cauſam? antiquus ſum, ſcribe, ama. ô bonam ſpem, ô Fidem, thuris vobis toties, tàm ſincerè libati hiccine fructus? deſiiſtis iam nobis eſſe deæ, bonis eſſe bonæ: fuiſtis deæ, ſed antiquis deæ; fuiſtis bonæ, ſed malis bonæ. noſtis, quia vidiſtis, in intimis adytis, mei cordis, veſtræ aræ; quid ſperarẽ, quid crederẽ de amore Velſeri. credidi, ſperaui me illi nõ eſſe infimũ, nõ eſſe viliſſimũ, & ecce me illi infra infimũ, infra viliſſimũ. amat ſupra ſenſum cõmunem tã vehemẽter, vt quantũ amat, poſſit videri aut oratori hyperbole, aut Theologo mendaciũ officioſum, cũ Turnerus charior non ſit ipſe ſibi, quã Velſero. egregiè ſcilicet amas, qui ſic amas, cùm Turnerus Turnero ſordeat, ſitq; abiectior ipſe ſibi, quã Therſites Agamemnoni. ô ſpem, ô fidem, bonas deas, mihi cur eſtis malæ? quanquam mihi malæ

non eſtis, bonæ eſtis, quæ efficitis, vt optimum amorem exigat Velſerus ad peſſimam normã, vt peſſima norma corrigatur ab optimo amore. credo hoc, ſpero, modò mihi poſthac abeas hinc cum tua hyperbole, ac ponas mihi meã formulam, illã antiquam, optimam, Non charior eſt Turnerus Velſero, quàm Velſerus Turnero. huc ſi tuum amorem reuoces, planè conſequor, quod ſcribis, me animo tuo eſſe chariſſimum. de cõmodis, dignitateq́ mea, quæ promittis, nec recipio, quia certa ſunt; nec reiicio, q̃a grata ſunt. quare non te rogo, vt quantum poſſis, velis; potius Deum rogo, vt quantum velis, poſſis. Ingolſtadii.

LVI.

ROBERTVS TVRNERVS Antonio Velſero, S.P.D.

FRISINGAM.

E*Cum amorẽ. medicus mihi calamo interdixit & libro: tamen me nõ teneo, præ amore intra lineã. ſcribã. n. ad te, q̃cquid medicus; eripiãq́ è media morte, q̃ tribuam amori noſtro, ſi moriar, vltimũ; ſi viuã, ſummũ. vis quædã fuit digitis meis impellendis, quòd venit Monachiũ Her-*

Herbortus meus. is hac arte, aggreſſus me in lecto. amas VVelſeram, vt doctiſsimum, vt dulciſsimum. vis eſſe in rebus tibi aut bonum, aut dulce, cuius ego non particeps? ſi viuas, ſatis te fruor; ſi moriaris, relinque mihi teſtatò, quicquid habes VVelſeri? conſentio, ſcriboq́; teſtamentum hac formula; corpus habeto terra, animulam Chriſte, VVelſerum Herborte. iocor, non enim à catharro fortaſsè tantùm periculi; fortaſsè inquam, vt videas animum hæſitatione defixum, & neſcio quid augurantem ſibi, & augurantem ex ioco. ſatis eſt ſiue ioci, ſiue ſerii. nam id tantùm volo intelligi modò, quantum te amat Baro Herburtus, ille, qui Panegyricum texuit; quantumque cupit amari à te; certè dignus te, ſi noſſes ingenium, indolem, doctrinam. heus, de illo quod ſpero, nihil ſpei? nihil ſcriptum? nihil reſcriptum? feſtiuum dixeris iocum, & Sardinio riſu excipiendum, de longa ſpe cogitare morientem, cohibe tibi ſis Sardiniũ, niſi velis ridere amorem. quæſo ſcribe, quicquid certi, incerti. medicus venit, curro ad lectum, vale.

Ingolſtadii.

RO-

LVII.
ROBERTVS TVRNERVS Antonio Velſero, S.P.D.

MONACHIVM.

COgitaui Monachium, ſed ſuſurrus, tanquam ventulus, excluſit cogitationem. vide quàm abiecti & humilis ſim animi, qui ſuſurris & ventulis moueor: niſi fortaſſe melius ſit moueri ventulis, quàm euerti turbinibus. nā ventulis ſæpè ſuccedunt turbines. hinc poſt multum Fauonium nautæ parant omnia ad omnia ſubeunda & ſuperanda. nihil quæras amplius, non venio Monachium ante caniculam. nam canicula ſi mordeat Turnerum, erit conſolationis, quòd multos etiam alios mordeat. de me hoc vnum verbum ſit, de tabellario illud ſit alterum. liberè tecum ago, ſine præfatione honoris, ſine flore dictionis, ſine aucupio artis, & ideò liberè ago, quia ago de libero homine, apud liberum hominem. tabellarius hic eſt, cuius feci mentionem in monaſterio Schitenſi. eum commendo de meliori nota. nihil hoc.

optimæ notæ homo eſt, ſiue ſpectes mentem, ſiue eruditionē. optimæ notæ hominem quibus verbis debeo cōmendare, vide tu, non ſcribo ego. id tantùm attexo tanquam cumulū, nihil mihi in rebus poſſe obtingere gratius, quàm ſi eū poſueris in numero, vel quia dignus eſt; vel quia meus eſt. vt videas dignū, mitto ad te poëmata, quæ puer luſerat diuerſa diuerſis temporibus. per muſas noſtras, hunc muſarum aureolum filiū ama, diſſuauiare. paruus eſt corpore, reliqua magn⁹. nō credis? iurat ſchola noſtra, eum Philoſophicis ita imbutum, vt ſuperet mediocres; & in iure ita verſatum eſſe, vt æquet ſummos. de carmine loquuntur poëmata, de ſoluta oratione loquor ego, eum commodiſſimè ſcribere. magna ſpes, fore eum magnum. ſi per ſe ſit magnus, quanta laus? Vale. Ingolſtadij.

LVIII.

ROBERTVS TVRNERVS Antonio Velſero,

S. P. D.

D*E rebus Gallicis, vix eſt, vt ſentiam tecum. Sunt anguſtiæ? eſt in cælo, qui nobis has*

has facilè expediet anguſtias. ſpero pacem noſtris, & peſtem Hugonoticis rebus, quò aut illæ peius, aut hæ melius videntur habere. Memini ſcriptum, non memini à quo, magnam ſemper fuiſſe Romanorum fortunam, ſed in malis maximam. Ego iſtud adpoſuero, tanquam emblema ad Eccleſiam Romanam, cuius maximum ſemper bonum fuit ex maximis malis. Hoc pede ſi res eant, nihil pronius, quàm vel Eccleſiæ cælum, vel cælo Eccleſiam peritură. neutrum horum, ſtante hac machina erit. Promiſeram, ſi teneas iram de nullis ad te literis, fore, vt non multò poſt cieam riſum. libero fidem? perdo me. nam res & riſus peti debent ab eo, qui poteſt perdere. Quare malo te nunc non ridere, quàm me totum perdi, ſed coràm, erit non multò poſt, vt effuſè & liberè omnia. Nunc id rides ſolùm, didiciſſe me, non audere, extra fines oris & auris: vbi tutò, poſſum, quantum alii obijciunt dictum, tantùm ego negare. iſtud eſt ſapere, tutò dicere, tutò tacere. quidni ſic ſapiam? ictus toties. Vale.

LIX.

ROBERTVS TVRNERVS Antonio Velſero, S. P. D.

Dii maleſaciant Luciano, qui te facit tàm ſeriò græcari, vt ne Turnerum quidẽ, tuum (ſi te ex me auſim pendere) corculum, ſinas inlibatum, & à dente integrũ. quæ malum iſta ſcabies? Luciani? an græcæ linguæ? ſi Luciani, non ægrè feras, huic cani apud inferos peſſimè eſſe, qui & mordet omnes, & omnes facit mordaces. at linguæ. benè mihi certè à præceptoribus, aut magis à me, qui obſtinatè ſemper volui eſſe hanc potius partem elinguis, quàm cum optima lingua peſſimè dentatus. linguæ profectò. nam multos ego noui græculos, & ſingulis eundẽ geniũ, mordere, irridere, malè ſuſpicari, omnes dente inſecare. ſi tibi ex ſuo Lucianus aliquid inſperſerit, bis infælix es quâ græcus, quâ ex Luciano græcus. aliquid eſſe, aliquid video ex tuis literis, qui te vſu, mancipio, (ſic tu, ſed melius ego) ipſo me meum mihi veſte oſtendis, quàm Græca & Lucianica: irrides, mordes, & tamen hoc quicquid eſt, vis eſſe iocũ.

Vt

Vt ioco tuo pereat ſua Venus. de libro extra noxã ſum. quē efflagitatū perpetuò non poſſum ab illo extorquere; qui potui ad te mittere? de nullis literis non excuſo (quod tu putabas) ſed te accuſo. nã in horas cùm ſpero, te tenere, vt animo, ſic vlna, abſtineo à literis, quæ te fruſtrà videbãtur quæſituræ domi, vel in itinere vel apud me ipſo veſtigio futurū. tacui eò magis amator, quò magis tacui. te volui potius in vlnis, quã tu me in literis. quò exijt iocus tuus? certè verius in fumum, quàm in aculeum. petis enim, non tangis me. ſatis ad iocum tuum. immò plus ſatis. vereor, vt te elicuero in campum, quem hac mea ſimplicitate latina (Anglicanam non facio obnoxiam tuo ſcommati) vix videor poſſe tueri, maximè contra te, à natura, à noua lingua, à Luciano inſtructum. de re iam tua. non illa alio hîc loco, quàm quo tu velles. eſt meus Princeps, quod noſti, benignus, ſuauis, bonus, omniâ antiquus. quid hoc, inquis, ad me? ad te verò. nam huius ſuæ benignitatis, ſuauitatis, bonitatis, diuitias omnes videtur velle in te explicatas: ita multas corã multis captauit occaſiones honorifici de te ſermonis. palponē, inquis, immò amoris, qui in te eſt teſtem, & poſt tuæ

virtutis merita, authorem. id etiam velim tibi perſuadeas, nūquā me ſcripturū de te, niſi verum, & ex animo verè. nam cum ex te libarim veræ humanitatis, quātū in his partibus à nullo hominū, impius ſim, ſi in te is nō ſim, qui debēt eſſe boni, apertus, ſincerus, ſine fuco, ſine palpo. Vale & me ama, quantum potes, eum, cui tu es, erisq; ſemper in medullis. iſto te in me amore eſſe, inde colligam, ſi me te digneris hoſpite. aliò ſi diuerteris, interpretabor contumeliam; non quòd ego te hoſpite dignus, ſed quòd non indignus, cui à te illuceat hic ſuauitatis radius. auſim confirmare. Latius tibi fore apud me, quàm in reliqua ciuitate. Illuſtri tuo Præpoſito obſeres obſequia omnia. is me ſibi obſtrinxit multo officio, homo, quantum videram, omnium & virtutum & ſuauitatum. Eyſtadij.

LX.

ROBERTVS TVRNERVS
Antonio Velſero. S.P.D.

F*Ruſtra in Lucianum & Græcam Linguam, tanquam alienos alueos deriuaui tuā dicacitatem, quam vis à natura eſſe, & in te eſſe. in*

te

te dicacitatẽ? patior; quia ita vis: & qui te vbiq; prædico purum omnis labeculæ, tanquã heri natũ. facilè tamen volẽti tibi concedo labẽ illã, vt poßis ferire, nec ad Luciani, nec ad Græciæ cotem limatus. etiam plus, quàm Lucianus eſt hic, (quicquid ego obnitor) vult dicax vocari, & dicax à natura, & dicax in ſuperbiam meã, quæ alioqui maximè hanc partem eſt tuta & inlibata. ego velim eſſe tribunus plebis te dictatore. Princeps noſter cupit hic præſentes Duces Bauariæ & Archiducem Ferdinandum, qui Ingolſtadij ſtudent. nec tanto numero aut tibi dign⁹ locus, aut Principi noſtro erat occaſio explicandæ ſuæ in te voluntati, quare alio tempore, ſed citò aduola. Vale Eyſtadij.

LXI.

ROBERTVS TVRNERVS nobili Domino Paulo Velſero.

AVGVSTAM.

V*Erendus profectò ego ſũ & reuerendus, cũ quo tu lautus exquiſitaq; elegantiæ homo (hæc nota omnium Auguſtanorum) non audeas iocari. iſtud eſt, eſſe artificem, vt quem*

naturæ tuæ leporem neges te velle exercere in me ſeniculum, eum tu, tanquam emblema, fronti tuæ epiſtolæ fabrè intexas. me vis poſſe blādiri. vt Anglum verò, an vt hominem? certè quidem, ſi Angli eſt, poſſe blandiri; ea ego voluntate homo ſum, vt Anglus verè & ad hanc normam non poſſim dici. tamen tuo lepori ne pereat ſua Venus, & dicto fratris Antonij authoritas, cuperem certè iam hiſce literis exprimere blanduli Angli nauitatem, dum ago tibi gratias de tractationibus iſtis, quas ad me miſiſti Gallicis. quàm tu es homo non ex communi argilla? dum facis mihi, quod nullæ meæ gratiæ poſſint exæquare, tam ſubmiſſè tamen loqueris, vt velis debere, quod ſponte facis, beneficium. promiſiſti quidem, ſed Turnero, qui eo iudicio ſum, vt facilè hic agnoſcam duas tuas virtutes, facilitatem, quòd promiſeris; humanitatem, quòd præſtiteris. promiſſi verò fides reiecta in hoc temp⁹, nihil præcerpſit aut de tua laude, aut de meo vſu. quare fruſtra excuſas tempus, cum ego rem accipiam, vt eſt, plenam officij, cui nulla mea oratio par inueniri poteſt. Quare de hoc officio non ago gratias, potius patior, vt tu pro tua acie cogites, quantum

rum cogito gratiarum, quàm vt tenui verbi munere & tibi ingenij, & mihi grati animi imminuam laudem.

Quod libellos tuos hoc tempore non remiſerim, velim non ægrè feras. integri tibi erunt omnes proximè, niſi vnam adhuc mihi ſeptimanam velis & poſſis largiri. duobus ex illis valdè vtor, ſed ita tamen, vt velim non vti, quoties repetis.

Principi meo à te dixi gratum animum, ille tibi à me omnem beneuolētiam. vix credas, bonus ſenex quàm amarit amorem tuum, maximè quòd ex literis Matthæi fratris (ſi non malè audierim) ad Cancellarium noſtrum anteà intellexerat, beneuolentiam (qua Antonium fratrem, meum Patronum complexus eſt) tam grato & animo & ſermone vſurpatam ab omnibus fratribus. in ſermone, qui alius ſuper alium de vobis fratribus natus eſt, iuſſit Princeps, te ſuo nomine rogarem, de rebus Gallicis ſi quid haberes certi, & non ita triti, illius eũ vt aliquando participem facias. nam Principes ex vno aut altero facto colligunt perpetuum amorem. hanc operam nauaris optimo ſeni, deuincies illum tibi arctius, quàm vt auſim

LXIII.

LVDOVICO AVDOENO, Referendario Apoſtolico.

ROMAM.

GRatulor honori, in quo te poſuit virtus tua; aut potius gratulor virtuti, quæ hunc tibi honorem conciliauit. Roma certè, optima iudex, optima mater, ſuo quenquam pendit merito, tanquam momento: quæ tàm exuli, quàm domeſtico honores præfert, offert, defert. fuit quondam mos apud Romanos, vt nobilitas ornetur, non virtus. hunc nobis orbem mutauit S. Petrus, qui Romã ſic præceptione informauit, vt nobilitatis velit haberi rationẽ. ſed nobilitatis, quã ornãt virtus, doctrina, zelus. quib⁹ tu ita excellis ſingulis, vt nihil mirer te à Roma ornatũ. etiã eſt quoddã charitatis tuæ meritũ ſanè maximum. nam feciſti benè omnibus, etiam inuidis. ego certè quidem profiteor, me tuum eſſe. quidni? amaſti, aluiſti, coluiſti tuũ. vt magis ſim tuus, efficies officio & beneficio in iſtum tabellarium, cognomento VVenſladum, nobilem certè imaginum altiſſimè repetitarum.

rum. noueram patrem eius, tanquam me, Deus bone, quem hominem? Chriſtum, Romam, Pontificem tàm conſtanter profeſſus eſt, vt nobiliſſimus vir vix angulum inuenerit, in quo lateret. huius filium tibi commendo paternæ conſtantiæ æmulum. etſi nihil ſit neceſſè tibi commendare aut nobilem aut cõfeſſorem, aut exulem, aut catholicum, aut pauperem: tamen hunc volui commendare vt vicinum meum. abeſt enim ager VVinsladorum quinq; tantùm milliaribus à me. quod ſi mea cõmendatio locum apud te habuerit, efficiam vt intelligas, me, vt poſſe cõmendare, ſic velle rẽponere, ſi quid tamen veſtræ fortunæ poſſit reponere mea tenuitas. Vale, meq; ama. Ingolſtadii 22. Octob. 1585.

LXIV.

ROBERTVS TVRNERVS
Clariſſimo Martino Dumio ad S. Mariæ Canonico, & Sereniſſimo Bauariæ Duci à concionibus & conſiliis.

MONACVM.

GRati eſt, cui multùm debes, ei plurimùm velle debere, Ciceronis eſt hoc: meum iſtud,

me

me, tibi in Bauaria debere maxima omnia, & velle ideò debere minima. quanquam hoc, quod iam peto, minimum eſt, ſi pendam rem; maximũ, ſi ſtatum meum. non oro multa, nõ oro multum; id impudentis, hoc importuni eſt, quorum vtrunque alienũ eſt à mea natura: hoc tamẽ vehementer à sereniſſimo oro, & ſic oro, vt velim iterum eſſe impudenter importunus, niſi exorẽ. alterũ eſt de N. harũ literarum tabellario. ille eſt cuius fecimus mentionem, ego & illius frater in monaſterio Shirenſi. viuet Monachij aliquandiu, vt videat, qđ ſit ſpei. nititur, niteturque ſolo te. tu illum ſuſtenta vi. foue gratia. nunquã gratia collocatur melius, quàm apud doctũ, ſincereque candidũ. at hic ita vel candidus, vel doctus eſt, vt mereatur apud omnes omnem gratiam. per humanitatẽ tuam & charitatẽ expoſitã omnib⁹, hũc cõplectere vultu, ſermone, facto, & ita complectere, vt intelligat Bauaria, nihil tibi prius eſſe & antiquius, quàm virtutem ornare & doctrinã. hoc ego inculco, & iuro omnib⁹; tu omnib⁹ proba, confirma in hoc vno. illius dotes notaui, & extremis lineis deſignaui D. Velſero. coniungite literas, capita, conſilia de hoc

ornan-

mando ;per virtutem rogo. Vale, & me ama. Ingolſtadij.15. Cal. Iulij.

LXV.

ROBERTVS TVRNERVS Danieli Vyems Sereniſſimo Bauariæ Principi à Sacello S.P.D.

MONACHIVM.

VIuo,præterea nihil. nepos tuus apud D. Zachariam eſt;ita tamen, vt tuæ futuræ ſint impenſæ omnes de menſa.de reliquo ſpes eſt, quaſi roſa, in herba. poſteà fuſius de D. D. Viſchero? amat te, omniaq́ tua cauſſa nepoti tuo defert. Scribe ad eum, ac age illi gratias, quòd nepotem tuum, quia tuus erat, recepit in fidem ſuam, mea fide. nam ſic videtur in te propenſius, idque oſtendit facto, non oſtentat verbo, vt debeas illi omnia. de ſtudiis tui nepotis ac moribus mihi permitte, ac D. Zachariæ.ſi quid titubauerit, ad te perſcribam ſedulò. Quanquam vt te liberem

rem curam, mihi mirificè placet, nam videt vt candidè religioſus, religioſè bonus. Plura non poſſum, ac hæc ipſa non difficulter poſſum, ita timeo ne diſcedat tabellarius. Vale, meq́ꝫ ama, ego te adamo. Ingolſtadio 12. Octob.

LXVI.

ROBERTVS TVRNERVS Hermanno Vinckhelio, & Iuris vtriusq; Doctori, Metropolitanæ Canonico preſbytero.

O delicias literarum! quid delicias? ô veneres, niſi fortè aures tuæ integellæ vellent audire feſtiuitates, nollent veneres. Sed noſti formulam latinorum homo lepidè latinus. per veneres enim explicant non fœditates, quibus diffluunt molliculi, ſed venuſtates iſtas dictionis, quibus tu affluis, ſiue ſcribens non ſcribas, ſiue quæ diu differs, amicè præſtes; ſiue laudās ludas, ſiue tacens dicas. amabā antea Baruitium ſuauiter amicum, nunc propè eſt, vt adamem amicè eloquentem. nam natura eo me finxit

finxit ingenio, vel potius diſciplina ingenio meo faſtidium inſeuit tàm liberaliter limatulum, vt in candore ipſo habeam, quod deſiderem. ſi deſiderem eloquentiam. at ſi candor quaſi ſal condiat eloquentiam, aut eloquentia, quaſi pictura, diſtinguat candorem, id eſt, ſi illa duo candor & eloquentia vnum faciant Baruitiũ, non amo planè, niſi amo perditè. quare in literis tuis quò clariores enitent elegantiæ aut candoris veneres, eò ægrius fero his veneribus inſpergi lituras, paruas illas quidem, ſed lituras tamen. quid ſibi volunt hæc verba? amicus tuus perpetuò manere, etſi nolis, volo; ſed volentem malo. quid? egon' nollem habere amicum Baruitium? ſuauẽ? doctum? conſtantẽ? pium? vt deſinas poſthac malle me habere volentem, narro tibi vno verbo velle me habere te non malentem. quare quicquid poſthac amas, conſtanter ama, & ſine hæſitatione. atq; dum tuam mihi conſtantiam vis probare, meam deſine mentem fœtam amore vocare in dubitationem.

f RO-

LXVII.

ROBERTVS TVRNERVS Hermanno Vinckelio S.P.D.

NIhil eſt in rebus, quod cupiam magis, quàm colere magnos, amari à bonis: id quia debeo; hoc, quia ſoleo. vnde certè quò eſt tua vel authoritas illuſtrior, vel notior bonitatis laus, eò maiorem gratiam & habeo & in omnē vitā habiturus ſum Gulielmo Paludano nepoti tuo, cuius quodam quaſi interuentu conſecutus ſum se, & quem colerem magnum; & à quo amarer, bonum. non aucupor gratiam aſſentando (nam ego per naturam non poſſum aſſentari; & tu pro tua facilitate ſoles gratiæ aperire riuulum omnibus) id tantùm oſtendo, Turneros velle colere gratè, quoties Vinckelij amāt facilè. viciſti, es victus; viciſti, quòd amas bonus; es victus, quòd colo magnum. nam plus colo & colam, quàm potes aut vis amare. ſi quidem ita es bonus, vt non poſſis amare mediocres niſi mediocriter; & ita es magnus, vt debeam colere ſummum ſummè. quid colere? volui adorare, ſi pateretur aut lingua

latina

latina hanc vocem, aut mea conſcientia, hanc labem. De Truchſeßio quiſquid crederet? optimæ gallinæ peßimo ouo? ſanctiſſ. Cardinalis nepote fœdißimo? ſed ita ſumus homines, vt ſi deficiamus à maiorum virtute, peſtes ſimus, non labes. quanquam quicquid Truchſeßius vobis vel importauit peſtis, vel inuſsit labis, id planè ſpero abſterſum iri ab Erneſto Principe, ſi quod augurarìs benè, obtingat fœliciter. fac Deus per Diuos Diuasque omnes Colonienſium tutelares, vt familiam Bauaram omnibus diuinis bonis florentem hoc etiam ornes beneficio, tanquam cumulo, neq; quem felicitatis fructum poteſt Colonienſis eccleſia libare ex Erneſto ſanctè Catholico, eum ſinas excludi à Truchſeßio impiè hæretico. Sed quid oro? ſancta Colonia, canonicus Catholicus, Truchſeßius impius, Erneſtus Zelator Dei, familia Bauarica ſpirans Deum, Roma fouens, Hiſpania fauens faciunt, vt ſperem & Erneſto honorem à Colonia, & Coloniæ fœlicitatem ab Erneſto. de mea mente hoc, de nepote tuo ſic habeto, illum anteà Romæ noueram non næuo aliquo & crepundiis, ſed toto corpore. putabã candidum, ſincerũ, reperio

naturæ tuæ leporem neges te velle exercere in me ſeniculum, cum tu, tanquam emblema, fronti tuæ epiſtolæ fabrè intexas. me vis poſſe blãdiri. vt Anglum verò, an vt hominem? certè quidem, ſi Angli eſt, poſſe blandiri; ea ego voluntate homo ſum, vt Anglus verè & ad hanc normam non poſſim dici. tamen tuo lepori ne pereat ſua Venus, & dicto fratris Antonij authoritas, cuperem certè iam hiſce literis exprimere blanduli Angli nauitatem, dum ago tibi gratias de tractationibus iſtis, quas ad me miſiſti Gallicis. quàm tu es homo non ex communi argilla? dum facis mihi, quod nullæ meæ gratiæ poſſint exæquare, tam ſubmiſſè tamen loqueris, vt velis debere, quod ſponte facis, beneficium. promiſiſti quidem, ſed Turnero, qui eo iudicio ſum, vt facilè hic agnoſcam duas tuas virtutes, facilitatem, quòd promiſeris; humanitatem, quòd præſtiteris. promiſſi verò fides reiecta in hoc temp⁹, nihil præcerpſit aut de tua laude, aut de meo vſu. quare fruſtra excuſas tempus, cum ego rem accipiam, vt eſt, plenam officij, cui nulla mea oratio par inueniri poteſt. Quare de hoc officio non ago gratias, potius patior, vt tu pro tua acie cogites, quantum

um cogito gratiarum, quàm vt tenui verbi nunere & tibi ingenij, & mihi grati animi imninuam laudem.

Quod libellos tuos hoc tempore non remiſerim, velim non ægrè feras. integri tibi erunt omnes proximè, niſi vnam adhuc mihi ſeptimanam velis & poßis largiri. duobus ex illis valdè vtor, ſedita tamen, vt velim non vti, quoties repetis.

Principi meo à te dixi gratum animum, ille tibi à me omnem beneuolētiam. vix credas, bonus ſenex quàm amarit amorem tuum, maximè quòd ex literis Matthæi fratris (ſi non malè audierim) ad Cancellarium noſtrum anteà intellexerat, beneuolentiam (qua Antonium fratrem, meum Patronum complexus eſt) tam grato & animo & ſermone vſurpatam ab omnibus fratribus. in ſermone, qui alius ſuper alium de vobis fratribus natus eſt, iußit Princeps, te ſuo nomine rogarem, de rebus Gallicis ſi quid haberes certi, & non ita triti, illius eū vt aliquando participem facias. nam Principes ex vno aut altero facto colligunt perpetuum amorem. hanc operam nauaris optimo ſeni, deuincies illum tibi arctius, quàm vt auſim

ſcribere. de pecunia, ſi quæ ponenda in rebus iſtis deſcribendis, erit, qui repræſentet ſemper. Vale. Eyſtadii, 24. Ianuarij, 1590.

LXII.

ROBERTVS TVRNERVS nobili Domino Matthæo Velſero.

AVGVSTAM.

VIciſti meam non de tua virtute opinionem, ſed dictionē de laude, qui tāquā fons limpidꝰ aquā beneficentiæ in me tuā tàm purè fūdis, vt ei nullū aut excuſationis aut artis limū velis inſpergi. Quicquid benignè aduersꝰ me facis, id totū vis fluere ex illo tui cordis fonte, qui irrigat non meæ ſolùm fortunæ ſiccitatē, ſed illū etiā reip. Auguſtanæ florē, multis vberrimisq́ beneuolētiæ, beneficentiæ, aliarūq́ tuarū Virtutū riuis. Faueo tibi hanc laudē, veneror q́ deū, qui primas ſui sāguinis guttas hodiè nobis inſperſit. ſit illa tibi, vt irrigua ad virtutem, ſic ad gloriam perpetua. Non audies à me hodiè maius meliusq́ verbum. nam cum velis & certè velle debeas totus ex te & in te eſſe (iſtud eſt eſſe Ari-

Ariſtotelis quadratum) quã tibi debeo gratiam, illam non exprimã verbo, ſed mentis meæ quodam quaſi adyto incluſam tenebo, & qui tuus in me amor eſt oratione omni ſuperior, is ne ſit meo animo ſuperior, efficiam cogitãdo, amãdo, colendo. Satin' gratæ hæ literæ? à mente, dixeris; niſi de re afferant moleſtiam. aliquam fateor, ſed quàm modicè æquèq; feres, vt à grato, & in re, de qua tota me totũ tibi debeo. Cùm mitterem ad te poſtremò illas tricas meas, Romam mittendas exciderunt, vt in ſumma celeritate, literæ Staphyli ad Caſtellineũ, ex quibus publico inſtrumẽto eſt auctoritas. Hodie dum excutio chartas meas, incurro in iſtas literas, quãto, deus bone, dolore? Rogo, quãtum ſinis te rogari in hac mea neceſſitate, vt mittas has literas tutiſſimè & citiſſimè. nam ſi hæ pereant aut tardius ſequantur, perit mihi felicitas. Vale, & quem inis hodie annum, eo currẽte vtere, fruere, perpetuo felicitatis tenore. Eyſtadij Kalendis Ianuarij. Ann. 1592.

LV-

LXIII.

LVDOVICO AVDOENO, Referendario Apoſto-lico,

ROMAM.

GRatulor honori, in quo te poſuit virtus tua; aut potius gratulor virtuti, quæ hunc tibi honorem conciliauit. Roma certè, optima iudex, optima mater, ſuo quenquam pendit merito, tanquam momento: quæ tàm exuli, quàm domeſtico honores præfert, offert, defert. fuit quondam mos apud Romanos, vt nobilitas orneтur, non virtus. hunc nobis orbem mutauit S. Petrus, qui Romā ſic præceptione informauit, vt nobilitatis velit haberi rationē. ſed nobilitatis, quā ornāt virtus, doctrina, zelus. quib⁹ tu ita excellis ſingulis, vt nihil mirer te à Roma ornatū. etiā eſt quoddā charitatis tuæ meritū ſanè maximum. nam feciſti benè omnibus, etiam inuidis. ego certè quidem profiteor, me tuum eſſe. quidni? amaſti, aluiſti, coluiſti tuū. vt magis ſim tuus, efficies officio & beneficio in iſtum tabellarium, cognomento VVenſladum, nobilem certè imaginum altiſsimè repetita-

rum.

rum. noueram patrem eius, tanquam me, Deus bone, quem hominem? Chriſtum, Romam, Pontificem tàm conſtanter profeſſus eſt, vt nobiliſsimus vir vix angulum inuenerit, in quo lateret. huius filium tibi commendo paternæ conſtantiæ æmulum. etſi nihil ſit neceſsè tibi commendare aut nobilem aut cõfeſſorem, aut exulem; aut catholicum, aut pauperem: tamen hunc volui commendare vt vicinum meum. abeſt enim ager VVinsladorum quinq; tantùm milliaribus à me. quod ſi mea cõmendatio locum apud te habuerit, efficiam vt intelligas, me, vt poſſe cõmendare, ſic velle rẽponere, ſi quid tamen veſtræ fortunæ poſsit reponere mea tenuitas. Vale, meq; ama. Ingolſtadii 22. Octob. 15 85.

LXIV.

ROBERTVS TVRNERVS Clariſſimo Martino Dumio ad S. Mariæ Canonico, & Sereniſſimo Bauariæ Duci à concionibus & conſiliis.

MONACVM.

GRati eſt, cui multum debes, ei plurimum velle debere, Ciceronis eſt hoc: meum iſtud, me

me tibi in Bauaria debere maxima omnia, & velle ideò debere minima. quanquam hoc, quod iam peto, minimum eſt, ſi pendam rem; maximū, ſi ſtatum meum. non oro multa, nō oro multum; id impudentis, hoc importuni eſt, quorum vtrunque alienū eſt à mea natura: hoc tamē vehementer à ſereniſſimo oro, & ſic oro, vt velim iterum eſſe impudenter importunus, niſi exorē. alterū eſt de N. harū literarum tabellario. ille eſt cuius fecimus mentionem, ego & illius frater in monaſterio Shirenſi. viuet Monachij aliquandiu, vt videat, quid ſit ſpei. nititur, niteturque ſolo te. tu illum ſuſtenta vi, foue gratia. nunquā gratia collocatur melius, quàm apud doctū, ſincerèque candidū. at hic ita vel candidus, vel doctus eſt, vt mereatur apud omnes omnem gratiam. per humanitatē tuam & charitatē expoſitā omnibus, hūc cōplectere vultu, ſermone, facto, & ita complectere, vt intelligat Bauaria, nihil tibi prius eſſe & antiquius, quàm virtutem ornare & doctrinā. hoc ego inculco, & iuro omnibus; tu omnibus proba, confirma in hoc vno. illius dotes notaui, & extremis lineis deſignaui D. Velſero. coniungite literas, capita, conſilia de hoc

ornan-

onando ; per virtutem rogo. Vale, & me ama. Ingolſtadij. 15. Cal. Iulij.

LXV.

ROBERTVS TVRNERVS Danieli Vyems Sereniſſimo Bauariæ Principi à Sacello S.P.D.

MONACHIVM.

Viuo, præterea nihil. nepos tuus apud D. Zachariam eſt; ita tamen, vt tuæ futuræ ſint impenſæ omnes de menſa. de reliquo ſpes eſt, quaſi roſa, in herba. poſteà fuſius de D. D. Viſchero? amat te, omniaq́ tua cauſſa nepoti tuo defert. Scribe, ad eum, ac age illi gratias, quòd nepotem tuum, quia tuus erat, recepit in fidem ſuam, mea fide. nam ſic videtur in te propenſus, idque oſtendit facto, non oſtentat verbo, vt debeas illi omnia. de ſtudiis tui nepotis ac moribus mihi permitte, ac D. Zachariæ. ſi quid titubauerit, ad te perſcribam ſedulò. Quanquam vt te liberem

rem curam, mihi mirificè placet, nam videtur candidè religioſus, religioſè bonus. Plura non poſſum, ac hæc ipſa non difficulter poſſum, ita timeo ne diſcedat tabellarius. Vale, meq; ama, ego te adamo. Ingolſtadio 12. Octob.

LXVI.

ROBERTVS TVRNERVS Hermanno Vinckhelio, & Iuris vtriuſq; Doctori, Metropolitanæ Canonico preſbytero.

O delicias literarum! quid delicias? ô ventres, niſi fortè aures tuæ integellæ vellent audire feſtiuitates, nollent veneres. Sed noſti formulam latinorum homo lepidè latinus. per veneres enim explicant non fœditates, quibus diffluunt molliculi, ſed venuſtates iſtas dictionis, quibus tu affluis, ſiue ſcribens non ſcribas, ſiue quæ diu differs, amicè præſtes; ſiue laudas ludas, ſiue tacens dicas. amabam antea Baruitium ſuauiter amicum, nunc propè eſt, vt adamem amicè eloquentem. nam natura eo me finxit

finxit ingenio, vel potius diſciplina ingenio meo faſtidium inſeuit tàm liberaliter limatulum, vt in candore ipſo habeam, quod deſiderem, ſi deſiderem eloquentiam. at ſi candor quaſi ſal condiat eloquentiam, aut eloquentia, quaſi pictura, diſtinguat candorem, id eſt, ſi illa duo candor & eloquentia vnum faciant Baruitiũ, non amo planè, niſi amo perditè. quare in literis tuis quò clariores enitent elegantiæ aut candoris veneres, eò ægrius fero his veneribus inſpergi lituras, paruas illas quidem, ſed lituras tamen. quid ſibi volunt hæc verba? amicus tuus perpetuò manere, etſi nolis, volo; ſed volentem malo. quid? egon' nollem habere amicum Baruitium? ſuauẽ? doctum? conſtantẽ? pium? vt deſinas poſthac malle me habere volentem, narro tibi vno verbo velle, me habere te non malentem. quare quicquid poſthac amas, conſtanter ama, & ſine hæſitatione. atq; dum tuam mihi conſtantiam vis probare, meam deſine mentem fætam amore vocare in dubitationem.

f RO-

LXVII.

ROBERTVS TVRNERVS
Hermanno Vinckelio
S.P.D.

Nihil eſt in rebus, quod cupiam magis, quàm colere magnos, amari à bonis: id quia debeo; hoc, quia ſoleo. vnde certè quò eſt tua vel authoritas illuſtrior, vel notior bonitatis laus, eò maiorem gratiam & habeo & in omnẽ vitã habiturus ſum Gulielmo Paludano nepoti tuo, cuius quodam quaſi interuentu conſecutus ſum te, & quem colerem magnum; & à quo amarer, bonum. non aucupor gratiam aſſentando (nam ego per naturam non poſſum aſſentari; & tu pro tua facilitate ſoles gratiæ aperire riuulum omnibus) id tantùm oſtendo, Turneros velle colere gratè, quoties Vinckelij amãt facilè. viciſti, es victus; viciſti, quòd amas bonus; es victus, quòd colo magnum. nam plus colo & colam, quàm potes aut vis amare. ſi quidem ita es bonus, vt non poſſis amare mediocres niſi mediocriter; & ita es magnus, vt debeam colere ſummum ſummè. quid colere? volui adorare, ſi pateretur aut lingua

latina

latina hanc vocem, aut mea conſcientia, hanc labem. De Truchſeßio quisquid crederet? optimæ gallinæ peßimo ouo? ſanctiſſ. Cardinalis nepote fœdißimo? ſed ita ſumus homines, vt ſi deficiamus à maiorum virtute, peſtes ſimus, non labes. quanquam quicquid Truchſeßius vobis vel importauit peſtis, vel inußit labis, id planè ſpero abſterſum iri ab Erneſto Principe, ſi quod augurarìs benè, obtingat fœliciter. fac Deus per Diuos Diuasque omnes Colonienſium tutelares, vt familiam Bauaram omnibus diuinis bonis florentem hoc etiam ornes beneficio, tanquam cumulo, neq; quem felicitatis fructum poteſt Colonienſis eccleſia libare ex Erneſto ſanctè Catholico, eum ſinas excludi à Truchſeßio impiè hæretico. Sed quid oro? ſancta Colonia, canonicus Catholicus, Truchſeßius impius, Erneſtus Zelator Dei, familia Bauarica ſpirans Deum, Roma fouens, Hiſpania fauens faciunt, vt ſperem & Erneſto honorem à Colonia, & Coloniæ fœlicitatem ab Erneſto. de mea mente hoc, de nepote tuo ſic habeto, illum anteà Romæ noueram non næuo aliquo & crepundiis, ſed toto corpore. putabã candidum, ſincerũ, reperio

candidum, ſincerũ. quod putabam antea, obſeruabam; quod reperio nunc, amo; & vehementius amo, quòd illius candori tua commendatio acceſſerat, tanquam perfectio. quare, acceptis tuis literis, nihil habebam prius, quàm vt illi meum amorem, tibi meam probarẽ fidem. ſiſtebam eum Patribus officiosè, laudabam verè, commendabam vehementiſſimè, tanquam ſummi viri bonum nepotem. Patres promittebant, præſtabant omnia, mea, tua cauſa; idq; tàm liberè & libenter, vt meam fidem vellent, meam operam nollent, de illa re, quæ eum attingebat. dedi fidem, ipſi emunt, nepos accipit. magna eſt ſumma, ſed magno viro non putabam magnam eſſe. Vale. Ingolſtadii.

LXVIII.

ROBERTVS TVRNERVS Seminario Anglicano Rhemenſi S.P.D.

Tabellarius iſte, hoc punctulo monet ſe iturum in Galliam quòd in Galliam, gaudeo; quòd punctulo, doleo. nam multæ ſunt notiones de Germania, de Anglia, de Duce Bauaria, de te;

te, de me incluſæ in animo, quas vberi fuſoq; filo vellem tibi euoluere. verùm cùm per temporis anguſtias non poſsim omnia, molliter feres, ſi hoc tempore tantùm explicem mentem gratam de beneficiis, quibus me tibi obſtrinxiſti, plurimis, maximis. debuiſſem hoc ſæpius anteà, & certè voluiſſem: ſed non erat occaſio. rides nullam occaſionem? ne rideas, includimur in Ingolſtadium, tanquam in Stoam, aut potius dolium Diogenis: & de vobis altum ſilentium. nō credis? mihi crede, Remorum nomen vix ad nos manauit: ita nulla aut itio à nobis ad vos, aut à vobis ad nos reditio. quò rarior tabellarius, eò gratior iſte. facit ad voluptatem, quòd obiectus, non quæſitus. quid? quod certus? quid? quod Baro? quid? quòd amicus meus? non patiar certè tàm pulchram ſcribendi occaſionē mihi elabi, & cùm non poſsim ſcribere quæ vellem, ſcribo quod debeo; cōmendationem huius tabellarii. cognomen eſt huic ab arce Teringio. Baro imaginum altiſsimè repetitarum, & facultatum certè maximarū. ſi quid vnquam volueris mea cauſa, ſcribe Pariſios ad tuos, efficeq; precibus, vt faciant tabellario officioſè, Baroni honorificè, externo humaniter,

amico meo amicè. vt videas amicum, vieximus ſimul quatuor annos & ſub eodem tecto, & eadẽ quadra. Georgium Brandium eius præceptorẽ ſi verbulo etiam notes doctum, & humanitate perpolitũ, facies vt ametur, tuo verbo, ſuo merito. ego hoc officiũ reponã cumulatè, ſi quis inde à vobis ad me. fortaſſè etiam coràm emetiar vobis hanc humanitatẽ. nam facilè erit, vt proxima æſtate ſubmittar in Lotharingiam ad Ducẽ. ſi ſubmittar, excurro ad vos, vt videã, vt amẽ, vt colã quanti emerem vſuram vnius diei poſitæ in oculis, in oſculis, in ſermonib. in euangeliis illius ſanctæ turbæ, quæ apud te alget tibi, ſudat Eccleſiæ? ô paradyſum, quam quoties cogito, toties perſequor deteſtatione meũ ſerpẽtẽ, meũ pomũ, quæ me inde exturbarũt. nihil mirũ, ſi extra illa ſepta curæ ex curis nexæ me coquãt premantq; vndiq;. dixit enim Deus Adamis, in ſudore vultus tui. erit ne hic ſudor perpetuus? perpetuus mihi, niſi veſtris vel eluatur lachrimis, vel ſiſtatur precibus. vnã mihi lachrimulã exora à ſancta illa ſocietate. nam nulla mihi hic conſolatio, niſi in veſtræ vitæ morte, aut potius in veſtræ mortis vita. audio, & lego aliquãdo in hoc receſſu veſtras lachrimas, cineres, cilicia,

licia,plagas,carceres,eculeos,mortes.dū audio, & lego, eſt luctus primum de lucta, triumphus deinde de victoria, de me quid quæritis? præſū Collegio Georgiano, profiteor ethicam & theologiam, ſcribo, ſi quid otij. non ita pridem edidi orationes. mitto muneri exemplaria, tibi vnū; Gulielmo Hiffordo alterum, tertium D. Veblo, quartum Reginardo populari meo. ſingulis etiam ſingulos epiſtolarū libros. paulò poſt imprimam vitas Pontificum, & alia opuſcula. ſi quid ſit ſcriptum pro pontificibus, aut contra Pontifices, Anglicè, Gallicè, aut latinè, habibitis, ſi huc ſummitatis. vſui mihi nihil eſt in reb⁹, quòd cupiam magis, quàm libros Anglicos quos ſcripſiſtis multos (vt audio) de re religionis. cōmodè mittetis aut per hūc Baronē, aut per Bibliopolā Ingolſtadiensē, Dauidē Sartoriū in nūdinis Francofurdienſib⁹. nam ex Gallia ad iſtas nundinas frequentes veniūt mercatores. etiam mea opera, & ſumptu in libris latinis vel conuertēdis vel imprimēdis hic potes vti liberè. hoc ideò, quòd audio multos libros ſupprimi, quod imprimēdis deſit ſūpt⁹. vno verbo, quicquid imponitis, præſto. non poſſū plura, & hæc raptim, ita feſtinat tabellarius. Vale, ama. Ingolſtadij 2. Sept. 1584.

LXIX.

ROBERTVS TVRNERVS Petro Ognibene Paſtori Pergenſi, PERGIN.

AMor fecit (mi Petre) vt Tridenti poſtquã intellexeram te præfuiſſe Eccleſiæ Pergenſi, Tridento iterum redirem Pergin. curſ te vt ſalutarem, ac oſcularer præſens præſentem. verùm abfuiſti, ſi volũtate tua, iraſcor voluntati; ſi neceſſitate, neceſſitatẽ vellẽ in aliud tempus reiectã. quicquid eſt, doleo angorq; intimis ſenſibus me non potuiſſe inuolare nõ dico in tuum penu, in tuum dolium, in tuum cubiculum, ſed in ſinum tuum plenum doctrinæ, amoris, ſuauitatis. verùm fortuna etſi me noluerit eſſe fœlicem, tamen animus meus piæ in te obſeruantiæ plenus non ſinet te priuari mearũ literularum officio quæ ſi nõ ſatis tersè loquãtur, loquentur certè amicè, humaniter, officiosè. quod certè tu æquo accipies animo, niſi fortaſſè montes Tridẽtini, facie, frigoreq; horrẽtes fecerint, vt humanitatẽ illam antiquã, qua te poliuit Roma, penitus exueres. ſed non exuiſti tàm citò, aut ſi exuiſti, dii malè faciant montibus, qui Ogni-

bene fecerint tàm citò vndiquaq; malum haċtenus iocosè. nunc eſt, cur te rogem, ac vehementer rogem de adoleſcente Tridentino. eſt bonæ ſpei. fecit progreſſus non paruos in politioribus literis, propendet in virtutis ſtudium, deniq; ea indole eſt præditus, vt ſi excolatur, videatur futurus Romæ honori, vtilitati Tridẽto. quid ad te? vult cooptari in Collegium Germanicum, ac per te cooptari. vna tua literula ad Rectorem de adoleſcentis animo, parentibus, indole, hoc facilè ac vno quaſi digitulo præſtabunt. quin agis? cogitas? ſcribis? rogas? at quem loquor adoleſcentem? ô negligentem hominem, tot ies Veniſſe Tridentum! toties diuertiſſe ad inſigne roſæ, ac non cognouiſſe fratrem hoſpitij illius? virtus in ipſo vultu eluceſcens fecit, à me vt prima nocte & amaretur & cognoſceretur. tu debuiſti rimari omnes Tridenti angulos, talem vt inuenires, ecce tibi nullo tuo labore inuentum. orna igitur hanc tuam ſpartam, neq; patere vllo modo, vt prius redeas Patauium, quàm ſcripſeris ad Rectorem, eumq; egregiè commendatum effeceris felicem. per tuam te rogo humanitatem venias Tridentum, diuerte ad roſæ, roga de fratre hoſpitis,

f 5 *aduer-*

LXIX.

ROBERTVS TVRNERVS Petro Ognibene Paſtori Pergenſi, PERGIN.

AMor fecit (mi Petre) vt Tridenti poſtquã intellexeram te præfuiſſe Eccleſiæ Pergenſi, Tridento iterum redirem Pergin. cur? te vt ſalutarem, ac oſcularer præſens præſentem. verùm abſuiſti, ſi voluntate tua, iraſcor voluntati; ſi neceſſitate, neceſſitatẽ vellẽ in aliud tempus reiectã. quicquid eſt, doleo angorq; intimis ſenſibus me non potuiſſe inuolare nõ dico in tuum penu, in tuum dolium, in tuum cubiculum, ſed in ſinum tuum plenum doctrinæ, amoris, ſuauitatis. verùm fortuna etſi me noluerit eſſe fœlicem, tamen animus meus piæ in te obſeruantiæ plenus non ſinet te priuari mearũ literularum officio quæ ſi nõ ſatis tersè loquãtur, loquentur certè amicè, humaniter, officiosè. quod certè tu æquo accipies animo, niſi fortaſsè montes Tridẽtini, facie, frigoreq; horrẽtes fecerint, vt humanitatẽ illam antiquã, qua te poliuit Roma, penitus exueres. ſed non exuiſti tàm citò, aut ſi exuiſti, dii malè faciant montibus, qui Ognibene

bene fecerint tàm citò vndiquaq; malum hactenus iocosè. nunc eſt, cur te rogem, ac vehementer rogem de adoleſcente Tridentino. eſt bonæ ſpei. fecit progreſſus non paruos in politioribus literis, propendet in virtutis ſtudium, deniq; ea indole eſt præditus, vt ſi excolatur, videatur futurus Romæ honori, vtilitati Tridento. quid ad te? vult cooptari in Collegium Germanicum, ac per te cooptari. vnæ tuæ literulæ ad Rectorem de adoleſcentis animo, parentibus, indole hoc facilè ac vno quaſi digitulo præſtabunt. quin agis? cogitas? ſcribis? rogas? at quem loquor adoleſcentem? ô negligentem hominem, toties Veniſſe Tridentum! toties diuertiſſe ad inſigne roſæ, ac non cognouiſſe fratrem hoſpitij illius? virtus in ipſo vultu elucescens fecit, à me vt prima nocte & amaretur & cognoſceretur. tu debuiſti rimari omnes Tridenti angulos, talem vt inuenires. ecce tibi nullo tuo labore inuentum. orna igitur hanc tuam ſpartam, neq; patere vllo modo, vt prius redeas Patauium, quàm ſcripſeris ad Rectorem, eumq; egregiè commendatum effeceris felicem. per tuam te rogo humanitatem venias Tridentum, diuerte ad roſæ, roga de fratre hoſpitis,

 aduer-

aduerte frontem, perſpice modeſtiam, fac periculum in literis, dignum facilè cenſebis, qui aſciſcatur in albũ alumnorũ Collegii Germanici & fratrum noſtrorum. via facilis eſt per Cardinalem, per Erneſtum, per te. quod ſi rem non agas, aut ſi tepidè agas, proximis literis vapulabis à me. vocor iam ego in Bauariam ad meſſem, non promitto magna, ſubibo tamen onus, quod poſſunt mei humeri ſuſtinere. ſi non poſſum agrum excolere, euellam tamen hinc hæreſeon ſtirpes. illinc prauitatum fibras. ſed in toto hoc meo labore nihil poterit mihi accidere iucundius, quàm ſi audiuero te mea, tua, virtutis cauſa, laborare idq́; ſeriò in hoc adoleſcente ornando, quem ita tibi commendo (ſi quid fortaſſe ponderis habet mea apud te commendatio) vt fratrẽ non poſſim magis. Vale. Trident.

LXX.

ROBERTVS TVRNERVS
Valramo Tumlero Theologo.

MONACHIVM.

SVm Tridẽti, quaris reliqua? eo animo ſum, vt vellem apud te eſſe; ea valetudine, vt non poſſim

poſſim citiꝰ, quàm patitur febricula ſic commeans per omnes artus latētcr, vt ne montes quidem hi, qui rigent frigore, ac niuibus conſtrati toti algent, tuo Turnero ſint frigidiores, frigus ſi excipias importunè irrepens, ac itineris mei curſum ſæpiſſimè interrumpens, ſic edo, bibo, rideo, lego, vt me ſemper iures illum tuum, quo nihil eſt aut in edendo acrius, aut in bibendo exquiſitius, aut in ridendo iucundius, aut in legendo delicatius, pingo nō Sardanapalū, ſed antiquū Turnerū, vt omnia ſemper intra lineas. ac ne in tanta contentione aliquid timeas graue, febris ſubſedit. nam itineris labor fecit penè, vt febris id ſolū adferat frigoris, ꝙ habēt mōtes Tridētini aduolo igitur ad vos, ſequorq́ hunc tabellariū, quā poſſum citiſſimè. hic niſi ſic volaſſet, vt alæ illū meæ nō potuerint aſſequi, vidiſſes iā nō literas Turneri, ſed ipſū Turnerū. ſed Turnerus breui aderit, ac tibi ſemper aderit, ſi poſſit, vel opera, vel officio. reliqua à mea tenuitate, tua fortuna nec poteſt, nec debet expectare. ſalutabis meo nomine quam potes officioſiſſimè Vendium noſtrum. Doctores Adamū & Zachariā oſculaberis à me, idq́ tàm ſuauiter, vt facilè intelligāt me illis, cùm nihil

aliud

aliud poſſim, oſcula adferre plena amoris ac ſuauitatis. Vale. Tridento.

LXXI.

ROBERTVS TVRNERVS Iacobo Erlachero preſbytero fratri.

Brixinam Tyrolis.

F*Acit amor in te meus, ſeu verius facit humanitas in me tua, vt ſcribam, etiamſi nihil ſit, quod ſcribam, tamen ne meæ literæ inanes omninò ſint, id ſcribo, me tuum eſſe verè, ſincerè ſemper. numquid aliud? in itinere hoc, quod inter Brixinum & OEnipontum nihil me reperiſſe moleſtiæ, niſi meipſum. nam dum timeo omnia, fontes, fumos, colles, niues, canes, homines, tàm fui ipſe mihi moleſtus, vt iam iraſcar meo timori, ac putem nihil eſſe fonte, fumo, colle, niue, cane, homine Tyrolenſi ſuauius, aut fidelius. Poſthac ſi quis hanc viam ingrediatur, ero illi author, vt omnia credat omnibus, etiam montibus, etiam nocte. Addam prætereà id ad mei in Tyrollim amoris*

ſigni.

ſignificationem quantulamcunq́, Brenner mõtem tanta fuiſſe humanitate, vt cum plurimos & præcedentes & ſubſequentes niuibus fœdarit, me ac meum ne violarit quidem. ſolebam anteà ſemper, quoties Romanorum replicabam annales, vel mirari prudentiam hominum, vel laudare prouidentiam Dei, quòd Romanæ vrbis fundamenta poſita erant in illis ſeptem colliculis: nunc verò tantùm abeſt, vt hac in re quicquam videam prouidentiæ diuinæ, quod eluceat, vt potius vituperem ſtultitiam hominum de fundamẽtis temerè iactis. cur non iecerunt Brixini? cur non OEniponti? cur non in Tyroli? ô ſtultos Romulum ac Remum, qui ſeptem colliculos horridiuſculos poſtpoſuerunt his Tirolis aureis ac cultis montibus. Si putes (mi frater) me iocari, per Faunos, per Satyros, per omnes Deos Deasq́ montium iurauero tibi facilè, ſic cultos eſſe montes Tyrolenſes, ſic ſuaues, ſic humanos, vt inuideam tibi illos, Romanis non inuideam ſuos. ama ergò illos, ac vide ſis, an poſſint cum fructu ferre ſemen Romanum, quod habuiſti à Petro, ſparges cum Apolline, colliges in cœlo, idq́ copioſè, niſi quod habuiſti liberaliter, ſpargas parcè ac rarò.

rò. nam in plæriſque Tyrolenſibus video terram, quæ facilè patiatur ſulcum. imprime fortiter, prudenter tamen, vt poßim te laudare, aurigam potius Romanũ, quàm Tyrolenſem. quòd ſi meam ſententiam roges, vellem inprimis, vt animum adijcias ad illas peſtiferas rei concubinariæ ac ebrietatis quiſquilias euellendas ex ſacerdotum moribus; vellem te populum imbuere pia præceptione; vellem te tueri exiſtimationem Collegii Germanici. heus, nõ intelligis? vellẽ te nõ languere in aula. per Collegium Germanicum te rogo, per Gregorium xiij. te obſecro, per animum tuum te obteſtor, vt Eccleſiæ rem cures ſeriò, citò. ad falcẽ, mi pater, meſſis eſt; ad theſaurum recondendum, mi Iacobe, venit fur; ad talentum diſpenſandum, mi Erlachere, vocat ad rationes iudex. ſi nõ audis amicum monentem, audies non multò pòſt iudicem punientem. ſed facio iniuriam tuæ virtuti, cùm ſic cupias ſpargere, vt doleas te non habere, vbi ſpargas. non eſt, vbi ſpargas? ecce tibi illos canes, illos fures pauperum, illos paruos dæmones; ecce tibi illos ſacerdotes venatores, illos vinoſos, illas labes Eccleſiæ; ecce tibi noſtros alumnos in Germania (vt audio) ſuperbos, vinolentos,

diſsi-

diſſipatores rei eccleſiaſticæ. cur nõ ſcribis? cur non mones? cur pateris hanc notam hærere in noſtro Collegio? noto rem, tu noſti reliqua. vis noſſe clarius? incidi caſu in Ferdinandum; primùm refugit ſermonem, mox pro libertate illa ſuæ naturæ effuſa aperit ſe de fuga, de deſperatione, de Cremerio, de aliis. hæc cõtempſi vt puerilia. verùm poſtquam mihi dixerat de illo noſtro ſacerdote vinoſo, auaro, impudico, exhorrui. quid? vix pedem extuliſſe extra limen Collegii, ac Italiam Germaniamq́; impreſſiſſe notis ſuæ turpitudinis? viris, pueris, hæreticis, catholicis peperiſſe offenſiones? tot? tàm graues? tàm apertas? ſocios violaſſe, verbo? pugno? ô egregiè ſimulatorem. vlcus eſt maturum, adhibe ſcalpellum, vt ſanies periculosè iam latens tota exprimatur Romæ, ac Germaniam iterùm noſtram non inficiat. ego promitto tibi ſanctè, me hominem velle vrere proximis literis, ac hæc ipſa verba poſiturum, quæ iam ſcribo ad te, niſi quid fortaßè mea bilis incenſa zelo non poßit effundere acerbius. duæ noſtræ literæ ſi veniant ad illum in eandem ſententiam, deſcendet ipſe in ſe, tàm altè, vt poſthac ſi non caſtè, ſaltem cautè omnia. ſi quid

ad il-

ad illum ſcribas, amicè ſcribas ac prudenter, ne quid emanet ad illius notam ac infamiam. ſeruare debes non perdere hominem. nam tantum ego pono, ſemperq; poſui momenti in fama exiſtimationeq; cuiusquam, vt mallem non ſeruare, quàm ſeruare per infamiam; vſq; eò, vt ne hæc quidem ad te iam, niſi omnia tibi eſſent notiora, quàm mihi. nobiliſſimum iuuenem Dauidem à Spaur, niſi ſalutes ita, vt facilè intelligat me illius modeſtiæ, virtuti, ingenuitati debere omnia, facis contra ſi tua facultas non poſsit vllo modo aſſequi meã voluntatẽ, infra meã voluntatẽ. ſaltẽ id in umbra, me in illi' poteſtate ac nutu eſſe. Gothard' noſter, Deus bone, quã eſt ſummiſſus? quàm candidus? quanta ſuauitate aſperſus? ama illum, amplectere illum, oſculare illum meo nomine. nam cum ſe præſtet dignum Collegio Germanico, dignus ſanè eſt, qui feratur in omnium ſinu. ô ſi tu & ille poſsitis efficere, vt diuinus ille adoleſcens D. à Spaur vnum aut alterum annum commigret Romã, ac abdat ſe in ſtudia, quantum præſtiteritis Brixino? quantum Eccleſiæ? quantum Collegio? vidi in vultu indolem, vidi in deliciis virtutem, vidi in libertate diſciplinam morum arctiorem

ctiorem, vidi in adoleſcente ſenem, vidi miraculum Germaniæ, magnus erit, ſi excolatur. Lyreſium ſalutabis, quam potes officioſiſſimè, ac Reuerendo Domino vicario gratias ages, quas? ſi non potes, quas vellem, ſaltem quas potes maximas. nam perhumanus fuit in peregrinū, in exterum, in homuncionem nihili, niſi hoc etiam tibi fortaſſè debeam. quod ſi id ſit, ago illi gratias tuo nomine, ac polliceor me tua cauſſa illi omnia præſtiturum ſumma. vale ac perſequere canes, vinoſos, concubinarios. me miſerū. penè exciderat, me diurnale perdidiſſe, credo Brixini in hoſpitio. vide quæſo, ac me bea de illo libro. nam vt non curem librum minuti pretij, curo tamen librum, quia noſtri collegij. quod ſi librum commodè non poſſis ac tutò mittere ad D. Zachariam, de imaginibus tamen vnicè, per Iouem ac Iunonem, idq; citiſſimè: nam morior, niſi quid audiero de meo S. Ambroſio, aliisq; imaginib⁹, quas quanti facio, niſi noſti, me non noſti. Vale. Oeniponto.

g RO-

LXXII.

ROBERTVS TVRNERVS Niniano Vinzeto Abbati ad Sancti Iacobi S.P.D.

Ratiſponam.

O *bellas literas: expectabam aureas tantũ, recepi & argenteas, ꝙ pecuniã; & aureas; quòd ab aureo beneq́; defæcato animo; & gẽmulis diſtinctas, quòd ſpirant vel amorẽ in Turnerũ, vel charitatẽ in ſuũ. quid? quod ab Abbate? quid? quòd ad miſellũ? quid? quod iubeant ſperare? quid quod inuitẽt? quid? quod excitẽt? quid? quod amẽt? quid? quod gratulẽtur? ô bellas literas. tuà charitas (Reuerendiſſ. D.) ita exhauſit riuulũ meæ dictionis, vt cũ nihil ex eo iã poſſit fluere vberius, cogatur tamẽ fons incluſus in mente ſæpè ſæpiusq; fũdere illas voces, tanquam guttulas rariores, ô bellas literas. nã fons ſic natus eſt, vt ſi vel obiectis aggeribus, vel excluſa via non poſſit in riuulis ſcaturire largiꝰ, quærat latebras, faciat anfractus, exſcindat ſinus, vt fluat guttatim. quare ſi tua vel facul-*

facultas, vel charitas, tanquã obiecti aggeres, excludãt meorũ riuulorũ apertũ flumẽ, amabit tamen tua pietas mei fontis expreſſas guttulas; atq; ſic amabit, vt ſi riuuli interſepiãtur, ne fluant; facilè exiſtimet meũ fontẽ non poſſe impediri, ne erumpat. quare agerem gratias de iſtis florenis, de amore, de charitate, de perpetua tua in me beneuolentia, niſi mallẽ te potius inſpicere mei animi, tãquã fontis, limpidã guttulã, quàm guſtare meorum riuulorum aquã turbidã, ſed turbidã tamen tuæ facultatis magnitudine, nõ ſuæ originis natura. tuus ergò ſum. numquid aliud? tuis meritis tuus sũ. etiãnum expectas? ſincerè tuus ſum. minutula ſunt iſta? minutula ſunt ſi ſpectetur tua fortuna collocata in ſummo honoris gradu. Vale.

LXXIII.

ROBERTVS TVRNERVS Niniano Vinzeto Abbati S. Iacobi Ratiſbonę.

RATISPONAM.

DIe Iouis vix remota fuit prandij menſa, cũ hoſpita nuntiat adeſſe, qui me quæreret, rogo

rogo quis homo ſit. exceſſit illa, vt intelligas catam eſſe mulierem ac fictam penè ad malitiam, frendere eum ac more meo frangere verba Germanica tàm artificiosè, vt debeat eſſe Anglus, aut oporteat eſſe aliquem, qui Anglũ ementiatur peregregiè. ſentio eſſe aculeum in me, delectat tamen aculeus, vt à muliere peringeniosè iactus in meam eloquentiam Germanicã. video mulierem, curro ad oſtium, video Chriſtophorum. quærin'? prehenſo manum, ac, quaſi hoc nimis eſſet peruagatum ad amoris magni magnam ſignificationẽ, irruo in gremiũ. ad illud tritũ, Satin ſaluæ? vix reſponderat ſaluas, cùm quæram de te, de patre Iacobo Vito. tacet. vrgeo de te. interpoſita mora tandem muſſitat te valere. de Iacobo, non exprimo vocem, ſed lachrymas, eaſque tàm vbertim fluentes, vt mirarer in viro puerum. rogo quid rei ſit, quid iniuriarum, quid doloris, quid lachrymarum, conantis loqui vocẽ aliquãdo interciderunt mediã, aliquando obruerũt totã lachrymæ, vt nihil penit⁹ eliciã. putabã primò fuiſſe lachrymas doloris, intelligo tandẽ eſſe lachrymas amoris. nã poſtquã mulcendo, perſtringendo cõpoſuerã hominẽ, ac in gyrũ, quaſi quen-

quendã rationis duxerã, infert, te ita deuinxiſſe Iacobũ, ita amaſſe, vt vitæ apud vos tã ſuauiter actæ memoria eliciat lachrymas. nouũ ſanè hoc eſt in Benedictinis noſtræ ætatis, ſed nõ nouũ in Ninianis ac Iacobis, ſic amare, ſic deuincire, vt qui amantur, deuinciuntur, nõ ſatis ſe putẽt gratos, niſi recordantes fleuerint largius, quàm deceat non dico viros, ſed ipſas mulierculas. etſi laudo facilè has lachrymas, vt grati pias, tamen reprehendiſſem vt viri ineptas, niſi ſenſiſſem in illo amato, deuincto, me amatũ fuiſſe ac deuinctum. largior ergò has amori, ac cum verba mea nihil habeant neruorum ad agendas gratias pro re tanta, ſino illius lachrymas obire gratiarum agendarum piam functionem. quid narro de agendis gratiis? ſentietis me ſi non in referendis gratiis benè opimum, certè in habendis ſincerè gratum. hoc noſtrum fuit, illud veſtrum eſt, monachos eſſe moratos, ſuaues, pios, addictos religioni, ac diſciplina ita aſtrictos, vt optarem ſanè omnes Benedictinos ad veſtram normam ſanctos. per ſanctum Ninianum ac reliquos Scotiæ Diuos hanc nobis famam, ac religionis gloriam conſeruate integrã à labe, nam magna eſt, mira eſt anti-

qua eſt. quid quod hac ætate? dico planè ac prædico, me venturum breui vt præſens præſentibus gratuler vobis hanc gloriam famæ, pietatis, religionis. quod ſi quis me excluſerit Anglum, contendam ſacramento, me Scotum eſſe, ad id niſi ſatis fuerit, me cooptatum fuiſſe à Reuerendiſſimo Roßenſi, vixiſſe cum Scotis familiarius vbiq; quàm cum Anglis, Reginam obſeruare Scotam, amicos colere vbiq; Scotos, adferam illa grauiora; cognomen me habere Scoti, auum Scotum. Nam Turnerorũ gens nõ fuit fortaßè potius ex Angliæ Deuonia, quàm ex Sanctandreopoli Scotiæ, cùm Turneros ante quinquaginta annos non viderit Deuonia, viderit Sanctandreopolis à memoria Terguſis. Sed non premam acrius, cum ſperem me habiturum te diſceptatorem cauſſæ meæ planè æquum; nam facilem non cupio in re tàm clara ac iuſta. Vale, Monachij.

RO-

LXXIV.

ROBERTVS TVRNERVS Niniano Vinzeto S.P.D.

ETſi nihil ſit, quod cupiam minus, quàm te tangi leuiter; tamen gaudeo hoc tempore te angi grauiter. nam quod amor non potuit, id angor extorſit, vt ſcribas, ac ad eum ſcribas, qui literas tuas amat in te, ſeu potius te in literis. noſti amorẽ ſuauem, ſed in ſuauitate importunum; noſti amorem ſedulũ, ſed in ſedulitate impudentem. quare ſi ſcripſerim ſuauiter, ſuauitas hæc fuit importuna, vt elicerem tuas literas; ſi ſcripſerim ſedulò, ſedulitas fuit impudens, vt viderem tuum amorem vna charta quaſi ſyngrapha, cõſignatum. ſcripſiſti; id eſt, amorem in me tuum oſtendiſti eſſe conſtantem. reſcribo, id eſt, oſtendo me omni contentione dimicaturum, vt amorem tuũ vel officio æquem, vel conſtantia vincam. quare, vt dolorem, quem inuſſi tibi proximè tacendo, iam totum abſtergam ſcribendo, audi, incipio. Sed nõ incipio, niſi audias & diligẽter ſeria, & amicè

amicè noſtra. In Anglia Patres è ſocietate Ieſu mira præſtiterunt. nullus, cùm fueram ego Leodii, captus fuit: ac tam frequens populus ſequebatur illorum conciones, vt frequẽtia indicaret rem. nunc quatuordecim dicuntur capti, & in reliquis Campianus. Spero falſum eſſe. Nam Campianus oraculum fuit Angliæ, ac adeò miraculum. noſti hominem. ſi latinè fuerit Tullius, Anglicè fuit Demoſthenes. Literas tuas cancellario dedi ad Ducem: premebã de reſponſo, promiſit ſe facturum officium. Pater Oliuerius, qui res ſocietatis in his partibus procurat, Monachij iam eſt. Vale Monachij.

LXXV.
ROBERTVS TVRNERVS Niniano Vinceto, S.P.D.

DE memoria ſui conſeruata habet gratias, easq́; immortales gratias Turnero? immortales de memoria ſui? perpuſillum hoc eſt. cur non etiam adiecerat illam vocem, diuinas? cur non hanc formulã, ampliſſimis verbis? ad

ſum-

ſummam multa deſunt, ſi omnia quis velit exigere ad aulæ normam. quanquam aulæ non feciſſem mentionem, Abbati ſacerdos, niſi Abbas aulæ quandam vmbram effinxiſſet in ſuis literis tàm ridiculam, vt gratias agat ſacerdoti, quòd colat Abbatem; clienti, quòd obſeruet patronum. noui quem laudo, qui laudo Ninianum; noui cur amo, qui amo Vinzetum, illum tàm officioſum hominem Turnero, hunc tàm vtilem Abbatem Eccleſiæ, vt niſi laudem ſummè, amem ſincerè, planè ſim dignus, qui & ſtultitiæ & ruſticitatis notis ſempiternis inurar. quare omittas poſthac gratias, quoties ad me. niſi fortaſſè velis agere gratias, quod oſtẽdo me gratum; vt experiaris, an futurus ſim in illis reiiciendis tàm prudens, quàm eſſem in recipiendis impudens. quanquam hoc certè eſt vocare in controuerſiam illum animum, qui tàm ſincerus eſt, vt in tuis rebus niſi ardeat, frigeat; ſi frigeat, pereat. quare cum ſit, vt in ardore quædam animi mei vita, ſic in frigore mors; patiaris hunc meum ignem incluſum, facto, verbo. quacunq; ratione exire, neq; eum coneris agendarũ gratiarum cæremonia vel tan-

quam aqua extinguere. ſed hæ amoris notæ placent, quia irrident. Vale.

LXXVI.

ROBERTVS TVRNERVS

Ioanni ac Iacobo Vinzetis fratribus, nepotibus Niniani Vinzeti Abbatis S. Iacobi.

RATISBONÆ.

AVdio vos nepotes eſſe Reuerendiſſimi Abbatis; amo. audio, vos eſſe ingenuos; laudo. ſed vt amem ardentius, oſtendite vos non eſſe indignos tanto patruo; vt laudem plenius. nolite pati hanc ingenuitatem, quam natura vobis inſeuit, perire veſtra culpa. multos fingit natura ſcitos, lepidos, ingenuos pueros, ſed naturam niſi excolat ars, nunquam erunt illi prudentes, docti, boni viri. pergite ergò ſtudere, ac cum omnia habetis commoda, ſeriò pergite. Vitam veſtri patrui vellem vobis proponere, ſed ipſe vos vt amat ſuauiter, ſic informabit piè. Hæc volui vobis, vt oſtenderem, quàm in vobis amo patruum, ſeu verius in patruo vos. Me redamate ac reſcribite ocelli mei. Valete.

RO-

LXXVII.

ROBERTVS TVRNERVS Richardo Briſtoo, Theologiæ Doctori.

DVACVM.

DEus hunc tibi (digniſsime Doctor) honorem fortunet, in quo parietes exquiſito artificio fuiſſe inſtratos, menſam opiparè inſtructam, omnia ad pompam ſplendidè ornata, tibi homini externæ laudis vmbram ambitiosè non conſectanti nihil gratulor. illa verò te multa preſsiſſe breuiter, obſcura aperuiſſe enucleatè, quia tua ſunt, nec aliundè ſuſpēſa, ſeriò quidem triumphò. quòd Alanus, in quo natura humanitatis expreſſam quandā formā effinxerit, te nō ſuis facetiis aſperſit, ſed vocibus pietatis, ſuauitatis, doctrinæ plenis, tanquam facibus quibuſdā, ad virtutis viam ſedulo terendam inflammauit, quidni tua cauſa exultem, qui tua cauſa omnia profectò velim? nam cùm plurimū in vtramque partem referre, illi poliendæ vitæ ſapientiſsimi magiſtri ſtatuerint, quis quem vel conuicio figit, vel laude cumulat, in ſum-

ſumma equidem tua felicitate pono, qui diuina quaſi prouidentia nectente habuiſti præconem, non, N. qui omnia ingenij ſui aſperitate metitur; ſed Alanum, qui iuſtis rerum ponderibus omnia æſtimat. quid? Briſtoum N. id eſt, humaniſſimum, doctiſſimum, piiſſimum, ille ex Melancholiæ colluuione fictus, coloribus ex Diogenis aut Ariſtippi alicuius artificio promptis adumbret? iniquum profectò tuaq; virtute indignum. Culpinos ille habeat ac Talpinos, in quos omnem naturæ ſuæ acerbitatem cõſumat; Briſtoos verò ſi vel nutu violet, auſim profectò iurare nihil eſſe illo inhumanius, nihil aculeatius. quæ omnia à me dicta putes, non vt in animum tuum aſſentationis verborumq; illecebris influam, ſed vt cum meæ in te beneuolentiæ perilluſtria ſigna non poſſim ſuſtollere, perexigua quædam indicia meo more ponam. at ſi ne hoc quidem præſtans tuæ modeſtiæ laus pati velit, id à tua charitate elici patiare, vt te, omnibus virtutibus tãquam exemplar mihi quoddam informem, ad cuius imitationem omnia mea ſtudia, cogitationes, actiones effingere poſſim. ſiquidem ita homo ſum, vt eo vehementiori ſtudio ad virtutis doctrinæq; laudem incendar

cendar, cum eos ego homines ſtylo aut cogitatione depingam, quorum vel virtutem perſequi illuſtre, vel doctrinam aſſequi glorioſum eſſe puto. quòd eò in te libentius facio, quò maioribus beneuolentiæ & charitatis officiis me tibi deuinxiſti; quæ cum fortunæ iniuria commotus nullo modo reponere poſſim, illorum mihi obliuionem vt nulla ætas inducat, maxima profectò à me ſuſcepta erit contentio. quippe non ignoro hanc opinionem omnium mentes latè eſſe peruagatam, eum, qui beneficia apud ſe poſita vel obliuione ſepeliri, vel alioqui in terram defluere patitur, grauiſſimi ſceleris notam meritò incurrere. ſed quid plura? nunquid non lynceus vides me eſſe in te animo, quo volo in pium, humano; quo ſoleo in doctum, beneuolo; quo debeo in amicum, grato? quæ (ne quid ſuſpiceris) eò libentius hoc tempore expromo; quòd putarem fœdiſſimam inhumanitatis labem mihi inuſtum iri, ſi Romam breui cogitas, mei in te amoris ſignificationem quantulamcunque literis inciſam, tanquam ſyngrapham quandam, domi apud te non depoſueram. O ſi Deus hoc nos beneficio cumulet, vt ab omni hæreticorum impetu ſarti tecti Romam videamus,

mus, quàm ego ex intimo animo pro te tuiſque preces, ad Diuos Petrum ac Paulum expromam! tu interea ſi ex penitiſsimo pectore pro nobis ad Deum preces fundas, facies profectò, quòd eſt tua pietate digniſsimum. nam eſt, cur tu omneſque Angli Reuerendiſsimo Roſſenſi (quo cum proficiſcor) omnia fauſta precentur, cùm is ſit, qui (vt taceam illo, tanquam Atlante cœlum, noſtram penè rempublicam niti) omnes nos tanquam Anglus, ſumma charitate ac beneuolentia comprehendit. Vale, tuamq́ dulciſsimam matrem meo nomine ſalutabis, quàm potes humaniſsimè. dominus quoque Martinus ſaluebit à me plurimum, quem pro ſua in me humanitate quāto amore proſequor, facilius erit illi cogitando informare, quàm mihi dicendo efformare. quid tuorum ſtudiorum curſum incido? omnes (vt vno verbo dicam) ſi Turneri nomine valere iubeas, maximo me tibi beneficio obligabis. quibus id velim addi, Hurtum mihi medullis ipſis hærere. Lutetiæ.

RO-

LXXVIII.

ROBERTVS TVRNERVS Thomæ Chambres doctiſſimo Theologo. Rogatus ab amico hanc ſcripſi, præfigendam Theſibus iuris, quas defendendas typis mandarat.

PEruenit ad aures meas, doctiſſime Chambres, rumor quidam tacito quorundam ſuſurro excitatus, me vel eo in ſtudiis perſequendis languore, vel in comprehẽdendis ſtupore eſſe, vt omnis fuerit tibi præciſa ſpes, fore vt vnquam eruditione imbuar mediocri. quæ ſententia quod tua fuit, ab aliis tamen ſi fluxiſſet, tãtùm abeſt, vt mihi pectus foderet, vt ne leuiter quidẽ pungere poſſit. nam etſi natura mihi non impreſſit Chryſippi acumen ad expiſcandum ſingula, nec Simonidis memoriam, ad comprehendendum omnia, Deus tamen eam mihi impertiuit mentis tenuitatem, qua poſſim mediocria, & religio eam mihi inuſſit animi inductionem, qua velim grauiſſima quæque ſi non aſſequi intelligentia, ſaltem perſequi diligentia. neque eſt cur putes, ſi domi aliquando in pra-

præclaro literarum ſtudio langverim, me hic quoq; eadem deſidiæ labe implicitum torpere. cum religionis, (vt tu noſti) catholicæ vis tanta ſit, vt cuius mentem imbuerit, illum in omnium bonarum rerum ſtudium acerrimè inflammet. ob diuinæ iam religionis luce perfuſus, quàm opto ſeriò poſſe fieri, vt ipſe me à primis ineuntis pueritiæ rudimentis retexerem? non ego nunc, vt anteà, ætatem meam in nugis (ne quid grauius dicam) Oxonii apud homines hæreſeos crimine obſtrictos, neq; in fabulis domi apud homines nulla politiori literatura excultos, otiosè, turpiter, nequiter contererem; ſed in ſtudiis ætati meæ teneræ aptis, & huic ætati miſeræ peraccommodatis, ſedulò gnauiter; piè collocarem. Sed cùm quod effluxit temporis, non poßit reuocari, & quod effluxit temporis, poßit reſarciri; quod non poteſt fieri, doleo; quod poteſt, fieri, ſtudeo, vt quicquid ex otio contraxerim ſordium, poßit dolore abſtergi, & quicquid in otio perdiderim temporis, poßit ſtudio compenſari. at ſi arbitreris iſtas voces ex ficto pectore promptas eſſe, en tibi doctißimè Chambres, has theſes meæ diligentiæ aliquod ſpecimem, vt id taceam diligentiæ & ſtudiis meis pri-

is primam iuriſprudentiæ lauream(quam baccalaureatum vulgò vocant) non ita pridem fuiſſe decretam. id quod eo nomine ſcribo, vt ſi iſtæ Theſes non ſatis loquantur me eſſe diligentem, ſaltem Academia pro me loquatur, me nec omninò eſſe languidum, nec prorſus eſſe plumbeum. Quare ſi quam vel de negligentia vel de ſtupore meo opinionem animo tuo imbiberis, illam iam tandem patere ex animo tuo euelli. id quod ſi obtinuero, ſperò futurum, vt mei parentes hortatu tuo languentes meorum ſtudiorum rationes aliqua pecunia quamprimum fulciant ac ſuſtentent. quod vt coneris, per amicitiam, qua Anglus Anglo; per fidem, qua ſincerus ſincero; per religionis ſanctitatem, qua Catholicus Catholico arctiſſimè deiuncior, obſecro, obteſtorq; enixè. Vale & hæreſim, vt ſoles, extirpandam cura. Duaco 10. Kalendas Maii.

LXXIX.

ROBERTVS TVRNERVS Reuerendo & doctiſſimo Clementi Sublindio S.P.D.

ROMAM.

QVas ad me dediſti literas, 18. Ianuarij ſcriptas, illæ mihi attulerunt & dolorem & voluptatem. dolorem de obitu Pontificis, lætitiam de redditis meis literis, & inſtrumento reſignationis adiuncto, ex quibus eſt meæ petitionis cardo. Nam cũ occaſiones plurimæ, quæ in tanto loci interuallo intercurrunt neceſſariò, plurimas nobis literas, & interdũ eas, quas minimè cupim⁹, intercipiãt: etſi doluerim, pro eo ac debui, grauiſſimè, eccleſiæ meæq; cauſæ periiſſe optimum Pontificem, tamen è medio illo dolore emicuit quædam lætitiæ lux de ſeruatis & redditis meis literis. Pontificem, Chriſte nobis ſuffice alterum, Zeli illum plenum & fælicitatis, qui orbem totũ, poſt tot vitæ viæq; errores, virtutis religionisq; veræ ſeptis iam tandem includat. De negotio meo vix eſt, vt addã quie-

quicquam, niſi vt illud vrgeas, & mihi primo quoq; tempore conficias. ſic tamen vellem feſtinandum, vt res & principium & finem habeat in menſe Pontificis. Vale.

LXXX.

ROBERTVS TVRNERVS admodum Reuerendo & clariſſimo Domino Henleo S.P.D.

FRIBVRGVM.

ETſi mihi poſtremis his annis obortæ sũt cauſæ multæ magni doloris, tamẽ nihil tam mihi vſsit mentẽ quàm quòd vos meũ factũ aliorſum accepiſtis, atq; debuiſtis. tàm certè in quibusdam apud vos deſiderabam charitatẽ, quàm illi in me conſtantiã. Debuerũt videre nõ quid factũ, ſed quo animo factum. Te nihil accuſo, qui noſti pactum, conditionem, mentem, omnia. Promiſi ſi poſſem: non potui, per vos, audieram quid rumorum de me erat apud vos: an dolerem? intimis ſanè ſenſibus, eos quibus nihil putabam purius, aut candidius, aut cogitaſſe, aut ſparſiſſe de me illa, quæ mihi mentem penitus inſculptam excluſerunt. Ita erat

mihi Friburgum non in oculis tantùm, ſed etiam in medullis. nam amabo, quamdiu ſuppeditat vita, colamq́ Friburgi formã, ſuauitatem, doctrinam, hancque meam mentem teſtabor orbi tàm clarè poſt paucos menſes: vt habituri ſitis occaſionem dolendi quòd tàm ſinceræ menti inſperſiſtis tàm iniuſtam maculam. Etiamne mi Henlee, tu frendes? non ſpero, nedum timeo; ſi tamen bilis tibi excita loco eſt, redi in orbem, vel rationis, vel amoris: id eſt, deſine aut dicere, aut cogitare malè de Turnero tuo; qui te tàm habet charum, quàm tu te. Vide quid offendas, & quàm grauiter offendas, ſi in Turnerum amicum offendas, miſerum quidem illum, amicum tamen. quid ago? amor me abripit quaſi æſtu quodam in aliena, certè aliena. Nam mihi mens hoc tempore fuit rogare te, vt quas Marklandus apud te reliquit Domini Edvvardi amici mei res, eas tu des huic Tabellario perferendas ad me. idq́ te peto verbis quàm poſſum vehementiſſimus: nam amico huic meo erunt vſui. Non ſunt illæ magni pretii, multi tamen vſus, non rogo pluribus, ne videar meis precibus tuæ facilitati facere iniuriam. tu tamen

men cogita, quantum vellem, quantum poſſum, quantum deberem rogare in re neceſſaria, vt videas neceſſitatem, huic rei tantùm ſubmiſſus fuit iſte Friburgum. non poſſum plura. Imò quid vellem plura? tàm multa ſanè non ſtatueram, ita eſt & Tabellarius feſtinus, & valetudo mihi non ſatis cõmoda. Deinde de mente noſtra, ſatis eſt, amare inter nos vno verbo. non multò poſt ſcribam plura, & exquiſitiora. Vale & me ama, Euchſtadii Calend. Iunii 1587. Dominus Edoardus tui ſtudioſiſſimus cupit ſibi angulum, ſi non in ſinu, certè in cogitatione tua.

LXXXI.

ROBERTVS TVRNERVS Laurentio Vlmero S. Theologiæ Doctori,

S.P.D.

SPIRAM.

Q*Vã tu maximè cupiiſti, & ego tibi fœlicitatis telam pertexere iam diu volui: eius*

nunc tibi obijcio ſpem, immò rem. ſat diu ſperaſti. Aperi iam ſinum tuum. hæres? homo hominum tardiſſimus. Aperi, inquam, aperi. Nam Dia fortuna ſtat tibi præ foribus, vultq́ in tuum ſinum, ſi aperias modò, inuolare. crede mihi, fortunæ iam Flaminii tu hodiè fœlix eris, ſiue à fortuna dea, ſiue à me, eius Flamine. Quanquam ineptè videor tuæ fœlicitati exprimendæ corradere ex gentiliſmi labe, fortunæ, & Flaminis nomina. Deus, Deus adeſt tibi, non fortuna gentilitatis ficta dea. & ego non illius ethnici monſtri flamen, ſed veri Dei verus ſacerdos adfero tibi hodie Euangelium. expedi te ſis ad altare ſacrum, & lita Deo vero, pro te fœlice, pro me huius tuæ fœlicitatis ſiue ſequeſtro, ſiue nuncio. poſt tàm longam præfationē expectas fortè epiſcopatū. etiamne tu in iſtis ambitioſis? parochiam putabam tuo deſiderio leniendo ſatis, aut ſi ſatis nō ſit, offero tibi canonicatū, ſtipendium, collegiū, omnia mea. horū verborum hic ſenſus eſt. Non ita pridem Officialis noſter voluit mihi cedere canonicatū quendam ſuum, hac conditione, vt ego illi cedā parochiam Piedenfeldenſem. Aſſentior, ſi huc incumbat Princeps noſter. Nihil facilius

Prin-

Principe, ſi ei curem Præſidem Collegii, Theologiæ Doctorem. Te promitto, non quòd alium non poſſum ſed quod te ſolùm volo, mihi multa officij, ſtudij, familiaritatis communione iunctiſsimum. Quare ſi velis eſſe noſtri Collegii præſes, eſt tibi via munita à me ad hanc ſiue functionem, ſiue mauis dignitatem. dignitatem dico, non quaſi ego vermiculus hominis fuerim in dignitate, ſed quod hæc ſit hominum de hac functione opinio & exiſtimatio. At quis fructus? iſtud à te, iſtud expectabam. triuit vulgi ſermo, ſacerdos non habet fundum: barbarè quidem, verè tamen. Nam plerique quærimus rem noſtram, non publicam. In his non es tu: tantùm vis cum fruge publica, rem tuam. Placet mens. Quare res tua apud nos hæc erit, ſi velis. Primò dignitas eſt præſidis hanc ſequitur Canonicatus Diui Vilibaldi, cuius fructus ducentorum quinquaginta minimùm florenorum, ex frumento & pecunia præſenti. Eyſtadij.

LXXXII,

ROBERTVS TVRNERVS Admodum Reuerendo & Magnifico Domino Georgio Lautherio ad D. Virginis Monachii Præpoſito,

S.P.D.

ANtea debui vobis plurima, nunc de N. ipſum me. ſignificauit mihi, quanto eum amore complexus es, quàm prolixè promiſiſti, quàm largiter homini præſtitiſti, denique in his omnibus officiis quod mei inprimis habuiſti rationem. etiamnè? tantùm mihi tribui à tanto? de hoc tuo in me amore, ſaxeus ſim, ſi ſeriò mihi non gratuler. verum cui debes plurima grati eſt, et velle debere omnia. Quare cùm profitear me tibi extremè debitorem, & q̃ VVolſiũ amaſti, & quòd me in illo; volo etiam tibi hanc partem eſſe debitor, vt quod amice incœpiſti, amice, meâ causâ, conficias,

Vale.

RO-

LXXXIII.

ROBERTVS TVRNERVS Iacobo Millero Vicario Ratiſponenſi S.P.D.

MOleſtum me putas, qui interſtrepam. poti⁹ modeſtum. nã leuiter interſtrepo, & breuiter; vt, ſi quæ ſeriæ cogitationes tuam mentem diſtringunt, hæc mea epiſtola, iis intercidendis, ſecurim, non augendis, pondus adferat. ſolebat Cæſar, magnus ille Imperator & orator, omnes ſerias cogitationes ſuas terminare lectione librorum & literarum ab amicis. ego tibi amicus. non eris tu mihi Cæſar? ſtatuò planè in hanc partem, ſiue humanitatem veſtram, ſiue noſtram conſuetudinem ſpectem. quid nugor? verbuli res eſt. Ingolſtadij (ſi meminiſti) inieci mentionem Andreæ VVolſij, rogauiq́, vt eum ornes, & in eo ornando aliquam mei rationem habeas. iterum rogo, vt quod tunc ſuauiſſimè promiſiſti, huc iam ſeriò manum adferas & mentem. Virum promitto, gratum, ſedatum, nõ indoctum, omniâ bonum, & (quod caput eſt) nullis, vt ſpero, cõmodita-

tatibus molliendum. cur ſperem hoc, ipſius Zelus eſt. Etſi enim hic habeat quadringentos florenos annuos ex canonicatu, & aliis incommodis: tamen Zelus, tanquam flamma ita videtur hominem totum, intimum, extimum implicuiſſe, vt ſemper cogitet animas, concionem, alia, quæ ad proximum. Vale.

LXXXIV.

ROBERTVS TVRNERVS
Iacobo Millero Vicario Apoſtolico Ratiſbonenſi
S.P.D.

ALiorum æmulatio, non voluntas tua, rem N. fecit, facitq́; incertam. is ringitur de illis, quorum culpa eſt, de ſe angitur. Certè quidem, vt dicam liberè, faciunt illi iniuriam virtuti, labori, Zelo veſtro. pulchrum hoc vobis ad laudem, conari, dei cauſa, & ſic conari, vt habeatis magnos inuidos, bonos fauentes, nos adplaudentes veſtris conatibus, bonis, ſanctis conatibus Macte, mi Domine, hac virtute, & cogita, non quis pateris, ſed cuius cauſſa pateris. laboribus tuis præmiũ erit hîc (quanquam

hîc

hic non magis cupio, quàm vult Deus) ſedibi, vnde Deus diſpicit horum inuidiam, diſpicit, inquam, & deſpicit. vidi, audiui multa, in his multis, te optimũ ſiue agas, ſiue patiaris. iſtud eſt, bonum eſſe, & Romanè bonum. Dixit Liuius, lac immò mel eloquentiæ, Romanum eſt agere & pati fortia. Quod ipſe dixit in rebus & de rebus mundi, quidni ego educam ex illis quaſi carceribus, & traducam ad rem bonumq; eccleſiæ? Quare perge, mi Domine, perge, & fac, omnes intelligant, te rem Dei, non hominis; Eccleſiæ, non mundi; ſeriò agere. hoc hactenus feciſti. Niſi pergas facere, exprobrabitur tibi, Adpoſuiſti manum ad aratrum, & retroſpexiſti. Ne hoc poſſit vnquam exprobrari, habebimus ſemper (ſic ſpes) ego, boni omnes, cur ringamur de iſtis, qui inuident virtuti tuæ. Nunc verò rogo, conſtantia tua fiat, ne N. diutius angatur de ſe. Eſt iam, vnde, ſed non quo ſe vertat.

RO-

LXXXV.

ROBERTVS TVRNERVS
Iacobo Millero Vicario
Ratiſbonenſi
S. P. D.

NÆ tu homo ſuauis & officioſus es, ſiue agas pro me, ſiue ſcribas ad me. non enim ſperabam, fore, vt aut conficeres, quod petiui, in ipſo veſtigio, aut literas ad me dares, breues quidem, ſed inſperſas vndique ſale ſuauitatis & amoris in me tui. ſed eſt, quod triuit vulgi ſermo, nec verū, nec virum bonum poſſe diu latere, nec amorem ſerium diu parturire. Quàm non diu parturis? ſimul parturiiſti, & peperiſti, mihi amorem, huic quod petiuit. iſtud eſt verè amare, & verè bonum eſſe. Certè hoc, quicquid eſt beneficii (magnum autem eſt) ego perpetua memoria colam, efficiamq́, ſi qua obiecta fuerit occaſio, vt intelligas, me vt velle amari, ſic poſſe, gratum eſſe. Nihil eſt in mea poteſtate, ac ne eſſe quidem poteſt, te, aut authoritate (quam tibi virtus dedit) dignum: tamen amare ſincerè, laudare ſeriò, tua cauſſa cona-

tenari omnia ſumma, erunt tibi à me prompta omni & tempore & loco. Vale, meque ama, nam ego te, tanquam ipſum me. Eyſtadij, 13. Maij.

LXXXVI.

ROBERTVS TVRNERVS Iacobo Millero,

CONSTANTIAM.

NVlla amicitia eſt firmior; quàm quæ veluti lex naturæ, ſancitur communione ſtudiorum, qui hanc ſententiam, tanquam oraculum, ediderunt veteres, ſtudiorum nomine cenſebant literas tantùm vel eloquentiæ conditiores, vel Philoſophiæ reconditiores. ſiccinè? qui à Chriſto hauriunt, vſurpant illi quidem eandem ſententiam, ſed ſenſu meliori, vt ſtatuant nullam firmiorem amicitiam, quam, quæ veluti lex Chriſti, ſancitur communione ſtudiorum, non eorum ſolùm quæ mundus effert, ſed horum etiam, quæ Chriſtus & prompſit voce, & facto expreſſit. nihil ergò (mi Iacobe) debet eſſe, aut me tibi, aut te mihi arctius, & charius, quos eadem ſocietas ſtudiorum tenuit, eadem præceptio-

ptionis normam inſtituit, iidem cubiculi cancelli incluſerunt, eadem Chriſti ſchola docuit Romæ, ac tandem eadem Pontificis vox in Germaniam, tanquam agrum, emiſit. mihi crede, quoties cogito Milleros, doctos illos & bonos ſparſos per Germaniam, capio voluptatem, quantam poſſum animo maximam, quòd iſti eiuſdem mecum diſciplinæ alumni ſint & docti & boni; quanquam lætitiæ pars potior eſt, quòd ſint boni, quàm quòd docti . . . . . . Ingolſtadii.

LXXXVII.

ROBERTVS TVRNERVS Nicolao Serario Societatis Ieſu, S. P. D.

Literæ, quas ad me poſtremas dediſti, occuparunt in lecto: & quæ dubitabant, vbi eſſem, & quid agerem, illæ viderunt me vix eſſe, & animam penè agere. Reddenti tuas literas, egone (inquam) tàm fœlix, vt cuius vnam ſanctam lachrymulam meis peccatis eluendis toties optabam, eius iterum legam, vale?

vale? Qui debui hanc vocem accipere, tanquam indicem & iudicem ad mortē, omen cõtra interpretor (noſti inuitis nobis exui hanc veſtē corporis) omen ad vitam. Nam illud tuum, vale, mihi profectò ſonabat, ſurge & ambula. Magna vis tuo verbo. Tu dicis, Chriſtus audit, ego valeo: &, quaſi à te ſi non beneficium, certe omen, ſuauiſſimo nomini tuo, quod in literis erat, ſæpè oſculo pacis lito. hem myrrham nouo Æſculapio meo. facilè patiar, vt Æſculapium putes iocum, reliquâ latinè loquor, valeo citius opinione omnium. Nam fluxio, quæ multis diebus copioſiſſima tentarat gulam meam, ipſaſque fauces inſidens vocem mihi clepſerat penè & vitam, monuit tantùm, me hominem eſſe. ô bonum Deum, monuiſſe mititer, & morbi potius periclo quàm dolore imperaſſe hanc mihi ſeriò curam, vt meminerim, molem, quam geſto, carneam in ſuo nutu eſſe. Meminero, fauente eo, ex quo hæc mens elucet, nec vnquam fuero tàm impiè homo, vt non agnoſcā hanc corporis fabricam, quemadmodum à Deo, ſic ſub Deo eſſe, ſpiritu oris eius, & coagmentatam & ſoluendam.

Chri-

Chriſte, quando vis, & quo vis modo. en adſum, volens, valens, feri, ſana, ſed etiam per crucem tuam, & merita ſanctiſſimæ matris, ſerua. Has meas preces, ſuauiſſime pater, vel torpidas ſuſpirio ſancto promoueto, vel frigidas vna charitatis lachrimula calfacito: vt verè poſſim vſurpare, vitam mihi à te eſſe, vitam, inquam, non carnis, ſed gratiæ. quæ petebas, executus ſum ſingula. Eyſtadii ſum, agebamq; quod eſt in hac vita ſummum, benè mori. Valeo iam, & eò ſanè melius, ad omnia momenta adfero illud meditatum, me iam, aut non multò poſt, aut certè cras, aut (ſi cras largiatur mihi Deus) die, quem ipſe pegit vitæ meæ finem, poſſe & ægrotare, & mori. Tu non ſine cauſa putabas me alibi. nam & ego ſic putabam fore, & te hanc mentem meam literis docebã. ſed ego propoſui, Deus diſpoſuit, quod triuit vulgus cõtra quàm ſolet, bono prudentique ſermone. ſpero tamen, quod iam diu ſtatui, breui fore. Hanc meam cogitationem excluſit hactenus Roma, aut potius res mea Romæ, propter tot Pontificum obitum, iam diu pendula.

Vale 19. Februar.

1592.

LXXXVIII.

ROBERTVS TVRNERVS Nicolao Serario Societ. Ieſu.

EGo vt te præſentem, Corinthiorum voce, tanquam falſa vlna, metiar? non mente? nō re? Non mihi tanti eſt Corinthiorum aut vox, aut mens, vt cum his ſanus velim inſanire. ſqualle, mi Serari, ſqualle, non macre tantùm (Plauti loquor verbo) tu mihi eò magis Serarius, quò ſqualles magis: audieſque à me; ſi præſens vnquam audias, Margarita in rudi concha, & in putri vena aurum: ſciò perpetuum eſſe, & quaſi ſolemne naturæ, pretia rerum tegere vili tegmine, tanquam non ſatis magna, ſi ſemper obuia. Quicquid eſt corpore, id eſt, tegmine tuo: tu mihi præſens eris, qui abſens es, Margarita, ſi dicas; aurum, ſi facias, purum illud, & ſubactu tuæ ſocietatis, tanquam ignis, ſecretum à labe contagioneque luti, in quo nos hæremus. vſurpaberis ſemper vſurpaberis à me (quia hæc tibi notio placet) in imperfecto tuo perfectus Dei, ſiue corpus videam, ſiue mentem

tuam. ſi qualis mens, talis ſermo tuus, contemptibilis dicetur is mihi? aureus, mi Serari, aureus: eo magis, quòd audio ab iis, (quibus cerebrum & mens) dicenti tibi non ſolùm è pectore medullam, ſed etiam è ore exire ſuadã. felicem me, ſi hinc aliquando exugam. Non adulor, non fallo: illud non volo, hoc vix poſſum. Vis cauſſam, cur vix poßim? exiui in ventrem & vultum, vt ludam etiam tecum de mei corporis dolio. nam fallere tam eſt mei corporis vultusque hominibus alienum, quàm macris pronum. Quod reſpondit Cæſar monenti, caueat Pompeium; timendos quidem, non cauendos tantum Caßios & Brutos, macros, id eſt altos, reconditos, tectos: at prominulos hos Pompeios & obeſos ne cauendos quidem, vtpote apertos, candidos, gnaros potius omnia pati, quàm ſemel fallere, id ego mihi ſumo ſcutũ contra fraudis opinionem. in Pompeiis ſum & Craßis. geſtoq; ſi quis hominum, cor nõ in pectore tantùm, ſed etiam in fronte, vt fruſtra putes fucum, quod te voco aureum, nonne tu aureus, macer, & bonus? Nam (ne ægrè feras te tactum) pronum eſt macris, fallere, non familiare; facile, non perpetuum. vides, quàm

quàm ſum craſſus & apertus, qui ludo cum macro. Sed ignoſces ſi non amori, certè vultui genioque meo. Paulus ille tuus, quem domi tenes; fac exeat in oculos noſtros, & exeat tuus. iraſcar Paulo (quicquid tu habes opinionis) ſi non velit videri tuus. ita es terſus, nitidus, purus fuci.

Modius has ad te. complectere hominem, vt meum, maximè vt tyronem eccleſiæ. is apud me fuit, duobus penè menſibus. quomodo ad me? audiuit me aliquē eſſe, & hoc vulgi ſuſurro excitus, adiit, audiit. ſic multi alij, quos omnes ſic à me dimitto, vt iurent poſt liquido, mendacem famam. reliquum tempus, quo à me abfuit, exegit Ingolſtadij, vt ſtudioſus; Monachij, vt curioſus; Auguſtæ, vt nullus, expectans nec inueniens quod maximè cupiit. Sed hoc eſt, tricari. id à te volo, vt tu huic velis; meâ cauſſâ, etiam ſuâ. Vale ſuauiſſime Pater, & me ama. Anglis meis & P. Simoni ſalutem

Eyſtadij.

1591.

LXXXIX.

ROBERTVS TVRNERVS Nicolao Serario Societatis Ieſu.

NOn tu tàm ſcitè loqueris Auguſtinū (quāquam ſcitiſſimè, vt omnia, loqueris) quàm ego fideliter & te, & de te. ſum, ſi quis hominū, hanc partem priſcus, nec vllæ ſpę fit, vt non liberè ſcribam, dicam, cogitem de Luthero ſordem, de Ieronymo gemmam. Certè quidem, vt me cognoſcas, aurum electile ſemper mihi dicitur electile & purum. tu mel morum, medullæ ſcientiæ, non diceris mel? non diceris mihi medullæ? fideliter, mi Serari, fideliter. At oculi tui vident imperfectum tuum. hebent, hebent tibi oculi à ſole humilitatis, videntque te, ſi fortè videant, extimum, & Adæ tantùm caligine offuſum. at ego te video alium, & alio oculo, intimum, iudicii, doctrinæ, religionis, gratiæ ſtellis pellucentem. Dei, inquis, dotes. ſed tibi datas, maximo, quod te minimum; perfectiſſimo, quòd te vides imperfectum. Eſt enim diuinitatis cuiuſdam, quod è cœlo quis hauſit, cœlo reddere tanquam alienum, quod è na-

turæ face, ſibi ſeponere, tanquam ſuum. In hoc tu gradu diuinitatis, qui vides imperfectum tuum, mihique relinquis laudandum, immò amandum, in hoc imperfecto tuo perfectum Dei: vt poſthac debeas non tàm mirari, me tui admiratorem, quàm amare me Dei in te, & de te amatorem. Apoſtoli tui, aureolum opus, ſiue controuerſa ponas extra controuerſiam, ſiue antiqua dicas cultè, hunc mihi ſtuporis motum innſſerunt. Paulus tuus, & Iudas quid? faciunt, faciũt, vt ex illo motu exeat amoris flamma. ſiquidem nunquam inumbratus, aut Paulus melior, aut peior Iudas, quàm tuo penicillo. id fortè ægrè Paulo, (Iudæ cauſam non ago) quòd non præfertur à Serario inumbratus. Vult Paulus (ſi eius mentem benè noui) præferri clarus, ſed à claro; ſanctus, ſed à ſancto; Apoſtolus, ſed ab Apoſtolo. Non præſcribo tibi quòd agas, ſed ſcribo, quid agendum tibi putem, ſcilicet vt ſcripta tua id habeant gloriæ, dici tua. hæc etiam mens Carolo in Hoff, qui ſumma humanitate vir, ocellos meos domi meæ diſſuauiabatur. Amaui hominẽ, omniâ bonũ, maximè filiũ tuum. id temporis in menſa fuimus, Cancel-

larius noſter magnus vir, Carolus tuus, Giſanius, Modius, ego. dic ſodes, tinniit tibi dextra, an ſiniſtra auris? certè dextra. nã multus de te ſermo, plenus amoris, honoris, cui dedimus, ego principium, Carolus tuus finem. Quare ama me conſtãter, qui capto venorq; occaſionem, locum omnem, mei in te amoris inculcandi omnibus. Vale doctiſſime Serari. Calend. Iulii 1591.

XC.

ROBERTVS TVRNERVS Nicolao Serario ſocietatis Ieſu,

S.P.D.

TVn' me ſalutas? Dia Salus, vale, ficta & facta. inſanis cerebris. mihi ſalus vera à Serario, verè docto, verè pio. nam Deus quicquid ſalutis, tanquam roris, vel è cœlo ſubmittit, vel in nos immittit, aridos, ſtipites, per te iſtud tuique ſimiles, veros ſpiritus ſancti canales. Quare beaſti, non ſalutaſti, vt veram notionem vera exprimam voce. ſic ſoles? præter morem aliorum. ſed quia tu ſic ſoles, non vnus es multis, ſed inter primos (loquar quod ſentio)

tio) penè primus. rogaui antea ſolicitus, quis hoc, quis illud ſcripſit. Quæſiui te in ſcriptis paruis magnum (quanquam tua ſcripta parua forma, non pondere) iam inueni, & teneo medium: fœlix, quòd inueni, fœlicior, quòd teneo. Quare vellem ſæpius abſentem Bruſium, vt ego ſæpius fruar tua, immò mea ſalute: niſi velis hanc mihi fœlicitatis vſuram perpetuam. ſiue abſens ille, ſiue præſens: hoc fac, (per ipſum te rogo, mihi iam ſacrum caput) non quod ego merear, ſed vt ſit perpetuum tibi, non ſolitum tantùm, facere ſuauiſſimè omnibus.

Chartaceam philyram quam miſiſti, æſtimo non charta, ſed te qui dediſti, & eo in cuius honorem ſcripta. antea eius me fecerat participem Pater Hallerus delitiæ cœli; etiam literarum, quas ille in Hof ad eum dedit, inde, ex Herbipoli indices ſuæ fœlicitatis. in illis te legi, noui huius Auguſtini nouum Ambroſium. Eyſtadii 4. Idus Maii.

Vale.

XCI.

ROBERTVS TVRNERVS Nicolão Serrario ſocietatis Ieſu.

HERBIPOLIM.

Q*Voties eſt, cui dem: animus in te meus facit, vt dem ad te literas. ſteriles, inquis, qui verò ſteriles? amant. Amorem hunc ſi non pariant, parturiunt tamen; vt ſi reprehendas ſteriles, ames tamen grauidas. parturiunt, inquam. nam parere, eſt manus non mentis; eſt occaſionis, non calami.* Non clamo illud, *Iuno Lucina fer opem: hoc potius, Diua Maria, offer occaſionem teſtandæ mentis, ſi non manu (nam tua felicitas non requirit manum, niſi Dei, aut tuorum) certè alio modo. ſatis inter nos, immò plus quàm oportuit, qui amamus ad normam Chriſti, pendimuſque ipſi nos affectu, nõ effectu, niſi tamen hic exeat ex illo, maior ſemper ex illo, quàm ipſe in ſe. Accipe has verbi delicias pro factis tuis. Toties carmina, toties theſes, toties alias tui in me amoris notas, id eſt, ipsũ te ad me miſiſti: vt re futurus*

ſim

ſim impius, niſi verbo videar gratus. Erit non multò poſt tempus, tum in hoc genere velim non videri ſolùm, ſed etiam eſſe gratus: intereà id eſt, vt volupe mihi, inueniſſe creditorem non rigidum, ſic bonum tibi, habere debitorem gratum. Et cum ſis tàm facilis creditor, eris mihi (ſi non malè nitor tua facilitate) libẽter magis in re altera creditor. Noli putare rem magnam, ſed nec omninò tamen nullam. Qui has ad te, Anglus eſt Catholicus, nobilis notiſsimi apud nos clariſsimiq; ſanguinis, & affinis Illuſtriſsimi Cardinalis Alani. hæ rationes tibi, vt ames; ſed alteram ſpecta, alteram, eget. Huius vocis ea vis, vt illius neceſsitati ſubleuandæ à Principe, aliquid occultè elicias. Non publicè petit, ne & fronti ſuæ, & dignitati Cardinalis affinis iniiciat ſecurim: & petit priuatim tàm verecundè, vt malit audiri, quã videri. Nunquam fuiſſet vt hùc deſcenderem: ſi aut mea facultatula potuiſſet ei omnia ſuppeditare, aut non ſtatuerim, Principem veſtrum pro ſua innata clementia libenter auditurum, adiuturum volui dicere, hunc vel vt Catholicum, vel vt nobilem, vel potius vt Cardinalis amicum, & Cardinalis illius, quo nihil habet

aut Roma fauentius tui Principis nomini, aut terra ipſa vtilius Eccleſiæ. Multi fortè Angli (quæ eſt miſeria nobis importata ab hæreſi) moleſti ſunt tuo Principi, ſed hic ſolus, aut ex pauciſſimis vnus huius notæ. Pudor, pudor, vbi es? in mente, in fronte. amor tamen & reuerentia in Alani nomen iubent, vt pudor iam calamum, tanquam locum, cedat charitati. Vale, & hoc quicquid peto, intellige ad præſcriptum illius formulæ, quod bono tuo, & voluntate tuorum maiorum.

XCII.

ROBERTVS TVRNERVS Nicolao Serario Societatis Ieſu.

DEdi Modio ad te literas. recepiſti? hoc volui. tamen ſi non receperis, iſtud non valdè nolui. Nam literæ erant otioſæ, & nulla re magis fætæ, quàm amore: qui in te meus erit perpetuus, ſiue literæ hoc loquantur, ſiue taceant. Tamen ne taceant, iſtud ego cauero, tàm catè & cautè, quàm Conſules olim, ne quid reſp. caperet detrimenti. Nam vt literarum intermiſſi-

miſſione friget id, quicquid anteà incaluit amoris. ſi communione, hoc quicquid caluit, ardet, exitq́; in flammam. Poſt has ad te meas, tuæ ad me venerunt: oportunè, quòd metamorphoſes attulerunt, & eo maximè tempore, quo ego metamorphoſis. Nam poſt ſeriam commentationem (volui enim exprimere latinè librum Thomæ Mori de conſolatione Anglicum, quo nihil in hoc genere antiquitas protulit exquiſitius aut diuinius) penè laſſus volui id vnum agere, vt nihil agerem. quæ metamorphoſis? ab extremo labore ad extremum otium. Audiui apud vos fuiſſe maximam pompam. iſtud me non mouit. ſed te fuiſſe huius pompæ bonam partem, hic mihi ſeges lætitiæ vberrima. Quare gratulor tibi oculos aureſq́; illorũ Principum, quos Germania habet optimos: aut potius illorum oculis auribusque te, tàm venuſtum actorem, tàm concinnum oratorem.

Vale.

RO-

XCIII.

ROBERTVS TVRNERVS Gregorio de Valentia Societatis Ieſu S.P.D.

Libero fidem de VVelſeri literis; ſed ea lege vt veſtra fides apud me ſemper habitura ſit labeculam, ſi vnquã pateat me violaſſe amicitiam, in oſtendendis amici literis. quanquam hoc non facio, vt violem; ſed vt ornem. noſtin' hominem? planè eſt antiquiſſimis moribus, ſine fuco. non ſalutat, quem non amat, ſalutat te. id vide in fine vnarum literarum. in aliis literis nihil obſeruas, niſi id obſeruas, eum cupere vehementer amari à te. loquitur te allocutum eum, ſæpè, verbis humaniſſimis, amaſſe, inuitaſſe Ingolſtadium: dubitat de ſua ruſticitate, timet de lenociniis, de ſucceſſu. quàm ſollicitè? vno verbo, VVelſerus eſt, id eſt doctus, pius, candidus; ſolum curat honorem ſuæ familiæ, reliqua Deus. Valeat V. Reuerentia, ametq́; vel me in VVelſero, vel VVelſerum in me.

RO-

XCIV.

ROBERTVS TVRNERVS Richardo Hallero Societatis Ieſu Collegij Ingolſt. Rectori S.P.D.

Stultè facio, ſi commendem Reuerentiæ veſtræ Doctorem Ioſephum. Nam ſi notus, vita; ſi ignotus, vultus hominem ita commendabunt, vt hiſce vitæ vultuſq; veris formis, inſanus ſim, ſi quicquam ornamenti putem poſſe à mea oratione adpingi. Meritò hic me aliquis moneat, manum de tabula: vbi, ſi addo, fucus reprehendi; ſi detraho, veritas poſſit deſiderari. Quare illud de illo vnum pono, Ioſephum eſſe, quem ipſa Diua Virgo, ſi iterum cœtus hominum adiret, vellet & teſtem virtutis, & innocentiæ cuſtodem. Duo petit. Primum, vt quem ſecum adfert nepotem ſuum, paſtum hactenus Lutherana ſiliqua, eum ſinatis informari ab aliquo Patre, audiri tandem, & verò Chriſto, tanquam cibo, vegetari, ali, ſaginari in Eccleſiæ filium. opus magnum, Chriſto ſiue parere ſiue fouere, & dignum ſanè, in quo optimi cuiuſq; charitas hoc ſacro tempore eniteat. Alterum

terum petit, ſed (quo vultu ſolet omnia) verecundè, vt eum ametis, & tanquam alterum Ioſephum, cogitantem Ægyptum, aut alium tutum innocentiæ receptum, commendetis. ſi commendetis, is factis certè probabit, verbi veſtri vim nunquam in quenquam poſitam melius. Valeat Reuer. veſtra in bonum multorũ quàm diutiſſimè.

XCV.

ROBERTVS TVRNERVS Ioanni Hollonio ſocietatis Ieſu.

NOn multos ante dies commendaui tibi ad cõmunem veſtræ ſcholæ diſciplinam, & tui in me amoris certã notam, Edoardum Coſſinũ, popularẽ meum. is, quantũ audio, hactenus nec te, nec ſcholã vidit, ipſius damno, meo dolore. nã nihil eſt in rebus, quod ægrius ferrẽ, quàm eius ætatulam meæ fidei cõmendatam effluere ſine fructu. per charitatem tuam, illum ad te voca, mone, excita. is cauſatur mihi, nullos libros, nullũ rei ſcholaſticæ inſtrumentũ. ſed quid cauſatur? non res illi, ſed animus deeſt. nã animus ſine re currit in ſtadiis & ſtudiis. defuit glo-

rio-

rioſulo veſtis ad pompã. nam illa veſte, illo galero, illa ſpecie, puduit magnum virum, veſtrarũ ſcholarum pompæ & ſplendori ſe immiſcere. quã citò criſta homini non gallo? excitaui hominẽ verbo nõ mortuo, quod tamẽ viuet acrius tuæ vocis ſpiritu. adiuta ſis, mi Holloni, Turnerũ tuũ, verè tuũ merito candoris, & puræ putæ bonitatis. vt melius adiutes, cognoſce hominẽ altiſsimæ vt ſtaturæ, ſic mentis. quid quæris? popularis eſt Turneri, ex illa Deuoniorum & Cornubiorum gente, quæ, tanquã bonũ aurum, nunquã frãgitur, facilè flectitur. vno poppyſmo ſequetur te in cœlum: at ſi cogas, mauult cum altero ad inferos, quàm tecũ ad cœlum. is genius noſtræ prouinciæ. tu vteris arte, quã vales, tractandi hominis. nollem puerum cognoſcere, quãti eum facio: tu tamen cognoſce, eum mihi loco fratris eſſe. hac ætate, natus ſcilicet ſeptemdecim tantùm annos, fingetur, tanquam cera, ad omnem probitatem. tua erit charitas in me, in illum, in Angliam, ſi huc admoueris manum. ſtupor ille, qui in inceſſu, eſt gentis: ſed ſub illo ſtupore videbis aliam quoq; gentis natiuã notam, eſſe ingenioſum. in poëticis & græcis deſidero maximè ipſi9

dili-

diligentiam, ſed quid præſcribo? ama iuuenem, vt meum; & hortare, vt inſiſtat viam virtutis. futurus aliquando eſt vtilis Eccleſiæ, ſi imbibat virtutem & doctrinam. nam nobiles apud nos multùm poſſunt, ſi parùm velint conari: & hic eſt ex Coffiniis, nobiliſſima apud nos gente. hoc ſi iuuenis cognoſcat à vobis cognoſci, pudebit ferocvlum equum in Academia eſſe ſine inauratis phaleris. Vale.

XCVI.

ROBERTVS TVRNERVS N.S.P.D.

EST in literarum communione vis, occulta illa quidem, ſed certa, quæ animos animis iungit. Si de literis tàm arctum vinculum, quid pietas? animos non iungit animis, ſed ex huius pectore quaſi excerpit animum, quem alteri inſinuet, facitq; ex duobus animis vnum: idq; tàm certò, tàm clarè, vt ſæpè & videam in Iamblici libris, Platonem, & venerer in Pauli pietate Petrum. Iamblicus & Plato duo ſunt, videntur tamen vnus, ſiue Plato iamblizet, ſiue Iamblicus platonizet, vt nugatur quidam Italus.

melius

melius ego aut certè ad notionem iam meam commodius, Paulum & Petrum eſſe duos, videri tamen vnum, ſiue Petrus Paulizet venuſtè, ſiue Paulus Petrizet neruoſè. quid pergo? eſt vis in literis, quæ illiciat; eſt vis in pietate, quæ impellat in amorem eorum, qui idem nobiſcum aut literarum, aut pietatis ſpatium decurrunt. vnde cum tu excellas pietate illa & literis, quas ego potius ſequor, quàm aſſequor, volui certè oſtendere, quam cupiebam non te ſordere in me, ſed me in te nitere. huius voluntatis explicandæ etſi hactenus via non fuerit, illius tamen iam inumbrandæ cum occaſio ſit, me aperio tibi liberè, vt tu te in me liberaliter inſinues. at quam occaſionem? non ita pridem, cum Monachij eſſem, mihi commendaſti iuuenem à doctrina mediocriter, à natura vberius informatum. amaui iuuenem de tuâ laude, verum cum alius meam mentem partim prece, partim amicitia occupauerit, aſciui alterum, dabamq; amicitiæ, quod debebam virtuti. huic meæ menti optimè ſemper in amicos animatæ minimè omnium iraſcêris, ſi intellexeris tuam commendationem tantum apud me habuiſſe ponderis, vt ſæpius cogitarim de iuuene tuo or-

nando obiecta eſt mihi occaſio, aut potius quæſita eſt præſtandæ voluntatis. Vale.

XCVII.
ROBERTVS TVRNERVS Adamo N. S.P.D.

ETſi ad ſtylum aggredior iam tam inuitus, quàm fur ad crucem, tamem amor nunc cogit ad calamum, amor, inquam, in te. tu quî vales? Benè? iſtud, Bene, gratulor tibi, & vt ſit conſtans & perpetuum, ad tuum honorem & Angliæ noſtræ bonum, quæſo à Deo, quàm poſſum ſubmiſſiſſimè. ſi fortè tu mireris, quid ſibi velit hæc mea concepta & quaſi ſolennis formula, næ ego miror te mirari. in hac tanta vicinia, tanta copia euntium ad te, redeuntium ad me, tanta deniq; communione & tam arcta gentis, ac, quod ſpero, charitatis, qui vix, ac ne vix quidem norim, viuus ſis an mortuus; quid ni nuncupem? ciuem ciui eſſe tàm peregrinum, tam habet inſtar miraculi, vt qui concepi pro vita tua bona, ſi non ſcribas te viuere, & mihi viuere, paulo poſt ſim concepturus & nuncupaturus pro tua morte. fuit hoc malũ omen antiquis, contemptum tibi fortaſſe, quia omen. vide

ſis,

ſis, quid agas, ne omen (quod Deus omen auertat) exeat in neruum. quare vt ſis liber & viuas, fac intelligam, qui valeas: non potes? non vis per ſocordiam. næ tu mi Adame, illã magnã habes magni Adami labem, torpere, & non amare ſeriò amantem. Satis iocatus ſum, id eſt, amori in te meo feci ſatis & fortaſſe plus quàm ſatis. Sic eſt amor, nunquam verus, niſi ſupra illud, ſatis. Veri amoris ille vnus modus, non tenere modum. Vale.

XCVIII.

ROBERTVS TVRNERVS Illuſtri Domino Edoardo Kelleo Anglo S.P.D.

INſanum me, qui ad hominem occupatiſsimũ toties. ſed ignoſcet Illuſtris Dominus inſaniæ iſti, non mentis, ſed amoris. Nam amor, ſi verus, agit, cogitat, ſcribit, immò turbat, vt videatur verus. nec vllus vnquã Philoſoph⁹ prudẽtia aut modeſtiæ cãcellis incluſerit amorẽ, inſanũ, ſi prudentẽ; & impudẽtẽ, ſi modeſtũ. Quare ſi quid pecco, amori (Illuſtris Domine) fac vt tribuas. vero ſanè amori, & ſimplici, qui etiam

aliquando audet, honoris veſtri cauſa. Nam cũ aliqui conarentur exiſtimationẽ veſtram multo falſoq; crimine obterere; quem me putatis? certè vindicem veſtræ famæ ſtrenuum, & cõtra eos, qui veſtrũ nomen maledicó dente volebant inſecare, ſteti tàm liberè, tàm conſtanter, vt doluerit hominibus hunc dentem retuſum, immò euulſum, prædicatione laudum, quas veſtras Gvvinnus mihi explicuit plurimas, & maximas. per hunc meum in te amorem non ægrè feras, ſi tertio iã tẽpore te rogem, Gvvinni cauſa. poſuit primũ iam pedem in iuris fundo, tua liberalitatis quadam quaſi manu. ne cohibeas hanc manum, nihil rogo (nam nunquam erit, vt langueat vobis manus in re tanta laudis, præſertim data mihi) id tantùm rogo, vt Illuſtris Dominus hanc illi manum ſemper porrigat, quoad iuris fundum plenè occupauerit, & totum. quanta hæc gloria? non exequar ſcribendo, quicquid ſcribo, & quantum ſcribo. id tamẽ facilè ſcribo, nunquam fore, vt pecuniam ponas melius, quàm in hunc, cui Illuſtris Dominus ita eſt in ore, immò in corde, vt videatur malle mori, quàm veſtræ gloriæ non viuere.

RO-

XCIX.

ROBERTVS TVRNERVS Perilluſtri & Generoſo Domino à Schvvarzenburg.

QVod antea omnium ſermones celebrarunt, id heri comperi, nihil eſſe veſtra aut natura ſuauius, aut ſuauitate conditius. nam ignoto mihi non aperuiſſe ſe modò, verumetiam impetraſſe, quæ rogarim, omnia, tantùm fuit veſtræ bonitatis ſignum, quantum nunquam effluet ex animo meo. verùm cũ Dei & Principum virorum proprium ſit actiones edere perfectas, & omni parte cumulatas, rogo, vt quam cœpit rem, eam perficiat. id fiet, ſi vno aut altero verbulo ſignificet Kimerlino, è voluntate Sereniſsimi eſſe, vt habeam veſtes, quales Doctoribus ſolebat dare. de equo ad iter ſpero, rogo. Vale.

C.

ROBERTVS TVRNERVS Illuſtri Domino Georgio Talbotto Anglo S.P.D.

RIſi, imò irriſi in diuerſis tuis literis diuerſa omnia. in primis tuis accuſabatur os mihi, manus, mens: in ſecundis os mihi modeſtũ, manꝰ diligens, mens moderata. quid tu hominis es? cui manus, os, mens peccant ſimul omnia? ſi primæ tuæ veræ, infelicẽ me; ſi alteræ, infelicem te. abdis te in latebram non tutam, dum ſcribis primas tuas priùs effuſas, quàm meæ ad te alteræ venerant. quid, quæſo, in illis momenti? ſalem inuenis in meis, quem reprehendas. ita morſicator es, vt ne ſalem mihi meum patiaris tutum, & à dente tuo liberum? certè ſine ſale: ego non contendi te à me vinci ſale, quaſi meæ tuis conditiores literis (non ſoleo eſſe oſtentator) ſed quòd ego plus ſalis.i. prudẽtis rationis habeam, ſi occupatiſſimus ſenex tuis ternis vnas reſpondero, quàm tu iuuenis otioſus, quicquid meis vnis ternas reponas. malè meũ ſalem intelli-

intelligis; nihil mirum ſi malè caſtiges. qui habet ſalem, qui in te eſt, poteſt ne hic impingere? ex meo ſale vis neſcio quid monſtri, vt ſcilicet ego diſertè ponam, te à me contemni. te contẽni à me? pupillam ab albugine? cor à pulmone? me à me? facile certè fit, vt qui monſtra concipit falſa, monſtra falſa pariat. reliqua quæ habent tres literæ, conuitia potiùs tua, quàm vitia mea, facio non ad prudentiæ normam, ſi refellam. ſatis eſt, quòd plurimis meis literis vinco, me à te non vinci diligentia. ad amorem quod attinet, morior in me, & in te viuo, vt loquar cum Platonicis, fruſtrà ergò compo\[..\]is tuum penè non te, cum iſto meo vero te. quid vrges me? non ſenem tantum, ſed tentatum ita dolore, quâ dentium, quâ Sciathicæ, vt vix ſim, immò non ſim, niſi qua parte tuus. extra iocum, nunquam ſenſi maiores corporis dolores. ô quàm bonus Deus? cum videat me liberius viuentem quàm pro ſtatu meo: dolore, quaſi freno, cohibet euagantẽ, iubetq; meminiſſe, cuius ſortis & ſordis ſim. quare Vale, & permitte mihi hanc mei doloris vſuram, ſpero, hoc habitu mẽtis, pro meis peccatis, oppidò quàm bonam & ſalutarem. libellum tuum

Gallicum non mitto. legiſti, cui tuo vſui? alii non intelligunt, cui aliorum bono? tamen vt benè ſit aliis à te, mitto ad te eundem libellum expreſſum à me latinè, iuſſu mei Principis. ego has nugas ſeruo, iungoq́; cum aliis huius notæ. tamen ſi velis tuum, mittam proxima occaſione.

Memini te mihi in ſermonem inieciſſe de herba neſcio qua, doloris, qui in dentibus, curatrice. per amorem noſtrum ſubmitte cum veſtigio, qui non nomen tantùm herbæ, ſed herbam etiam ipſam adferat, modumque vtendi. ego interea temporis, viuo planè mortem: vt nihil mireris, ſi ſcribam, quæ neſcio, &c.

Tuus, plus quàm meus, Turnerus: quâ enim ſanus ſum, tuus ſum. ægrotus totus volo eſſe meus.

RO-

CI.

ROBERTVS TVRNERVS Georgio Talbotto S.P.D.

RIſi, cum legeram poſtremas tuas literas. propoſuerunt mihi exemplar diligentiæ, bonum, quòd te; malum, quòd diligentiæ exemplar. tu mihi diligentiæ exemplar, ipſiſſima ignauia? Seneca meus, cum librum ad Neronem, malum diſcipulum bonus præceptor praſcriberet de clementia, iuſſit, non aliundè ſibi peteret exemplum clementiæ, ipſum ſe inſpiceret, clementiæ ſpeculum, viuamq́; expreſſionem. fortè tu Senecam veſtigio preſſiſti, cùm te mihi diligẽtiæ fingis, certè fingis, exemplum. Nam quæ forma Nero clementiæ, eâ tu diligentiæ ſpeculum. Deus bone, quod ſpeculum, & quibus maculis? nullius tu negotij homo, nullius curæ, nullius penè dixeram, poſt dulciſſimam duodecim horarum quietem Turnerum tuum dignatus es aliquot ſyllabis, & lituris, in quibus tot ſunt conuicia verborum, quot vitia liturarum. qui profeſſus eſt, nunquam ridere, hic ſe ſanè non teneret. me potiùs

eccum tibi viuam imaginem diligentiæ ita vndiq; non diſtringor tantùm, ſed obruor negotiis, vix vt ſciam, quid ſumam primùm, quid vltimum rejiciam: tamen volo reſpondere, tuis non literis, ſed conuitiis. quid iſtud rei eſt? nunquam deſinis malè ſuſpicari? ego certè tuus non ſim (hæc mihi crux eſſet, & vera mors) ſi non præceperim meo, apud te & dormire, & edere. ipſe ſi non faciat imperata, tu non debes me multare malis ſuſpicionibus. nunquam mauelim ſorbere aut flare, quàm apud te vno ore ſorbere, & flare. hanc tibi de me opinionem tàm altè inſediſſe putabam, vt non eſſe poſſet locus ſuſpicionibus. ſed ſic tu homo es, vt quoties poſſis, vndique, etiam è triuio arripias occaſionem malè multãdi Turnerum tuum. eiuſdem generis eſt, quòd in penultimis tuis literis, reprehendis, quòd innitus audiam te in meo amore inuenientem neſcio quid tepidi aut frigidi. triumphas de rhetorculo, quaſi ignorante, quid intereſſet inter metaphoram, & natiuam formulam. etiam, tu mihi ſcribis & præſcribis modum dicendi? mallem cogitandi. nam dicere ad normam, tàm mihi tritum, vt ad mel orationis,

tan.

tanquam ad manna, delicatulus nauſeem. cùm ſcriberes meum in te amorem frigere, quàm ſciebam, eſſe metaphoram, tàm ægrè ferebam, eſſe metaphoram in contumeliam mei amoris. quid? in mea flamma inuenis tu frigus? vel ego malè ardeo, vel tua oratio non fuit ex vera officina chimicæ. quare deſine triũphare, contra rhetorẽ. non enim reprehenderã te, quòd metaphorã, tanquã gẽmulã, intexueris orationi tuæ, ſed quod non fabrè intexueris, & contra naturã rei. malè certè conuenit tua gemma cũ eo amoris annulo, vera viuaq; flãma. frigori cũ flãma quæ agnatio? ſatis vapulaſti, ſiue tuam culpam pendam, ſiue meam iram. quanquam ira mea in te ita eſt dulcis & ſine aculeo, vt amet, dum odit; palpet, dum pungit. nouum genus iræ, nouum odij; quale ſolet eſſe odium & ira amoris. Tuis lituris facilè cõdono, ſed ea lege, ne in plurimis lituris, ſignis extremæ negligentiæ, ſies mihi poſthac extremæ diligentiæ oſtentator.

Terra nobis hic tremula incuſſit tremorem. Deus bone, quid rumoris? ſcis in nouo caſu quã populus ſit non nouus. nihil inde mali. nam fuit terræ non motus, ſed tremor leuis, quaſi febri-

febricula. Neoburgi audimus eadem nocte, ſed citius horam circiter octauam, tantùm fuiſſe motum terræ, vt arx ipſa videretur conuulſa fundamentis, & punctulo obtritura omnes. Id tantùm fuit mali, quod non plus fuit mali, ad terrorem hæreticorum. Vale.

CII.

ROBERTVS TVRNERVS
Georgio Talbotto
S. P. D.

Circe, Circe, malè tibi, quæ Vlyſſem tandem poſt tot ſecula dementaſti. Antiquitatis opinio fecit, vt crederem Vlyſſem non poſſe vinci à veneficio voluptatis: ſed tu facis, vt vero Vlyßi timeam ab aula Bauarica, noua Circe. qui verò hoc? Vlyſſem non putabam præ te Vlyſſem, id eſt, potuiſſe facilius illũ vinci à Circe, quàm abduci te à tenore illo virtutis & conſtantiæ, quem tibi optaui perpetuum. Sed aulæ, aulæ ſit peßimè, eò diriori Circi, quò meliorem mihi Vlyſſem perdidit, & ſua voluptatis vel titillatu, vel cantillatu, vel alia magia infecit. Vbi amor in Turnerum tuus? in cor

in corde, excipis. pulchrè, quaſi ego ſcrutator cordis. cor, tuum permitto Deo, ego à te peto literas, interni amoris externas indices. Cum Ingolſtadij eſſes, aßiduus ſcripſiſti, elicuiſti literas, nec aliam ſtatuiſti viam vel faciendæ, vel tuendæ amicitiæ, quàm literas (iterum ad ſecurim tuæ fronti iniiciendam repeto) literas. Nunc verò poſtquam te aula pinguefecit, non dico porcum fecit (peßimum genus eorum eſt, quos Circe vertit in porcos) literas, fortaſsè cũ vulgo aulæ, putas lituras famæ & ſplendoris tui. ſi iſtud ſit, quantum acceßit ad vultum tuum, tantum profectò periit tuo cordi. Heus volo te hominem, pluris vt facias cor, quàm vultum; cerebrum, quàm barbam; Turnerum quàm quietem. Ad literas redi, ad literas me Talbotte teſtes amoris tui; niſi me velis exire ad iram, tuæ ſocordiæ vindicem. Quanquam ſocordiam fruſtra accuſo, cum fortè ſit ſuperbia, non innata quidem illa tibi (nihil enim natura te finxit mitius aut mollius) ſed adfricta ex aulæ fuligine. Poculum illud, quod Principi tuo porrigis, fecit tibi hos animos. ſuperbus es? contemneris. otioſus? vapulas. vt immunis ſis, ſcribe vel illas duas voces, Salue, Vale.

Vale. Extra iocum (bacchanalia enim me prouexerunt in iocum) vellem à te aliquando literas, vt ſi quis communis fortè amicus rogitet, quid ſcribas, verè poſſim reſpondere, me à te nō præteritum, nam contemptum nemo vult hariolari, qui te, qui me nouit. cauſā ad te iā ſcribendi obiecerunt hæ literæ, quas Grangiꝰ mercator mihi ad te dedit inde ex Hamburga. Nihil præterea, niſi lectum me tenuiſſe ſeptimanam, idq́ cū tanto periculo, vt ſi fluxio (ex qua erat periculum) non ſubſtitiſſet, iamdiu eques expeditus Manneringum ad me elicuiſſet. ſed laus Deo, qui me mihi reſtituit ad ſcelera mea vitæ ſanctis lachrymis pianda.

CIII.

ROBERTVS TVRNERVS Georgio Talbotto S.P.D.

QVid ſcribā? de me? totus tibi pateo. de te? vereor, vt offendā. de rebus Anglicis? nihil certi. de Gallicis? tantundē. quid ſcribā? id fortaſſè ipſū, non eſſe, quod ſcribā. certè libet iſtud potius, quā nihil ſcribere: nō quòd cupiam perdere tēpus, ſed quòd timeam perdere te. nam

tu ita

tu ita delicatè amas, vt velis ſcribi, etiam à negligentiſsimo, occupatiſsimo nolo dicere, ne tu clames velũ & ſocordiæ tegumentũ. noui tuos mores, omniá faciles, præterquã in Turnerum. quid iſtud rei eſt? huc me trudis, vt cùm vellem omnia ad te, nihil tamen audeam ſcribere. ſi amem tuum odium, tu odiſti meũ amorem; ſi blandulè palpem tuam calumniam, tu ferocule calumniaris meum palpum. ante multos menſes neſcio quid ſcripſeram de tuo in me conuitio. tu rem cautè ſuppreſſam refricas tanquã nouam, nec mel multarum literarum, quæ interfluxerunt, tantùm poterat, vt tu non vindicares hanc meã orationem. gaudebã profectò aliquid fuiſſe in meis literis, quod tibi obijceret materiem ſcribendi. nam tuum mihi vel odium tàm dulce, vel calumnia tàm grata eſt; vt amplius non mirer inueniſſe, aut Ouidiũ in calumnia bonum, aut Petrarcham in odio amorem. iſtud eſt verè amare, videre in amore odium, calumniã, conuitium, vitiũ, & ex odio, calũnia, conuitio, vitio elicere illas puras putas delicias, quæ faciunt Achates, Damones, Pyrithoos. quare perge tu calũniari, vt tanquã apis ex vrtica, ſic ex tua calũnia ego exprimã verum

rum amorem. ſatis te perſtrinxi, id eſt, amaui, totus tui amor.

CIIII.

ROBERTVS TVRNERVS Illuſtri Domino Georgio Talbotto Anglo S. P. D.

NOui te. nihil nō ſum tibi, negligens, ſocors, contemptor amicorum, qui non ſcribo. primùm ad excuſationem. non ego in culpa, cui tàm certa voluntas ſcribendi, quàm nulla commoditas mittendi ad te literas. nam, qui ad te bas, quæſitus, optatus, nullus ſe oſtendit ab eo tempore, quo tu ad me poſtremas dederas. Deinde certè, ſi non ſcribam in aliqua occaſione, cobibeo me non contemptor amicorum, ſed huius negotij oſor. dico ſine circuitiōe, malo quidlibet, quàm manum ad calamum, aut mentem ad commentationem. nam manus menſq; mihi cùm nihil poßint melius, nibil tamen volunt minus, quaſi torpidæ ad rem nimis tritam. hoc tibi volui, vt videas amorem, qui, contra quàm vellem ſcribo, me inuitum ſcribere, melius mihi ad

ad voluntatem, tacuiſſe; ſed ad amoris notam melius, iſtud te monere. hac ratione fiet, vt tu ſis æquus mihi, ſi non ſcribam, cùm debeam: qui eo ſum in te animo, vt poßim ſcribere ad te, cùm non velim. quantus amor? qui facultatem, volũtatem, ſenſum, omnia mea vincit, mauultq́; extra ſe eſſe, quàm non intra te eſſe. ſi non acquieſcis huic orationi, audies, Inhumane, & inciuilis. author ergò tibi ſum, vt meæ naturæ non gnauæ ad tuum guſtum ſis cenſor, ſed non rigidus, niſi pro cenſura expectas à me contumeliam. vt ſis placidus, etiam in aliqua mea culpa (ſi ſit culpa Turnero, non ſcribere) mitto tibi iam quædam Gallica, ex quibus colliges quid falſi aut veri rumoris ad nos adfluxerat. ſi iſta remittas cras, faciam, vt alia & meliora legas, ex quibus tamen appareat melior hactenus Catholicorum mens, quàm fortuna. Deus reſpice nos, oculo iam tandem miſericordiæ. aliquod folium ne pereat mihi, caue diligenter. miſſæ enim ad me ſunt, hac conditione, vt remittam. Eychſtadii 30. Ianuar. Anno 1590.

CV.

ROBERTVS TVRNERVS Generoſo Eraſmo Herbort Baroni Polono, S. P. D.

DILINGAM.

DOmino Cuſæ, ſi apud vos ſit, iraſcor. fuit enim mihi autor harum literarum ſcribendarum, & tamen diſceßit ſine illis. ô inhumanum hominem. ſed ignoſco homini, vt properanti, vt obliuioſo, vt contẽptori Turneri, deniq; vt nectenti nugas. adijcerem fulmina verborũ, ſed hæc ſeruo ad grauius & periculoſius tempus. quare id moneas, vt caueat à me. nam eò ferio funeſtius, quò tectius iacio ſagittam. ſed vt perdam hominẽ nullo meo periculo, eum deliniam, tanquam equum, poppiſmis, blãduleq; palpabo. vno verbo, regnabo, is huius verbi nouit notionem, perinde ac ſi habitaret in meo pectore. ſatis odio exprimendo, ſi ad nos redeat, oſtendam quantum ſit, amari à Turnero. iocosè hæc. seriò eum ſaluta tanquam hærentem mihi in medullis.

RO-

CVI.

ROBERTVS TVRNERVS Eraſmo Herbort, S.P.D.

Ille ego caput ad te, hoc genere, hoc loco, haſpe hominem? hæc poteſt eſſe oratio alterius rem metientis tuo ſplendore, ſed non erit Herborti (ſpero) rem metientis meo amore, qui non caneſcit cum capite meo, ſed vireſcit, magis vireſcit erga te, quo ego minus homo. minus ego homo. quo ætatis in ſenium deuexa magis, ſi verè iecerit Diogenes in ſenem, quem conuiciatorem contempſit, vt ſemihominem, non quia conuiciatorem, ſed quia ſenem. cynicè iſte, melius fortaſſè ex Stoa, qui in caduco & victo corpore volunt ſemper habitare vegetam, immò dicam animam. iſtud certè ego in me ſentio, & cùm à multis audio de te, res, ſpes, ſuauitates, alia omnia ingentia, horum oratione, vix credas, quàm meus in te amor iuueneſcit, quæritq; veneres, quibus te mulceam, vt Socrates ſuum Dithimum. Cor, cor, quid hias? quid palpi-

tas? quid tremis? vide (Herborte) cani capitis cor iuuenile, vult; ſed non poteſt capere amorem meum, cupitq́; hians, palpitans, tremens, vt Dithimi Socrates, ſic ſacrum tuum complexum. Id aliquando fore, ſpes eſt: interea literæ hæ, quæ effuſæ, non ſcriptæ, loquentur te amari à me, quantum poteſt ſacrum caput à vili capite; ſi tamen putes caput Turneri vile, quod fuit tibi tàm charum, & pro tuo capite tot ſe criminibus & diſcriminibus aliquando expoſuit. Illuſtriſsimo Domino Cancellario, & lectiſsimæ fœminæ, matri tuæ ſalutem.

CVII.

ROBERTVS TVRNERVS Nobili Domino Aurilot, S.P.D.

PARISIOS.

NIhil miri, quòd ſcribam ignotus ad ignotũ, virtus ignotos ad arctiſsima animorũ cõmunione deuincit. quanquam ſi rem ad Platonis atque adeò veritatis trutinam examinemus, notior ille nobis, cuius virtutem audiuimus, quàm cuius vultum vidimus. quare cùm

tuæ

tuæ virtutes non pectoris tui cancellis incluſæ, & parietum obſtructione obſcura tectæ lateant, ſed in illuſtri loco, tanquam theatro, poſitæ ad nos vſq; emanauerint, facilè ſum extra culpam, quòd ſcribo ad te, cuius tàm mihi nota virtus, quàm ignotus vultus. quid dico vultum? vultus ſpeculum eſt ſtultorum, ego eam ſententiam & Pariſiis, & à Pariſienſi imbibi, vt hominem non carne, & externa hac conformatione, ſed incluſa mentis virtute metiar: ita vt videar tã illos ignorare, quibus adſum, ſi ſint mali; quàm eos, à quibus abſum, noſſe, ſi ſint boni, & virtute, tanquam ſtellulæ, illuminati. in quorum te numero poſuit apud me Huttenus tuus, dum quotidiano ſermone vſurpat ſuauitatem, prudentiam, religionem tuam. mihi crede, quoties audio te ab illo pictum, & egregiè conformatũ ſimilibus, aut melioribus ſanè virtutum coloribus, videor mihi & videre & noſſe, & amare vnum ex media antiquitate excitatum. quod ſi Huttenus tacuiſſet omnia, facilè tamen vidiſſem prudentiam tuam. nonne prudentiam? præter conſuetudinem & ſupra naturam patrum mollium eo loco habere tuos liberos, vt videas non quid

dulce tibi, ſed quid vtile illi. Certe cum primum intellexeram eſſe patrem qui inde è Lutetia filios Ingolſtadium miſerat imbuendos lingua, more, literatura, cogitaui te patrem Phœnicē. poſtquam vidi filios, blandulos illos, & vrbanitate Pariſienſi limatulos, ſtatui te hominem heroem, qui hac ſuauitate maluiſti ſemper carere, quàm iſti ſuauitati non accedere prudentiam hanc & grauitatem Germanicam, potiꝰ foris impreſſam vſu, quàm diſciplina conbibitam in domeſticis vmbraculis. quare ad te hac virtute & prudentia virum ſcr. : o audacius, quàm ad alios in aliis locis mihi conſuetudine perpetua vinctos, in quibus nihil aut parum hominis extra ſermonem & vultum. nam iſtos vix audeo appellare, vt qui non norunt, quid ſit eſſe hominem. at à te peto omnibus precibus, feras modicè moleſtiam, quàm faceſſo: ſi tamen tibi ex quoquam poſſit eſſe moleſtia, homini tàm prudenti, tàm probo, tàm propenſo in omnem humanitatem, vt Huttenius pingit. non te diutius teneo. res hæc multi ſunt anni, cùm multos libros Gallicos vehementiſſimè cupiuerim. in nulla occaſione habēdi. cupiui tantū. noſti quāti ſit doloris, cupere ſēper, & nun-

nunquam poſſe habere. qui poterā habere? mittere pecuniam Pariſios, habuit periculum, & periculum ſine fructu. nam ex tam longinquo interuallo recipere libros, nulla occaſione, nullo fido nuncio, nullo curante, quanta difficultas? hoc quicquid eſt difficultatis tu iam facilè tolles, etiam tuo commodo. Nam cum debeas mittere huc pecunias alendis tuis filiis, idq́ cum aliqua iactura, hanc iacturam ego tibi minuo aut tollo potius, ſi miſeris libros, quos cupio. nam quicquid pecuniarum ponis in libris emendis, ego Huttenio tuo repræſentabo fideliter, & cum vſura quidem gratiſſimæ voluntatis..... Ingolſtadij.

CVIII.

ROBERTVS TVRNERVS Domino Zauner S.P.D.

GRatæ tuæ literæ, quòd quacunque inſpiciebam, preſeferebant non ſolùm notas ſuauitatis, pulchrè inſperſas, ſed veſtigia etiam amoris in me tui altiſſimè impreſſa. Nam ſic videris amare, vt niſi eo te loco habeā, quo

amicum, quo fratrem, videar certè aut malè iudicaſſe, aut non iuſtè amaſſe, quorum illud eſt ſtulti, hoc ingrati. quare qui tàm prudenter, & conſtanter amas, nihil erat neceſſe, cur excuſares de literis omiſſis. nam niſi ego malè exigo amorem ad normam voluntatis, multum ſcribit & ſæpè, qui amici cauſſa vult multum, & benè. hoc dum vis (velle te video ex literis) deſine poſthac excuſare. Nam ſi ſcribis, apertè laudabo amoris tui ſermonem; ſi taceas, tacitè venerabor amoris tui ſilentium. De valetudine mea quid doles? tentata fuit, non fracta, quanquam mallem fuiſſe fractã meo cum inſigni damno, quàm tentatam tuo leuiſſimo cum dolore. tamen cum amicitia illa vera, quæ nihil habet fuci, & lætitiam, quæ ex bono; & dolorem, qui fluit ex malo, velit eſſe communia, amicis narro me conualuiſſe, vt quemadmodum doluiſti meam valetudinem fuiſſe tentatam, ſic iam gaudeas eſſe reſtitutam. de Petro miror. quid? deceſſit? quo? quàm ob cauſam? quanquam non eſt cur quæram de loco, nec expiſcer cauſam, qui duobus annis nulla de cauſa tot mutauit loca. Flandria ſacerdoti videbatur grauis,

com-

commigrauit Viennam. Vienna videbatur aulico parum ſplendida, ſeceßit in Hungariam. Hungaria exquiſito non ſatis videbatur culta, rediit Viennam. Vienna iterum ſordet curioſo, confugit in Bauariæ aſylum. Bauaria fortaſſe non honorabat ſatis doctum, abit in Italiam; Italia nimis riget delicato, iterum ſe dat duci noſtro ſanctißimo in fidem & clientelam. ô inconſtantem hominem. cuius tandem loci aut elegantia illicere, aut pietas tenere, aut magnificentia ineſcare, aut munificentia obſtringere hunc hominem poßit: hunccine alicubi eſſe? in nullo tandem loco certè erit, qui ſic in omni loco eſt. non hoc dico, vt accuſem Petrum, (amo certè illum pium: beneque doctum) ſed vt ego, tu, me, te, formemus & fingamus ad conſtantiam, ne ſi ſequamur illius veſtigia, noſtræ inconſtantiæ pœnas pẽdamus hominibus infamia & miſeria. Vale.

CIX.

ROBERTVS TVRNERVS Pettingero S.P.D.

AVGVSTAM.

PVlchrè dixit Plato, virtutẽ ornare hominẽ. quid ſi te vidiſſet, pulchrius dixiſſet hominẽ ornare virtutẽ. nam etſi virtus poliat infimum, vt mediocris; mediocrem; vt ſummus; ſummũ, vt videatur Deus: tamẽ tu ſiue obedias in collegio, ſiue domineris mundo, ita Deus & fuiſti, & es, vt non tàm virtus te, quàm tu virtutem videaris honeſtare. Vin' dicam? amaui te ſemper, quaſi eum, in quo virtutum quadam nota & vmbra niterent primùm, at cum intelligo multorum non obſcuro ſermone, has quas putaui notas & vmbras, verarum virtutum viuas eſſe imagines actionibus quaſi coloribus pulchrè expreſſas, non te intueor amplius pictum, ſed amo hominem, nec hominem amo, ſed colo Deum. nam Deus mihi eſt, quicunq; ad Pettingeri normã homo eſt. non hæc ſcribo, vt verborum deliciis influam

ſtram in tuum animum (nam ſum ab adulatione tàm alienus, vt quàm cupio eſſe Diuorũ cultor, tàm poſſim eſſe Principum contemptor) ſed vt excitem virtutem tuam: quæ ſi vera eſt, & radicitus defixa, curret alacrius, quò eſt laudata ſincerius. perge igitur qua cœpiſti via, & tuis moribus orna virtutem, niſi malis virtute tua ornare Romam huius virtutis excultricẽ, & magiſtram. quòd ſi audiã creſcere virtuti tuæ famam (quanquã eò iam progreſſa eſt, vt vix videatur poſſe creſcere) efficiam planè, vt mundus non multò poſt intelligat te vt poſſe facere ſcribenda, ſic me velle ſcribere facta. nam ita amo coloq; Pettingeros, id eſt, eos, qui virtutis non ſpecie falſa pallent, ſed vera forma nitẽt, vt quicquid poſſim ingenio, iudicio, arte, illud totum ad eos ornãdos ſim collaturus. neq; me putes oſtentatorem eloquentiæ, quaſi Achilli poſſim eſſe Homerus, quin potius ſtatuas de mea mente, quaſi Æneæ vellem eſſe Virgilius. nam ſi quantum vellem, tantùm poſſem, non quereretur noſtra ætas eſſe plures, aut Æneas quàm Virgilios, aut Achilles quàm Homeros, aut Pettingeros quàm Saluſtios. ſed qd excuſo? tu modò perge, nõ deſiderabitur Homerus

merus

merus, ſi tu ſis Achilles, vides mentem, quam inuolutam hactenus & incluſam ſæpius explicuiſſem, ſed deerat occaſio. nunc verò cum ſit occaſio obiecta talis, qualem nunquam optaram, nedum ſperaram, nolui pati eam mihi elabi è manibus. quam narro occaſionem? . . . . . Ingolſtadij.

CX.

ROBERTVS TVRNERVS
Nobili & Clariſſimo Viro Domino
Ioanni Beruitio Imperatori
Rudolpho ab epiſtolis
S.P.D.

PRAGAM.

PEtiiſti à me Ingolſtadij, immò acerbè exegiſti, vt ad te, ſi quando occaſio, ſcriberem. vapula iam., vel quòd exegiſti, vel quòd acer bè. Scribo quidem, ſed ad moleſtiam tuam, niſi fortè ex illis ſis, qui velis meas literas, etiam cum moleſtia. ô bonum te, immò aureolum tinctura ſuauioris, hinc muſæ, inde naturæ. hæc tua ſuauitas facit, vt hoc tempore ſcribam ad te has literas, quæ ſi loquantur moleſtiam, pœna eſto

na eſto hæc tibi quod exegiſti; ſi amorem, ſtilla eſto hæc mellis à me tuæ pœnæ commodè inſperſa. amor eſt ergò, quod ſcribo: moleſtia fortaſſe, quòd ſcribo de hoc homine, qui has ad te. eſt Anglus. times hoc nomen? Anglus inquam non ex monſtroſa hac & Lernæa Caluini ſtirpe, ſed ex illis, qui habent antiquius, mori, quàm viuere extra ſepta officij, virtutis, eccleſiæ. Non neceſſe, pingam hoc genus Deorum, ſatis, quòd dij; & ſatis tibi, quòd hic ex his Diis vnus. Cogitauit Rhemos, iuſſu Cardinalis Alani. Verùm via vndiq; inſeſſa à milite, & aliis interſepta periculis, certis, multis, magnis, huic mutat mentem, & cum fecerit naufragium fortunæ, arripit (quod eſt extremum) tabulam, Auguſti Rudolphi auguſtam liberalitatem. hic tuam rogo homini manum vt non arripiat tantùm, ſed arripiat fauſtè, enatetq; ex neceſſitatis extremæ periculo, ſolitæ beneficentiæ, quæ ex Cæſare, tabula, & tua fœlici manu. Si coneris huius cauſſa, vel quòd ego peto, vel quòd ipſe eget; verum comprobauero, quòd aliquando expertus ſum, & tu conſtanter mihi Ingolſtadij non ita pridem prætuliſti, te ſeriò mihi amicum. Non venit Pragam, vt vi-

vt videat & abeat; ſed vt maneat, viuatq; (ſi poßit) ex laboribus ſuis. ſtuduit, vidit Hiſpaniam, Galliam, Italiam. Quem præterea hominem? aptißimum ſanè erudiendis adoleſcentibus nobilibus, ſi qui hanc operam requirãt. Deinde tinctus poëſi, & (quod caput eſt) Chriſtum profeſſus paupertate, Romam exilio, in tenellam iuuentutem (ſi quã huic credita) probum literarum & morum liquorem certo inſtillabit. reliquam hominis vel vitam, vel virtutem leges in teſtimonio, quod illi dedi verißimum. Non pergo moleſtus eſſe, id tamen attexo, vt huic aliquid adſpergas ſuauitatis tuæ, tanquam amico Turneri. Vale mihi, vt ego tibi. Eyſtadij 18. *Nouemb.* 1590.

CXI.
ROBERTVS TVRNERVS
Ioanni Beruitio
S.P.D.

V*Ix inuenitur, cui Anglorum Catholicorũ miſeria nõ videatur digna lachrimis. quãtò magis Hybernorum? Angli enim dum perdiderũt, perdũtur, & aliis dum nectũt, ſibi induunt laqueos hæreſeos ac ſeruitutis. At Hyberni*

berni pertracti in hanc naſſam, maxima miſeria, quòd pertracti. impudens es lachryma, ſi huc influas. gemitum volo, non lachrimam, gemitum inquam, quem mens vix capiat. nunquam certè æquet lachrima. huius Hyberni calamitati acceſſit, quòd homo iis literis, indole, ingenio, (quæ facilè eruas, ſi tentes; & ſi videas, miraberis) ita ſit ab hæreſi depreſſus in terram, aut melius in ſordem fortunæ: vt, niſi alicuius eum liberalitas erexerit, qui poteſt eſſe hæreſeos mors, debeat eſſe hæreſi triumphus, medicam manum huius fortunæ ſanandæ adhibuit Illuſtris Dominus Edoardus Kellæus Anglus, partim ſua ſponte, partim meo rogatu. is perſtabit in hoc veſtigio (ſic is ad me ſcripſit) & vt perſtet, tu eum meo nomine rogabis, ſi me ames. Quod ſi verò apud vos is non eſt (rumor enim neſcio quis de ipſius abſentia ad nos adfluxit) cogitur bonus vir in illo naufragio arripere illam extremam tabulam, Auguſti Rudolphi Auguſtam liberalitatem.

Vale.

RO-

CXII.

ROBERTVS TVRNERVS
nobili Ioanni Hiltprando Meckero in Bulghaim
S. P. D.

ID vnum certum, incerta eſſe omnia. fluere, verti, agitari, & quibuſdã quaſi turbinibus abripi. dicunt in mari Britannico vndã perpetuo motu ſuccedere vnda, nec eòdem in loco eandem punctulo temporis ſtare. tàm verè hoc qui dicunt, quàm illud falsò, qui negant quicquam illo mari inconſtantius poſſe fingi. nam ego non fingo; ſed figo vitam humanam multò inconſtantiorem, ſi benè ſtatuerit ſapiens, quod eſt punctum in tempore, in vita noſtra eſſe annum. Eadem hora Priamum vidit & florentem & nullum. ô florem puncti. Ineptè repeto ab illo alto principio, cum noſtra ætas edat plura maiora exempla. Sixtus V. qui ex opilione monachus, ex monacho Pontifex, quantus in aquandis montibus, deriuandis fluminibus, pyramidibus figendis, tandem cùm non poſſet ſupra ſe factis aſcendere, vnde venit, rediit, in terræ gremium, Deus bone, quàm citò? quàm

prater

præter ſpem ſuam? Vrbanus, Gregorius, Innocentius, tres vno anno in orbe & primi & nulli fuerunt. Stas Eurippe Britannice, ſtas præ hac huius vitæ inconſtãtia. Nec hoc ſolùm probant Pontifices hi, cœli quædam ſtellæ, ſed illa etiam faces & fæces inferni, hæretici, quos mors monuit Deum poſſe ferre, & in ipſo neceßitatis veſtigio auferre Eccleſiæ. Tua me interrogatio in hunc prouidentiæ fundum prouexit. Quæris quid cenſeam de tot Pontificũ repẽtino obitu, quid cenſeam? Hos poſt ſuas perſonas in hac vitæ comœdia actas ceßiſſe theatro, docereq; mundũ, ſolã mortalitatis veſtẽ eſſe verè noſtrã; reliquas & ſplendoris & dignitatis veſtes eſſe alienas, eſſe pro theatro tantùm; & exuendas; huic tardius, illi citius, omnib⁹ neceſſariò, & ad nutũ illi⁹ magni Dei, qui mundi theatro obijcit ſpecie & veſte hunc mendici, illũ regis. præterea nihil. Germania mater tua eſt, filia quondam Eccleſiæ, nunc hæreſeos ſpolium, (& quod caput eſt) pars mundi princeps, quã Deus ab æternitate in mente ſua cõſignauit vnã ex quatuor monarchiis, id eſt, prouidentiæ ſuæ curis ſummis, ſi cura dici poßit cadere in Deum. tu te fortè in latebram abdes. in latebram? eſt hæc

cogitatio (vt molliter dicam) infra tuam doctrinam, infra tuam virtutem, infra ſpem conceptam de te. Ad aulam, ad aulam, vt manum porrigas lapſanti Germaniæ, & calamoque ſis præſto Auguſtæ domui Auſtriacorum, quæ ex bello (quandocunque & qualecunque futurũ eſt) ſummam præcerpet, vt ſemper fecit, & curam, & gloriã. At vis te ſeruare in angulo liberis tuis. Apageſis hanc vocem, in hac tàm flabili & fluxa vitæ ratione putas angulum vllum tutũ? Mors inuenit Agamẽnones in exercitib⁹ Platones in cathedris, Diogenes in doliis, Benedictos in monaſteriis, Hilariones in ſolitudinibus, & te fortè non inueniet in angulo? tutior mihi crede, aula quã angulus; & tuis liberis, ſiue ad rem ſiue ad ſpẽ, multò cõmodior: ſi (quod ſpero & de tua virtute auguror) præ te & tuis ſpectes Eccleſiam, matrẽ tuam; Chriſtũ, patrẽ tuũ; Germaniam, nutricem tuam. publicam curam ſequitur priuata aut in hac vita vtilitas, aut in futura gloria. qui publicam rem reuocant ad ſe, ſuæque domus cancellis includunt, pompa aliquando ſunt, ſed pompa bulla. Dormierunt ſomnum ſuum (dicit David) & nihil inuenerunt viri diuitia-

rum

rum in manibus ſuis. viros diuitiarum appellat, qui priuato commodo metiuntur omnia. ô infœlices homines, poſt mortem. Nihil inuenerunt in manibus ſuis, nec rem liberis, nec ſibi famã. At viri charitatis, qui ſe effundũt in Eccleſiã, inueniunt omnia, liberis gratiam, ſibi cælum. Quare gratulor tibi ex animo aulam, Deumq; ſupplex venerabor, vt in aula viuas, bono Germaniæ, bono Eccleſiæ, bono Auguſtæ domus, bono tuo, bono propè dixeram, meo. ſed ſuſtineo hanc vocẽ. Nam bonum meum incluſum interpretor in tuo. Vide meum amorem, ſiue loquatur liberè, verum; ſiue fusè, viuum amorem. Quanquam neque nimis fusè, neque nimis loquitur liberè. voluiſti à me, quid cenſerem. cenſui pro meo more & amore, id eſt, amico volenti ſatisfeci; aut certè ſatisfacere ſum conatus. Eychſtadii.

CXIII.

ROBERTVS TVRNERVS Vdalrico Speer S.P.D.

MONACHIVM.

ETſi nulla mihi tecum literarum cõmunio, tamen ſi tibi vel aula, vel ſchola aliquid ſalis adfricuerit Vendiani, non ægrè feres has à Turnero literas vis dicam? Cùm Potterus ciuis meus, petijſſet has ad te, verebar primùm homo non firmæ frontis, te ex aula politulum, & variè diſtrictum à negociis, hac mea literarum noua quaſi pedica irretire. Verùm cùm Potterus, ſuauitatis doctrinæque colore te mihi pinxiſſet, quaſi alterum Vendium: cœpi ipſe mecum ſic, qui eſt omniâ Vendius, id quoque imbibit amare Turnerum, eiuſq; literas non legere ſolùm libenter, ſed expetere etiam. Scribo igitur, vt ad generum Vendij, libẽter; ſic pro meo ciue, penè neceſſariò. Venit ad me, quaſi triumphans, de nouo honore, de nouo beneficio. Poſtquam audio, ſeniculum interpretari honorem & beneficium, quòd ſit mittendus Leodiũ, ſatin' (inquam) ſanus, qui malis Leodium,

dium, quàm Bauariã, cultiſsimã terram, & Romam, præ illa? Is pergit, clamare honorem ſuũ. ego verò quid? Non fero fatuellum, libereque illi denuncio, honorem hunc eſſe puerorum, qui clamant ſe in fabis, neſcio quid inueniſſe. Nunquid (inquam) belli pulchrique in faba, extra nigrum ocellum? aſſentiebatur. Et hoc (inquam) belli parit in ventre bellum, grauiſsimam ſæpè cholicam. Sic Leodium præfert nigrum fabæ ocellum. guſtas? perditum te, ſiue ſenem, ſiue à morbo. Nam cholica ſenibus mors. Poſtquam vidit, honorem ſuum à me verſum in fabam, adiuta (rogat) lapſantem. promiſi. Ego hîc non inuenio homini auxilium, niſi in te. Author enim illi ſum, ſupplex per te petat à Sereniſsimo Gulielmo, angulum potius ſenectuti ſuæ reconditiſsimum in Bauaria, quàm triumphum honorẽq; Leodij. Vides rem, fac in hac re videam tuum animum. ſi videro ſperabis à me, quantulum poteſt mea tenuitas Quanquam ſpera è cœlo certius vberiuſq; ſi ſeni huic feceris piè, qui domi carcerem, foris exilium conſecrauit, Chriſti cauſa. Deinde hæc illius ætas (prouectus enim eſt in annum ſexageſimum) vix eſt ferẽdo

labori, quem, tanquam ſiſypheũ lapidẽ, voluet perpetuum Leodij. Maius eſt, quòd hæc illi ætas tentatur non vno morbo. ſenectuti, & his morbis ſi acceſſerit Leodium, alius morbus, isq́; grauiſsimus, nihil propius, quàm ſenẽ non nauaturum Electori multorũ dierum operã. Sed nitar tua potius humanitate, quàm meis rationibus. Quare fac te experiar hîc humanum, memineris q́; Turnerum petere, in quem Vendius, ſocer tuus, profitebatur amorem plusquã paternum. Vale. Eyſtadij, 25. Martij. 1591.

CXIV.

ROBERTVS TVRNERVS Vdalrico Speer Ducis Bauariæ Secretario S.P.D.

NÆ *ego natus ad moleſtiam aulicis creandam, ſiue amem, ſiue odio habeam. Nam quos amo, iis oneri; quos odi, his aculeo ſum & equuleo. tu inter eos, quos amo, ſiue Vendiano ſanguini adfuſus, ſiue Diæ muſæ aureolus partus. noli ergò mirari, ſi hic meus in te amor moleſtiam pariat, primò in re Chriſtophori Potteri, ciuis mei; nunc in negotio Reuerẽdi domini An-*

ni Andreæ VVolſij, mei. ſi ſpectes ordinem, patris; ſi amorem, fratris. mirabar primùm, literis iis, quas Pottero Anglo, Sereniſsimi Ducis ſtipatori dedi ad te primas, nihil reſponſum eſſe. verùm cum cogitarem negotia multa facilè hunc mihi tuarum literarum, id eſt, ſuauitatis tuæ fructum præcerpſiſſe, non ſolùm deſii mirari, ſed etiam cœpi gaudere, obiectum mihi ab hoc tabellario occaſionem, non tentandi tuam mentem (ſuauem oportet eſſe mentem & mellitam, quàm ſuauis mellitaq́; muſa tingit) ſed huius in me mentis eliciendi fructum, ſiue literas, ſiue aliud ſignum. de literis facilè fero, quòd tua negotia ſerunt. ſcribis? fruor tuo amore. non ſcribis? priuor non tuo amore (ſic ſpero) ſed amoris tui hoc fructu. At amoris tui aliud ſignũ, alium fructũ volo hoc tempore, in negotio VVolzij, amici mei. quod illud? clarum, non magnum; certum, non moleſtum. Vocatus eſt Eyſtadio ad meſſem Bauaricam. multiplex hinc illi lætitia; vna, quòd vocatur non prenſat: altera, quòd vocatur ad meſſẽ. homo nõ otioſus. Quid? quòd vocatur ad meſsem Bauaricã? non aſſequor ſcribendo lætitiam, ex hoc fonte fluentem.

Nam cùm Gulielmus, Sereniſſimus vtriuſque Bauariæ Dux cõmendarit ad Collegium Germanorum Romanum, ibique, huius Principis quaſi auſpiciis, ſeptem annis militarit Philoſophiæ, Theologiæ, Eccleſiæ, pietati: quam ſemẽtẽ Romæ, Bauari opera, fecit, eã ſe iam tandẽ in Bauaria gratè ſparſurũ, nimiũ, quantũ lætatur. vides bonam mentem in Bauariam tuam. profectò ſi non adiutes, hominem te auſim increpare, non benè Bauarum, ſed adiutabis, ſat ſcio, in negotio non magno. Eyſtadij.

CXV.
ROBERTVS TVRNERVS nobili Ludouico Haberſtock Sacræ Cæſareæ Maieſtatis ab Epiſtolis.

PRAGAM.

Salue ab eo, qui te amat, tanquam ipſum ſe. cũr nihil hactenus ad te ſcripſerim, fuit iudicium: cur iam ad te ſcribam, eſt amor in hunc tabellarium. Te enim diſtrictiorem à multis magniſque negotiis non diſtinere, magis, & quadam quaſi tela mearum literarum irretire, fuit iudicij mei. Nunc verò cùm hic

hic ad vos veniat, notus mihi, immò amicus mihi, putabam te pro illa ſuauitate, quam vel natura tibi indidit, vel conformauit diſciplina, non ægre laturum, ſi hunc tibi commendarem. at cui rei? eget. ecce vnius verbi omnia. tamen non ſum tàm impudens, vt petam huic promi de tuo: id tantum, vt huius neceſſitatem miſericordiæ alicuius Principis viri commendes. eſt certè dignus, & tua commendatione, & Principis alicuius liberalitate, quòd exul propter Chriſtum mauult carere omnibus ſuauitatibus patriæ ſuæ, quàm illa vna ſpe patriæ cœleſtis, quæ in ſola eſt eccleſia, & ex ſola eccleſia. reliquas eius dotes exprimet tibi fuſius teſtimonium, quod illi eſt à mea manu, & mente. Quare ſi qua tibi maneat memoria noſtri, aut potius ſi qua ego ſum pars tui, fac vt iſte intelligat. Eſt iam pauper, ſed non pauperis filius; eſt iam pauper, ſed pauper ab hæreſi & propter Deum, lautus domi, & multæ facultatis. Non petit magna, ſed primum miſericordiam alicuius Principis per te; deinde occaſionem (ſi qua fortè apud vos) iuuentutis politiori, vel more, vel literatura imbuenda. Reſpice (mi Haberſtock) in iſto Chriſtum, & me

in iſto ne deſpice. Non poſſum vehementius, nec volo pluribus. Vale, & me ama. Eyſtadij. 17. Nouembris.

CXVI.

ROBERTVS TVRNERVS
Nobiliſſimo Ioanni Georgio à Verdenſtein
S.P.D.

Epiſtola veſtra, tres mihi induxit affectus, mirandi, amandi, ridendi: mirãdi in nobiliſſimo eruditionẽ; amandi in eruditiſſimo ſuauitatem; ridendi in ſuauiſſimo delicias illas ingenij, quæ ſolent eſſe perpaucorum, quos ſcilicet ſol in hanc lucem primùm editos non auerſus aſpèxit. Nam de Torneri nomine quæ tàm fabrè tornaſtis, meræ ſunt deliciæ, quas tùm viuo, dum guſto; tùm morior, dum deſidero. Deſidero autem penè ſemper, quoties non libo ex veſtris vel literis, vel ſermonibus ſuauitatem, quæ inſidet Periclea id eſt mellitiſſima. Quare ad pomeridianam conſuetudinem veſtram tàm libenter accedo, quàm vrſus ad alueare, & apum mel, maximè tàm benignè inuitatus, & ſperans etiam, ex

Occa-

Occonis, ſcitiſsimi & ſcientiſsimi ſenis, literis aliquid, quod ſiet meo palato.

CXVII.

ROBERTVS TVRNERVS Nobili & Magnifico viro Chriſtophoro Ellenhaimer Supremo Bauariæ Cancellario,

MONACHIVM.

SI ſcribo, modeſtiæ eſt; ſi taceo, modeſtiæ eſt, nam eã mihi mentẽ ſiue inſtillauit natura, ſiue impreſsit diſciplina; Vt quicquid nõ exigo ad naturæ meæ modeſtiam, tanquam normam, planè putem vel importunam eſſe impudentiã, vel impudẽtẽ importunitatẽ. quare ſi hactenus literis, quaſi ſyngrapha, mẽtẽ meã plenã officij nõ fuero teſtatus, nõ fuit negligẽtiæ, fuit moderatæ prudentiæ, quæ nec ſolet eſſe viris magnis moleſta, nec in nullis anguſtiis vult eſſe importuna. cùm Bauaria nihil habeat prudẽti⁹, nihil meli⁹ tua Magnificẽtia; ſpero fore, vt mea modeſtiæ ſilẽtiũ & nut⁹ ſic ei loquãtur, vt exorẽt, ꝙ peto; ſic exorent, vt beent, qui peto. quid? N. ea mente eſt, vt nunquã velit noſtrã ſcholã orna-

ornare ſua voce, ac huius ſuæ mẽtis explicandæ quærat occaſiones ſuo malo, nullius bono. nã dũ quærit, nec inuenit, angitur, extabeſcit, moritur. cauſas adfert ille valetudinis, quæ non ferat quotidianæ cathedræ labores; cerebri, quod non patiatur perpetui ſtudij contentiones; honoris, quem ægrè fert includi ethices circo, nec amplo ad laudem, nec ad ſpem fructuoſo. quicquid ſit de cauſis, ſtatuit vel mori, vel parochus alicubi eſſe. vin' dicam? planè puto eum aptiorem ad aliud, non quòd hoc non poſſit commodè, ſed quòd pertinaciter cogitet pulpitum. ita torpet, ita languet, quod aliud vel poſſit melius, vel cupiat libentius, vt ſi videas vultum, oculos, reliquum habitum corporis, non agnoſceres. eſt nunc ſub medico. quid eſt? fuit ſemper ab eo die, quo terram Ingolſtadienſem ſuo veſtigio notauit. dico tamen nunc eſſe, quia ſic iam eſt ſub medico, vt ſine eo vix ſit, dormit, vigilat, bibit, edit, ſudat ad præſcriptum, ac, quod miſerius eſt, medicus cauit voce, tanquam decreto, ne pedem extra hypocauſtum aut lectum efferat. grauiſſimus eſt morbus, ſed cui medicina facilius fiat à V. Magnificentia, quàm à medico. nam cum ex animi dolore perma-

permanet ad corporis contagionem, quicquid conatur medicus, eum tamen ſolum puto huic Æſculapium fore, qui monuerit illum hinc aliò euocandum. charitatis erit maximæ, eum hoc monere, cum planè ſtatuerit ferre vel hanc vocem vitæ, vel alteram mortis comitem. quare quod ipſe vult, hoc ſi vos etiam velitis (velle certè debetis) rogo, vt me ſufficiatis in illius locum: & rogo tam vehementer, quàm ſoleo in reliquis rebus tacere non prudenter. Vale Ingolſtadij. profeſto die S. Thomæ.

CXVIII.

ROBERTVS TVRNERVS Nobili & Magnifico Domino Thomæ Mermanno Sereniſſimi Bauar. Princ. Medico S.P.D.

MONACHIVM.

E*Ccam hiſtoriam, pro epiſtola. plurimus mihi ſermo fuit cũ hoc adoleſcēte Hānonio, qui nobilitatis præfert imaginem altiſſimè repetitam; plurimus ſanè & varius de plurimis & variis*

variis rebus. non ita pridem cùm loqueremur inter nos de Flandriæ rebus, & eò lapſi eſſemus, vt ſtupefacti, ego diuitiis, ille deliciis Flandriæ, hæreremus: collecto animo; Quid, inquam, hæremus? nec ita fælix Flandria, vt omnia; nec ita miſeræ reliquæ mundi oræ, vt nihil habeant. is fronte partim caperata minabūdus, partim porrecta mirabundus, putan' excepit, in hac tantæ fabricæ molitione portiunculam, quæ videatur portiuncula ad Flandriam? vocauit Cominæus eam naturæ filiam, quaſi ſolam dignam hoc nomine, aut maximè dignam. malè tibi videtur dixiſſe hoc vnum, qui reliqua omnia benè? Non ille, inquam, malè dicere, ſed tu malè interpretari. Eſt qui de Flandria: Filia naturæ. Sed filia ſoror, non filia ſola quam, inquit, ille, ſororem? è cælo certè deam, ſiue vincat, ſiue æquet. Ego nō Italiæ, inquam, delitias; non montium Tirolenſium theſauros; non Bauariam totam; ſed Monachium obijcio, quæ vrbs cum tota Flandria certet & totam Flandriam vincat. ſtupere ille. mitte, inquam, hunc ſtuporem amoris patrii, & dic minutias, elegantiam Antuerpianam? ſordem præ Monachienſi. bibliothecam, Martinia-

tinianam? rudem præ Monacenſi. politulam formam aulicorum Bruxellenſium? impolitã præ Monacenſibus. gazam Brugenſem? vilem præ camera Monacenſi, cui à putatis rationibus nomen. fortaſſè Gẽmam Friſium? quem Gẽma-Friſium cum Mermanno? hæc ego tàm audacter, & ſtata fronte, vt is penè credere. venit, vt videat, quod credit. fac te primùm videat, quem pinxi. non videt te omninò niſi per te videat bibliothecam, aulam, cameram. fortaſſè contempſeris hunc puerum. non te benè pinxi, ſi contemptor es etiam pueri. Diſce à me peregrinum eſſe puerum, puerum ſenem, puerum nobiliſſimum, puerum ſupra ætatem plurimi vſus, puerum ad miraculum doctum græcè, latinè, in mathematicis. per honorem tuum, fac vt iſte aureus puer te experiatur virum. ſi iſtud fuerit, non multò poſt habebis pro hiſtoria epiſtolam. Vale, audio Beruitiũ meum profectũ peregrè. quò? quando rediturus? ſi is Monachii fuiſſet, non eſſem certè tibi moleſtus. quicquid eſt amicorum, ſaluebit à me, maximè D. Iulius, maximus amicorum.

RO-

CXIX.

ROBERTVS TVRNERVS nobili & C. V. Thomæ Mermanno Sereniſſimi Bauariæ Ducis Medico ſummo & Conſiliario S.P.D.

MONACHIVM.

NON me noſti, quantum colligo ex verbis Steuartij. egon' Mermannos non amare? colo. non habere in numero? pono in cœlo. Quippe hauſi non à Platone, ſed ex Chriſto, in quibus elucent particulæ illæ diuinitatis, humanitas, doctrina, prudentia, virtus, eos non amandos, ſed colendos; non habendos in numero, ſed ponendos in cœlo. vnde cùm tu humanitatem doctrina, doctrinã virtute, virtutem prudentia tàm aptè cumulaueris, vt mihi ſemper viſus fueris doctiſſimorum humaniſſimus, & prudentiſſimorum optimus: facerem certè contra mentem illam meam libatam è cœlo, ſi te tanti non facerem, quanti eſt vel mundo tua doctrina, vel cœlo tua virtus. hoccine ſcelus cadere in Turnerum? ſacerdotem? exulem Chriſti?

Chriſti? obſtrictum religione beneficij? me non noſti dico verbo, ſed verbo ponderis. putabam ſanè hactenus me tibi notum ſaltem crepundiis, ſed ne crepundiis quidem ſum notus, qui reum feciſti barbariæ extremæ apud Steuartium meum. Attamen qua es humanitate, non me fortaſsè vocas in barbariæ crimen, ſed ruſticitatis inuris notam. ô literas ſtupidas, ô Philoſophiam rudem. ô Italiam ſtultam, quæ tantulam ruſticitatē, tanquā fuliginē, mihi non potuiſtis abſtergere. vides anguſtias, quib⁹ premitur tua ſuſpicio, & anguſtias nulla nixas cauſa. at nō te viſi Monachij. qui poteram, cùm tu eſſes Auguſtæ? roga, quæſo, VVelſerum meum, quàm fuiſti mihi frequens in ore, quàm totus in medullis. etiā arte, ſi qua potes, elice ſermones, quos habuimus inter nos de tua humanitate, eloquentia, doctrina, lepore. pinximus equidem te, ego VVelſero tàm humanū, VVelſerus mihi tàm lepidum, vterque vtriq. tàm doctum, vt extra VVelſerum meum (ignoſce amori, ſi animam mei animi præferam tibi) in reliqua Germania neminē .nuenero te vno aptiorem ad meam venar .. quare nihil eſt, quòd ego te Monachii non viſeram, volui certè amare,

n cole-

colere, diſſuauiari, & illũ fructum voluptatis præcerpere, qui ſolet ex tuo lepore & ſuauitate ſūm⁹. at redieras ante meũ diſceſſũ. qui id poterã noſſe punctulo, homo nec Oedipus, nec curioſ⁹ in re aliena? de tuo reditu, mihi crede, noui eo primũ die, quo cogitabã Auguſtã. in multitudine tamen negotiorũ, qbus diſtinetur aſcenſuri, nihil intermitto, quo minus officii cauſa, pultẽ tuas fores ocreatus, & ex libello, quem adferebam muneri, colligã tuũ rumuſculũ. pulſanti occluduntur fores, quãto cũ dolore? nam te fuiſſe domi cõfirmarũt mihi Iulius & Merckenſtenius (fortè tum tranſibãt) qui ipſo punctulo ingredientem viderant. ſed culpa fortè erat ancillæ contemnẽtis hominẽ frendentẽ Germanicè. poſthac verò ſanè cauero ſilẽtio, ne lingua mihi pulsãti faciat inuidiã apud tuã ancillam. quare in nulla cauſa pone opinionem, ſi quam cõcepiſti de mea barbarie & ruſticitate; pone illam rogo & per tuam ſuauitatem rogo. Nam quanti te facio, omnes norũt, qui quotidiè Mermannũ à me audiũt depictũ virũ ſuauitatis, doctrinæ egregiis coloribus. vno verbo, nullus ſũ ſi tuus non ſũ, ſic meruerũt tua in me beneficia. tantum eſt de excuſatione officii neglecti; de

Edmun-

Edmundo Hollingo aliud eſt. Edmundus ille popularis meus prenſat cathedram eloquentiæ, qua ego cedo. huic rei eũ commẽdauit D. Menzelius communis amicus, & commendauit de meliori nota, ſi qua fides verbis da quæſo Menzelio, vt intelligat commendationẽ ſuam apud te habuiſſe pondus. aut ſi nihil in publica re velis dare amicitiæ (iſtud certè probo) pondera Edmundum meum momento meriti, non gratiæ. orationem ſi aſtringat pedibus, ingenium; ſi fundat liberam, iudiciũ miraberis. in philoſophicis quis? videt acutè, colligit neruoſè. ſumma eſt orationis, cũ vnũ vincere omnes, qui cũ illo prẽſãt, idq; in ſingulis rebus, inito quæſo hãc bonã gratiã à Principe, vt reip. bonũ; ab Academia, vt ſcholæ ornamentũ; à Menzelio, vt cliẽti ſubſidiũ; à me, vt populari refugiũ; à philoſophia, vt alumno ſuo præmiũ compares. vides quàm multos vno beneficio cõprehẽdis; & (ſi me exceperis) quã magnis. De pecunia Auguſtana moleſtus eſt ſocer tuus. nulla cauſa. ipſe vadẽ ſe interpoſuit de quadraginta florenis, dico eſt, cum ego diſſoluerim quinquaginta. extra hos quinquaginta diſſolutos, ſi quinq; plus minꝰ floreni ſint in tabulis, homo non ſim. vendam

forte,& emam pannos ab eodem mercatore iterũ proximè cũ appellũt naues ex Anglia, (placet enim fides illius candidè agentis, nec moleſtè interpellantis) quid hoc ad ſocerum? iube roget mercatorem, an ſint quinquaginta floreni numerati. ſi ſint, ille per me in nominibus non eſt. vix credas, quàm hæc me cura coquit, quòd ſe, te, me turbat, nulla causa. ſi ſcribis ad eum, ſaluta meo nomine, & promitte me fore, quãdiu ſuppeditat vita, memorẽ beneficii. Vale, meq; ama. vt hoc intelligam, fac ſis mihi à te literas per Edmundum. Ingolſtadii 18. Aprilis 1584.

CXX.

ROBERTVS TVRNERVS Clariſſimo VVenceslao Petreo Sereniſſimo Bauar. Duci à conſiliis.

PVtant eſſe nauſeam in literis, ſed putant illi tantùm, quos literæ tinxerunt potius, quàm imbuerunt. nam qui in literatura politiori ſunt contriti, tùm demum putant ſe expleuiſſe numerum fœlicitatis, ſi cum literis verſentur aut literatis. quicquid aliis ſit, me tibi indico non

non næuo aut crepũdijs,ſed toto corpore & ſanè pectore,nũquã animo capio aut maiorẽ , aut liquidiorẽ voluptatem , quã cùm hoc ætatis libo ex Cicerone,Liuio,& aliis florẽ.quid florẽ? minutiæ quas miror in illis factas fabrè , & concinnè politas, non me ſinunt conſiſtere & apud me eſſe præ voluptate. coquunt curæ? Tertullianus conſolatur.tentat febris? Virgilius medicus.incîdo filum.nulla mihi voluptas , nulla vita extra literas. literarum notione ſatis vides cõprehẽdi à me illos antiſtites cõditioris doctrinæ,mortuos nobis,viuos diuis;niſi malueris diuos viuis. ſi ex literis & monumentis mortuis (placet ſic loqui) tanta voluptas,quãta ex Petreis viuis? ſi videam, amo;ſi cogitem, colo. deberem certè,quo ſum amore,Petreis frui:ſed cũ frui non poſsim vel abſens ſuauiſsimis,vel indignus ſummis, volo vti, & pertinaciter volo,ne moleſtiæ nomine coneris fortaſsè facere medicinã morbo meo. volo eſſe moleſt⁹ tibi,id eſt,te vti nõ ſinis? ſine,mi bone,literatorẽ literato. hac vita mihi,ac tibi certè debet eſſe,qui ex me ſemper habebis moleſtiam , ſed ab amico ; moleſtiam, ſed de re bona ; moleſtiam, ſed in qua explices diuitias virtutis , amoris , ſuauitatis tuæ.

n 3 *ſi ames*

ſi ames moleſtiam (debes certè amare ſementem tuæ gloriæ) ecce optimā maximā. Quintum iam menſem apud nos Ingolſtadienſes eſt, & in mea diſciplina eſt Andreas N. ex prima nobilitate, ſacerdos, Abbas, & (quod iam complectitur) nitidiſſimæ vitæ. huius patruus epiſcopus Poſnanieſis cùm ſe videat non amplius parem muneri, vel quòd ſeniculus, vel quòd multi morbi, vel potius quòd non multæ vitæ, hunc ſuffecit (vt loquar cum Eccleſia) Adminiſtratorem. voluntati patrui & regis, non diu eſt cū acceſſerit ſuffragatio Pontificis, tanquā cumulus. hac cauſa, cū indies literis eliciatur in Poloniā, et ſi cogatur ſeruire partim neceſſitati eccleſiæ implorātis fidē, partim importunitati amicorū eliciētiū ad honorē, tamē ſtatuit religionis cauſa prius adire Lauretū. viā noſti longā, impeditā, implicitam periculis, vt pericula vel non noceant, vel noceant minus, erit ex teſtimonio alicuiꝰ Principis. quare rogat Sereniſſimū per te, vt eum proſequatur literis, teſtibus virtutis, gradus, ſanitatis. nunquā certè auderē has tàm duras partes imponere tibi, niſi cognoſcerem & te omni contentione fauere virtuti & gloriæ Sereniſſimi, & hāc eſſe causā, in

qua

qua Sereniſsimi virtus gloriaq́ maximè eniteſcat. nā ornare teſtimonio tam magnū nobilē, tàm grauem Abbatem, tàm nitidum ſacerdotē, tàm vtilē Epiſcopum, erit honori Sereniſsimo. deinde quantam rem comparabit quantulo ſigno? paruis literis perpetuum amorē, & obſeruantiam. rogo, hùc conferas tuam operam, idq́ citò. nam tabellarius hac cauſa miſſus eſt, expectabitq́;, quoad retulerit reſponſum. ſpero optimū, quia à te; quia de re non difficili. Vale, meq́; ama. Bervitio, ocello meo multam ſalutem. etiam pone me in numero apud D. Minutium. Principes tuos (ne me reprehēdas ingratum) colo, non ſaluto. Ingolſtadij.

CXXI.

ROBERTVS TVRNERVS

Wenceslao Petreo

S.P.D.

QVid ago? ſi taceo, ingratus; ſi ſcribo, immenſus ſum. nam huic humanitati, quam tibi vel inſtillauit natura, vel doctrina conformauit, immēſa oratio erit nulla. quare nec taceo, nec ſcribo, quin potius quodā quaſi digitulo

innuo, ſic ſcribendum. vt non videar tacere, ne ingratus; aut potius ſic tacendum, vt non videar ſcribere, ne ſim immenſus. id fiet ſi vno verbo notem, me fore de hoc adoleſcēte gratum. venit ad vos, Deus bone, quanta ſpe plenus? nam illa tua prudentia aſperſa ſuauitatis ſale pollicetur illi omnia ſumma, ſiue imperes, ſiue præſcribas, ſiue moneas. non poſſum omnia. id tantùm narro, te ab hoc tuo iis depictum coloribus, vt planè ſtatuam ipſum Monachum ſtupere ſe in te habere doctiſſimum, quem poliuit aula; politiſſimum, quem informarit ſchola; prudentiſſimum, quem rerum vſus, maximarum maximus planè perfecit. non peto ex arte cincinnos, quibus te ornem ad bonam gratiam malè ineundam, non peto, non petam. nam eam mihi vim occultam impreſſit natura, vt tàm poſſim eſſe contemptor hominum, niſi ſint boni, quàm ſoleo eſſe cultor diuorū, quia ſunt magni. vno verbo, ita abhorreo à verbis fictis ad artē, vt adulationē non velim delinire, non velim deliniri. quorſum hæc? vt videas te à me laudatum non ad vanæ gratiæ turpe aucupium, ſed vt oſtendam me

tuum

tuum eſſe merito tuæ virtutis. non pergo, nam de hoc veſtro aulico ſatis iam puto eſſe, ſi eum vno verbo commendem, tanquam meum.

CXXII.

ROBERTVS TVRNERVS Georgio Petreo ſcholaſtico ſuo S.P.D.

CORTRACVM.

ETſi ea me humanitate poliuit naturá, vt quicquid ex amico animo manauerit, id totum in bonam accipiam partem; tamen ars ita me finxit vel ſtultè delicatum, vel ſuperbè faſtidioſum, vt in amico, quem intimis ſenſibus diligo; & ſcholaſtico, quem eloquentiæ præceptis aſperſi ſaltem tenuiter, non feram, aut ægrè feram literas dictione putidas, vel barbariei nota aliqua leuiter inuſtas. vnde tu facilè cogitatione informabis, quanta me voluptate perſuderunt tuæ literæ, quòd quæ Petrei fuerunt, humanitatis ſale aſperſæ fuerunt; & quanta me acerbitate affecerunt, quòd quæ ſcholaſtici mei fuerunt, barbariei ſpecie illitæ fuerunt. accedenti ad ſtylum id tibi ſedulò cogi-

tandum eſt, quibus illi moribus ſint tincti ad quos ſcribis, ne ſi ad barbarum ſcribas terſè, irridearis, aut ſi ad terſum barbarè, contemnaris. at quis (quæſo) ego ſum? ille qui ad artis præſcriptũ omnia conquiſitè reuocare ſoleo, & cum Anglus ſim, delicatus, & ingenio ita natus, vt facilè & poßim & velim contemnere tuas literas, quæ ſine arte, ſine phraſi, ſine particulis ipſis vinciendæ orationis & inſtrumentis & firmamentis turpiter diffluunt. vide ſis igitur in poſterũ, vt ſi quas ad me dederis literas, ſic eas ornes & polias, vt ſi non loquantur te Duaci in eloquẽtiæ gremio fuiſſe enutritũ, ſaltẽ id loquãtur, te in eloquẽtiæ incunabilis à Turnero fuiſſe informatũ, ſed videor fortaßè Ariſtarchi more agere tecũ ſeuerius. ſic debeo cũ ſcholaſticis verè, & ſoleo cũ amicis iocosè. quare ſi quid verius hîc dictum videtur, præceptũ putes præceptoris amãtißimi, ſi quid aſperiꝰ ſcriptũ, iocũ putes amici iucundißimi. amor. n. meus in te ardẽtior, & natura mea in iocos propenſior nõ poſſunt teneri, quò minus quouis in loco & tẽpore ſeſe liberrimè effundant. de Anglis noſtris quid quæris? nos deliquimus, & parentes deliquerunt; nos nos iam noſtri & parentum noſtrorum de-

licti

liсti pœnas Deo pendimus acerrimè. viuimus enim ſine pecuniis egeni, & ſine amicis miſeri, qui ſic verſamur vndiq; ab hæreticis domi, à catholicis foris, vt facilè intelligamus nihil huius tantæ molitionis fabrica incluſum, ita certis ſedibus defigi, quòd non facilè conuellatur. nam qui antea in regis tutela & cuſtodia latebamus exules, nũc (proh dolor) regis tutela & cuſtodia excludimur exules, & (quod graue eſt) catholici à catholicis, & q̃ (turpe eſt) hæreticorũ conſilio & precib᷒, quorũ veſanæ libidini dũ omnia cõcedũtur, nõ video quid poſsit vſpiã eſſe catholicis tutũ & integrũ ſed de itinere quid? omnia mehercule incerta, niſi quòd hoc ſit certiſsimum, differri illud iam in Octobrem, & me poſt menſem cogitare Luteriam. tu igitur (cuius conſilii author tibi anteà ſui) ſic nectas omnia tua negotia, vt Duacum redeas, tanquam ſemper hæſurus, vel breui diſceſſurus: vt ſi ſemper hæreas, nihil de tuis ſtudiis poſsit decedere, vel ſi ſtatim diſcedas de fortunis tuis nihil imminui. nam cùm noſtra omnia titubẽt ita, vt nihil poſsimus habere ſtatutũ & fixum ne in horam quidem, ſic agas cum tuis amicis, quaſi ſemper illorum fortunis, ope, conſilio velles

niti,

mihi, vt prætereà ſi quid euenerit, tibi & illis poſſit videri in lucro quæſtuoſè, & præter ſpem fœliciter. Lutetiæ ſi quid poſſit eſſe in tuam rem, omnes contendam neruos, vt hoc te beneficio cumulem. Romam dum proficiſcor, te mihi itineris comitem & ſocium adſciſcam. Romæ ſi mecum fueris, vacuo ſis animo; omnia ſi non ſuccedant fœliciter, non aliam profectò vitæ conditionem ſubibis, quàm ego, qui prius mihi, quàm tibi deeſſe ſtatui. neq; hæc dico, quòd non ſperem optima, ſed quòd timeam prudenter peſſima. Viues igitur Duaci ad Octobrem vſq; ſpe, niſi breui (quod enitar ſedulò) Lutetiam te illinc euocauero. De Colphio meo quod ſcribis, id certè me pungit acriter. quid? tàm humanum, tàm ſcitum, tàm iucundum adoleſcentem ſine curru, ſine comite, Cortraco proficiſci Brugas? currus profectò Cortracenſes inhumani, qui tàm ſuaui adoleſcenti vltrò ſe nolebant ſubiicere: & ciues mediùs fidiùs barbari, qui iuuenem tàm bellum, meiq; amantiſſimum, ſermone, facetiis, fabulis ad Brugas vſq; nolebant proſequi. tu ſi quod illi humanitatis officium præſtitiſti, in me, non in Colphium, collocatum putes; qui illum tanquam ſanguinis communione

nione

nione arctiſſimè mihi conſtrictum ſincerè diligo. Nicaſius à me ſaluebit plurimùm, à quo cum potius ſalutem quàm pecunias expectarem, contra quàm expectaram pecunias (ô liberalem hominem, & perhumanum) priusquam ſalutem recepi. Vale, Duaco, eodem, quo tuas recepi literas, temporis punctulo. Nonis Aprilis.

CXXIII.

ROBERTVS TVRNERVS Fridingero S.P.D.

Ecepi literas; amaui humanitatem, ſuauitatem, ſalem illarum. loquuntur amorem; hem quòd non poſſum rependere vices. Sed cùm hoc vitium ſit nō mentis meæ, ſed fortunæ preſſæ grauius, quàm hæc animi mei magnitudo poſſit ferre, erit tuæ vel humanitatis, vel prudentiæ, vel vtriuſq;, metiri meam facultatem voluntate, non voluntatem facultate. De fortuna tamen quicquid ſit, de voluntate poſthac ſit fixum, & hiſce literis, tanquam ſyngrapha, fixum, fore me Fridingero Turnerum, id eſt, amico ſincerum. ac ne contemnas verba ſine rebus, re effecero breui,

vt Fri-

v. Fridingerus iuret, nihil ſuos parietes vidiſſe gratius ac humanius Turnero. de libro agnoſco Fridingeram, mallem agnoſcere Claram. Clara fuit pia, Fridingera eſt curioſa; pia voluit illa inhæreſcere crucifixo. curioſa vult iſta inhæreſcere libris. at quibus? nolo dicere, ne q̃ tenella eſt, mulier eſt, curioſa eſt, pũgã aſperiꝰ, quã tenella poteſt, mulier vult, curioſa ſolet ferre. tamen vt me indicem, mallem ad illam mittere telam, quam ordiatur; quam librum, in quo bonas horas ponat malè. nam in altis philoſophicis, curioſis verſari mulierẽ magni eſt animi, ſed nõ multæ prudentiæ. ad telã, ad colum, ad crucifixũ; alta, philoſophica, curioſa relinquat nobis, quæ vt maiori iudicio tractamus viri, ſic minori periculo tenemus ſobrii. aut ſi hac in parte omninò me non velit ſequi, colum & telam relinquat mihi, crucifixum ſeruet ſibi, librum quò apertiorem, eò difficiliorẽ, in quo facilè legat, ſi non curioſè legat; vel naturam nitentem in gratia, vel gratiam fulgentem in natura. in reliquis omnibus libris quicquid quærit, in hoc vno inueniet; difficultatem, ſed clarã, ſi ſobriè: curioſitatẽ, ſed tutã, ſi piè legatur. vin' dicam vno verbo omnia? quã

alii

alii libri fecerunt ex Clara Fridingeram, hic liber efficiet ex Fridingera Claram, idq; vno punctulo, vt agnoſcas miraculum. neq; hæc ſcribo, vt offendam, ſed vt oſtendam animum erga tuam vxorem, quam amo tam ſancto amore, quàm ſuam Claram S. Franciſcus, aut S. Ieronymus ſuam Euſtochium. Vale, ac tuam vxorem longè ſuauiſsimam ſaluta meo nomine quā poteſt ſuauiſsimè. Ingolſtadio.

CXXIV.

ROBERTVS TVRNERVS Leonardo Zindekhero S. P. D.

MONACVM.

QVid quereris? quid expectas? ſcribe, & deſine, ſiue queri, quod taceam, ſiue expectare, vt ſcribā. noſti, à quot negociis ſim diſtrictus, dum vnus non queo omnia, & omnia tamē debeo conari, quotidiè vt Philoſophiā coniungam tam prudenter cū eloquentia, vt hæc potiꝰ poliat illam ſuis coloribus, quā illa hanc inficiat ſuis lacunis. vix credas, quanti ſit laboris, quātæ induſtriæ, ita in his & conditioribus eloquentiæ, & reconditioribus Philoſophiæ ſtudiis ver-

verſari, vt eloquentiæ pulchritudini nihil adhæreſcat ex Philoſophiæ ſordibus. hoc credes facilè, ſi aduertas, quàm infeliciter id conati ſunt multi magnorum ingeniorum viri, dum ſcribunt vel ſtultè, quòd nimis amant delicias Tullianas; vel inquinatè, quòd non ſatis cautè attingunt ſordes peripateticas. quid peto rem altè? premunt curæ, vt non poſſim ſemper ſcribere, verùm tu cur abuteris otio? expectabam à te de Monachio, quid placeat; de aula quàm ſit politula & ſanctula; de Petreo, quàm amet; de conditione. non pergo, id tantùm me expectaſſe volumen bellè aſperſum, & recepiſſe literulas benè putidas de pellibus, de tribus florenis. obtundis, qui ſic fallis; perdes ſi ſemper fallas. per animulam meam, exple me tuis literis, ſi & quid ſit de re Colonienſi certi, id adiunge. de Cartero? nihil hactenus recepimus à Fontigallo. miror negligentiam & incuriam. expecto indies, quid rei futurum ſit. efficiam vt crepes riſu, ſi id ſit, quod noſti. nec ſpero nec timeo. Vale. & me ama. Ingolſtadij.

RO-

CXXV.

ROBERTVS TVRNERVS
Ochmaro VVeibelio
S. P. D.

SALISBVRGAM.

CVm legerem tuas literas, videbar vidiſſe te, & furentem & exclamantem, ô fides nã nullus hominum minus dominus ſuarum perturbationum, quã tu furis, non inſanis tantũ, quoties res tibi tota non fluit ad mentem debe-res certè eſſe alia conſtantia, & Philoſophus & Theologus, & Romanus, & Ingolſtadienſis, quanquã quid deſidero in Ingolſtadienſi cõſtantiã? Conſtantienſis non eſt conſtans. ô miraculum. heus, intra lineam cogita, ſi cogites; fac, ſi facias; dic, ſi dicas. tumultuariè & confusè cogitare, facere, dicere, eſt hominum aut malè ſtatuentium aut infœliciter conantium. pacatus & in turbidis rebus ſedatus animus parit bonam pacem, bonum dictũ, bonum factũ. ſi ad me veneris, fingam te nouum, totumq; exprimã ex meæ naturæ quadam quaſi cera & argilla. reprehendis, quod nihil ſcripſeram. at cur reprehendis? elicies à me, video, verã vocem. tu

in cauſa, cur nihil ſcripſeram. ſiquidē in literis tuis prioribus omniâ ita inconſtans es, & dubi⁹, vt neſcirē, quid ſcriberem. dic clara, & clarè, ſi vis me reſpondere. vis venire, non vis venire: vis mori mecum, non vis diſcedere Salisburgo. ſiccine? vis? non vis? non ſcio tuam mentem. nihil mirum, ſi nec reſponderim, nec quiuerim reſpōdere. tamen vt videas amicum, ego ſtatui in tutiorem partem, quaſi velles venire. nam Reuerendiſsimo meo dixi, te venturum, bonumq; Principē lactaui incerta ſpe, quaſi vera re. vt autem nec tibi, nec ſcholæ aliquid periret, ego nullum patior aſcendere in rhetorum claſſem, vſq; dum tu venias; doceoq; rhetores, tua cauſa, bis in die. ſolius Othmari amor potuit me huc impellere. niſi ego ſucceſsiſſem in labores huius cathedræ, iamdiu ſurreptaſſent alii. quare cùm primùm receperam has tuas poſtremas literas, ibam ad Reuerendiſsimum, indicabam te & certô venturum, & citò. is libenter audiuit, iuſsitq; vt primo quoq; tempore te des in viam. rogo te, meâ cauſa, aut potius tuâ, vt citò venias, nec diutius patiaris tibi & tempus, & fructū temporis effluere, quaſi anguillam è mediis digitis. Vale, meq; ama, Eyſtadii an. 1587.

RO-

CXXVI.

ROBERTVS TVRNERVS Doctori Othmaro VVaibelio, S. P. D.

SALISBVRGAM.

MAllem certè tibi verbera, quàm ſalutem: ita turbas omnia, nulla de cauſa. expectabam iam pridem te, non tuas literas. tu mittis litteras? quid? quòd putidulè querulas? apage ſis tuas dubitationes, tuas curas. Vicarius Bambergenſis tibi hæret in capite, quantum video: ideoque ad normam veteris prouerbij, vis ſapere, tanquam piſcator ictus. etiam? me metiris pedibus iſtorum homuncionum? putabā me tibi melius notum. omnia mea tibi communicabam, maxima, minima: & putas, fore, vt aliquid te celem de te? certè quidem niſi mihi charior eſſes, quàm frater fratri: iā diu contēpſiſſem nugas turbarū. noſti, quàm ſum generoſè contēptor nugarum, turbarū, contumeliarū. vici inuidiā, iram, odium, & quicquid parit mōſtrorū Erynnis. cur non venis? cur turbas? cur hæſitas? vno verbo, aut veni, aut vale. ſi non

habeamus illa veſtra lauta, certè habebimus hæc noſtra læta. ridebimus, amabimus, ſuauiabimur inter nos. noſti meos mores. lætus ſum in mediis turbis, quid tecum? veni, ſi te amas. non volo plura. nam quæ vltimis literis ſcripſi ad te per tabellarium Ingolſtadienſem, illa ſtatue certiſſima. veni, veni, veni, ne tibi velis corrũpere oportunitatem bonam mala mora. miror, quis ventus impulerit Doctorem Millerum in illum portum. ſi putes bonum aut mihi, aut tibi, ſaluta illum meo nomine. quid rerum gerat, vide, & ad me ſcribe; niſi malis punctulo venire, & dicere omnia. Vale. Euſtadio 10. Iulii.

CXXVII.

ROBERTVS TVRNERVS

Friderico Martini Iuris

V. Doctori,

S.P.D.

FRIBVRGVM.

HActen' ad te (clariſſime Friderice) ꝙ nihil dederim literarum, tantùm abeſt, vt doleam: vt potius ex hac ſiue negligentia, ſiue tarditate in mentem mihi mediam influxerit volu-

voluptas, quantam ſcribendo vix poſſum conſequi. Nam cùm in nullis meis literis videam te iam tertium prouocare, id etiam video, me tibi in ſenſibus intimius & altius hærere, quàm vt, vlla mea culpa, poſſim euelli. ſi hunc tuum in me amorem ego non æquè amarem, eſſet, cur ægrè ferres, amorem, rem longè precioſiſſimam, tibi periiſſe, & in terram effluxiſſe. verùm cùm te propter candorem, & ſuauitatem non næuo, ſed indicio clarè cognitum mihi, ſemper amauerim, & amaturus ſim, quantum homo hominem, facis iniuriam, & mei amoris conſtantiæ, & tuæ virtutis merito, quòd hoc meum ſilentium aliò refers, quàm ad amorem. quid? amor in ſilentio? in ſilentio amor. eccam rem ſilentiū. ſcriberē dolorem meum? acuo tuum. lenirem tuum? cieo meum. deinde, illud, quod ſpargebatur de certa mente mutandæ ſedis, ita mihi pectus intimū fodebat, vt prius non ſtatuerim ad te ſcribere, quàm certi aliquid adferebatur de tuis rebus, ſtantibus, cadentibus, dubiis, aut alio modo affectis. nunc verò cùm intelligam ex tuis literis, falſos fuiſſe rumores, rebusq; tuis benè proſpe-

req; eſſe apud eos, quibus ego debeo omnia mea: quemadmodum antea malui nullam, quàm incertam ad te ſcribere epiſtolam, ſic nunc de hac tua certa fœlicitate (ſic appellas) volui certam hanc eſſe gratulationem meam. gratulor ergò tibi Friburgum, theatrum virtutis, doctrinæ, candoris tui: precorque à Deo, vt hanc aut tibi fœlicitatem, aut mihi lætitiam, nulla vnquam inuidia aut alia labes contaminet. labem inquis, inſperſam, mortem filij, puerulum tibi ereptum, cur doles? angelum præmiſiſti, Noli mihi illam vocem, amaui, carnis eſt, non mentis; terræ, non cœli. dic ſodes. amaſti puerulum, non amas angelum? cede ad punctum modò temporis, ſtatione huius corporis, & mecum inſpice Bartholomæum tuum, pellucidum ſtola innocentiæ, caſtitatis veſte nitidulum, cantillantem canticum nouum ante ſedem Dei, & quam gloriæ viam præierit agnus, eam inſiſtentem, & veſtigio paruo puroque notantem. inuides hanc fœlicitatem? filio? amato? ſcito? adde quodlibet in illo, aut de illo: hoc, quicquid addis, ratio erit, cur debeas potius velle illi hunc liquidiſſimæ voluptatis riuum fluentem in Deo, vero viuoque fonte, quàm tibi

tibi ex illius ocello, ore, ſale, riſu præcerpere voluptatem neſcio quam, certè putidulam illam, natam ex ſenſu in ſenſu, & quo punctulo natam, eodem penitus aut mortuam, aut marcidam. decimas etiam voluit à te Deus Friburgi, vt illa terra ſit tibi charior, quò intimior: neque facilè patiaris te diuelli ab ea, in qua Bartholomæus corculum tuum. Quare ama illam Academiam ſacram iam tibi ſanguine tuo. Vale. Ingolſtadij.

CXXVIII.
ROBERTVS TVRNERVS
Couerto Anglo
S.P.D.

PARISIOS.

ETſi nihil ſit in rebus, quod contendo vehemētius, quàm vt ſim bonis bonus, malis nō ingratus: tamē ea eſt huius vitæ vel miſera neceſſitas, vel impeditæ permiſtio, vt in omni hāc actione conſtantiam retinere nullo certè modo poſſim. quid poſſim? nec debeam quidem. nā cū res humanæ eo naturæ filo nexæ ſint, vt ſingula non habeant omnem numerum: Deus munera ſua ea beneficentia effudit, aut potius ea

lege vinxit, vt omnia in vnum cõmunionis nodum quaſi ſubnexa ſingulorum ratione imperfectã expleant & abſoluant. Caret Ariſtoteles talentis, vt accipiat ab Alexandro. caret Alexander doctrina, vt hauriat ab Ariſtotele. vtrique deeſt, quod accipiat; vtrique ſupereſt, quod det. eſſet infœlicitas accipere, niſi fœlicitas eſſet, dare. quare ſunt Ariſtoteles & Alexander vt infœlices, ſinguli ſine ſingulis; ſic fœlices, vterq; vtriusq; ſubſidio & cõmunione, hinc dando, inde accipiendo. quod oſtendi in his duobus, id eſt in omnibus rebus, quæ huius fabricæ circũſcriptione continentur. ſingula extra ſingula ſunt imperfecta, vt omnia habeant & ex omnibus perfectionem, & in omnibus cõmunionem. hinc hominis cum homine arcta conſociatio, & ex conſociatione reſpublica hinc membri cũ membro concinna digeſtio, & ex digeſtione corpus: hinc elementi cũ elemẽto cohæſio quaſiq; cõpaginatio, & ex compaginatione mundus. cogor (mi Couerte) petere ex media Philoſophia, vnde excuſem meã importunitatẽ, qui audeam tibi obiicere moleſtiam, quem ne næuo quidem aut crepundiis hactenus cognoui. intelligis? nõ eſt reſpublica ex vinculo noti ad notũ, quaſi eiuſ-

eiusdem ad eundem (quanquam ſi hoc etiam vis, ſum Anglus Anglo, Catholicus Catholico) ſed ex communione prudentis ad imprudentem, docti ad indoctū, benefici ad egentem. egeo iam opera humaniſſimi, patientiſſimi, pleni Chriſto. te præter cæteros audio Pariſiis eſſe humaniſſimum, patientiſſimum, ac Chriſti hoc ſpiritu inſtinctum, qui cogitas, non quàm notis, ſed quàm multis; non quàm quæſtuosè, ſed quàm Chriſtianè agis & laboras. ſatis excuſo immò nimium excuſo. nam dum excuſatione me inſinuo tectè in tuam mentem & gratiam, priuo te fructu laudis, quem præcerpis ex tuis virtutibus vberrimum, quaſi hoc quicquid peto, ſi feceris, facias potius victus arte, quàm tua naturæ bonitate. quare ne meis verbis faciam hanc iniuriam virtuti tuæ, ecce rem. libros quosdam Gallicos, diu eſt, cum vehementiſſimè expetierim. miſi Francofurdum, Leodium, alió. vel non ſunt, vel non quæruntur. iam Deus mihi quaſi è cœlo obiecit mihi hunc tabellarium, qui ad vos excurrat, & primo quoq; tempore ad nos reuertatur. verùm quia expers eſt vel lingua vel literarum, cogor mihi ſupponere vicariam alicuius operam in emendis libris

O 5 *iſtis.*

iſtis. huis rei te mihi expeto, peto. qd ni? humaniſsimū. qd ni? promptiſsimū ad omnia officia, ſi vera fama. libri, quos cupio, illi sūt, qui cōtinēt luctas & priuatas diſputatiões Catholicorū cum hæreticis, vulgò ſe conferentes & maximè illam Poſſaicam, cui interfuit Beza, præfuit Cardinalis Lotharingus, ſcriptam à Claudio de ſainctes, alteram Parienſem, & alias quaſcunq; item Atheiſmos Caluini per Claudium de ſainctes, conciones omnes Vigorij. audio eſſe, qui Gallicè ſcripſerit vitas Pontificum (non loquor Platinam conuerſum) roga hūc mihi. in concionibus aut controuerſiis ſi exquiſitum quid. pecunia numerabitur à tabellario, gratia reponetur à me, ſi vnquā opella mea poſsit eſſe vſui tibi, tuis. etiā mihi ſitim exple de libris Anglicis, maximè Reginaldi cōtra VVittakerum, D. Alani contra iuſtitiam Britannicā, Briſtoi cōtra Fulkum, authoris, q cauſas colligit tēpli hæretici nō adeūdi à Catholicis, quem vocāt Anglicè, the refuſall, Thomæ Mori de cōſolatiõe, aut alicuius alterius libri Anglici ſcripti poſtremis iſtis duobus annis cōtra hæreticos. ſi ſortè Anglici libri publicè nō veneāt, roga amicos, vt ſinguli ſingulos hoc tēpore ſuppeditēt,

vel precio, vel gratia. procliue illis, omni tempore eoſdem comparare, mihi nunquam, niſi hoc tempore Dominus D. Nicolſonus, & Pater Rogerus Bradlovvus, ſi Pariſiis ſint, huc conferent operam. iraſcor ſanè illis, niſi mittant ſinguli ſingulos libros, vel Gallicos vel Anglicos, eosq́; benè exquiſitos.

CXXIX.

ROBERTVS TVRNERVS Rogero Smytho S. P. D.

ANnus penè eſt, quod non viderim Smythum. an ego tàm infœlix vt non te frui poſſim; aut Smythus tàm languidus, vt nolit ſe extra limen efferre, & amicis copiam ſui facere? ſed facilius inducor, vt credam me infelicem quàm Smythum languidum, quanquam vtrunque facilè poſſum ſine labe conſcientiæ aut violatione religionis. cur nō venis ad ſcholas? deſidia eſt. cur non inuiſis Turnerū? inhumanitatis eſt. ſi Payſii recōditior illa eruditio nō poſſit te pertrahere ad Collegiū Romanū, q̄n te inducit lepor Stephani? q̄n te illicit amicitia Turneri? trib⁹ cōtinēter dieb. veni ad ſcholas: cur?

iſtis. huis rei te mihi expeto, peto. qd ni? humaniſsimũ. qd ni? promptiſsimũ ad omnia officia, ſi vera fama. libri, quos cupio, illi sũt, qui cõtinẽt luctas & priuatas diſputatiões Catholicorũ cum hæreticis, vulgò ſe conferentes & maximè illam Poſſaicam, cui interfuit Beza, præfuit Cardinalis Lotharingus, ſcriptam à Claudio de ſainctes, alteram Parienſem, & alias quaſcunq; item Atheiſmos Caluini per Claudium de ſainctes, conciones omnes Vigorij. audio eſſe, qui Gallicè ſcripſerit vitas Pontificum (non loquor Platinam conuerſum) rogo hūc mihi. in concionibus aut controuerſiis ſi exquiſitum quid. pecunia numerabitur à tabellario, gratia reponetur à me, ſi vnquã opella mea poſſit eſſe vſui tibi, tuis. etiã mihi ſitim exple de libris Anglicis, maximè Reginaldi cõtra VVitakerum, D. Alani contra iuſtitiam Britannicã, Briſtoi cõtra Fulkum, authoris, q cauſas colligit tẽpli hæretici nõ adeũdi à Catholicis, quem vocãt Anglicè, the refuſall, Thomæ Mori de cõſolatiõe, aut alicuius alterius libri Anglici ſcripti poſtremis iſtis duobus annis cõtra hæreticos. ſi fortè Anglici libri publicè nõ veneãt, roga amicos, vt ſinguli ſingulos hoc tẽpore ſuppeditẽt,

vel

vel precio, vel gratia. procliue illis, omni tempore eoſdem comparare, mihi nunquam, niſi hoc tempore Dominus D. Nicolſonus, & Pater Rogerus Bradlovvus, ſi Pariſiis ſint, huc conferent operam. iraſcor ſanè illis, niſi mittant ſinguli ſingulos libros, vel Gallicos vel Anglicos, eosq́; benè exquiſitos.

CXXIX.

ROBERTVS TVRNERVS Rogero Smytho S. P. D.

ANnus penè eſt, quod non viderim Smythum. an ego tàm infœlix vt non te frui poßim; aut Smythus tàm languidus, vt nolit ſe extra limen efferre, ac amicis copiam ſui facere? ſed facilius inducor, vt credam me infelicem quàm Smythum languidum, quanquam vtrunque facilè poſſum ſine labe conſcientiæ aut violatione religionis. cur nō venis ad ſcholas? deſidiæ eſt. cur non inuiſis Turnerū? inhumanitatis eſt. ſi Payſii recōditior illa eruditio nō poßit te pertrahere ad Collegiū Romanū, qn te inducit lepor Stephani? qn te illicit amicitia Turneri? trib⁹ cōtinēter dieb. veni ad ſcholas: cur?

cur? non tàm vt hauriam ex Payſio illa grauiora, aut ex Stephano hæc tritiora, quàm vt tui vel aſpectus ſuauitate diſſuauiarer meos ocellos, ſermonis lepore delinirem meas aures. per tuos te ergò lepores, per Veneres, per ſuauitates omnes rogo, vt primo quoq; tempore diuertas aut ad nos in Collegio, aut ad præceptores in ſchola. eris mihi vſui in re ita minuta, vt omiſſam ab alio facilè contemnam, præſtitam ab te maximi ducam. ita namq; homo ſum, vt res nõ tàm rerum, quàm hominum momentis ponderem: vſq; eò, vt res magnas ſi fiant ab illis, quos aula finxit politulos, contemnam vt minimas ac paruas, ſi fiant à Smythis amem vt maximas ſed heus. etiam aliud. Si dominus meus, amicus tuus, apud quem hoſpitaris, aliquem habeat librum ſcriptum Italicè, qui terſior ſit dictione, mihi vt illũ cures. qd rei habet, nihil moror, modò fuerit eloquentiæ venuſtatib⁹ affluentior, atq; ingenii acumine, tanquã ſale, conditior, quæro iſtis dieb⁹ qbus feriamur à ſtudiis non tã illa ſeueriora prõpta ex intimis philoſophiæ receſſibus, quã delicatula ac lauta. facſis igitur hac in re probem tuam diligentiam, amem illius amorem. quanquã non poſſum ama-

amare illum arctius, tàm videtur ille mihi dignus omni amore, homo ſincerè candidus, poëta eleganter limatulus, theologus in intima Dei naturæq́ perueſtigatione egregiè verſatus. talem ac tantum ſi mihi eum poliuerit ſemihorulæ conſuetudo, quantus videretur, ſi aliquis mihi Deus concederet noctium ac dierum vſuram? quàm multa mihi erueret ex antiquitate? quàm obſcura enuclearet ex Scoto? quàm pulchra ac quàm pulchrè funderet ex poëſi? noſti meos ſenſus, amo eum, verè, & quia egregiè doctus eſt, & quia ſincerè tuus eſt. cura igitur illud, vt ſit etiam meus, quanquam ineptè facio, qui hoc velim vt cures, cum lege amicitiæ cauerimus vterque, vt ideò ſit meus, quia eſt tuus. Kale. Romæ.

CXXX.

ROBERTVS TVRNERVS
Paulo Alberto
S.P.D.

CONSTANTIAM.

SIc homo ſum, (mi Alberte) vt amem Paulos; ſed ſic Albertus homo eſt, vt contemnat Turneros. tantillus eſt Turnerus Alberto,

vt ne

vt ne ſalutem, ne verbulum, ne literam ad eum! ſed ignoſco tibi omnia, ea lege, vt ſcribas me tuum eſſe, aut ſi hoc nolis, vt moneas te alienum non eſſe. quanquam vix eſt, vt credam te alienum eſſe ab eo, qui te habuit in deliciis præſentem, ac fert iam in oculis abſentem. quod ſi fallar opinione, etiam hoc ipſum falli periucundum eſt in te amando, qui tàm es dignus meo amore, quàm ego ſum fortaſsè indignus tuo. ſed, ne fallaris, ego hoc de me (licet namque cuique de ſe quidlibet) tu tamen ſi me putes indignum tuis viſceribus, ego medicinam citò fecero meis, vt qui penitius iàm hæres in illis, vel facilè excludaris, vel difficulter maneas nam locũ nollē tibi eſſe in meis viſceribus, nedum medullis, ſi ſic ferreus es, vt non ames amorem Turneri. ſi pillulæ tibi non ſuffecerint excludendo, adhibebo gliſteres, ſi fixius hæreas, quàm vt gliſteribus cedas, ve tibi ab illis machinis ac fulminibus medicorum. nam ita eſt mihi ſtomachus lautus & delicatulus, vt cùm non velit ferre cucurbitas, omni contentione conetur eijcere ferreos. quanquam extra locum, ſi non poſſum ferreum te concoquere

re tanquam ſtruthio, feram tamen quantum poſſum homo. quippe tanti mihi eſt Paulus, vt & ferreum facilè feram, & inimicum amem. id tantùm caue tibi ſis, ne violes Deum aut Eccleſiam, & eris mihi ſemper Paulus. is eſt & propter tuos mores politulos ſummè intimus, & propter ingenium acutulum ſincerè charus. quanquam ſi ſcripſeris ad me literas, erit amor noſter non arctior, ſed apertior, immò nec apertior fortaſſè, cum tua eloquentia tenuior adhuc ſit, quàm vt tuum (ni fallor) poſſit inumbrare amorem. tenuioris tamen ac horridioris tuæ eloquentiæ, ſi adferas, non accipio excuſationem. quippe cùm is ſim, qui metiar non amorem literis, ſed literas amore, erit ſanè in tuo tenui, quod admirer magnum, ac in tuo horrido, quod amem limatulum. quare ſcribe (mi Paule) per tuam te rogo humanitatem, aut ſi tantillum non velis largiri meis precibus, tace in malam crucem. orationes, quas expectas, promptæ tibi ſunt, ſi ſcripſeris. noua eſt epiſtola, noua præfatio, nouus epilogus, noua omnia, pulchra ſingula. nam nihil volo dici Alberti, quod non ſit dignũ Turnero. id tantũ, ſcribe, & te beo. demen

meis rebus? ſaluæ omnes. ſeriò cogito Ingolſtadium, hæſurus tamen in vrbe, vſque dum ſubſederint calores. ſi fortè redieris in Italiam ante Septembrem, Venetiis apud Scotum illum roga de Turnero. poteſt namque fieri, vt ego prius Venetias, quàm tu Romam. ſed de orationibus ne te crucies, erunt apud Vogelium tuum. die S. Barnabæ ſacro transferebatur D. Gregorii corpus, Deus bone, quàm magnificè! quàm ſplendidè! quanta pompa! antiquos illos putares te vidiſſe triumphos. nitebant parietes. tantumnè hoc? triumphabat Collegium Germanicum. nam in publico omnium triumpho (vt breuiter dicam) vicimus Romam amore, pompa, carmine. ſed vmbram iam vides, poſtea leges triumphum, in quo deſcribendo dum verſor ſedulò, vehemens hoc tui ſalutandi deſiderium, medium mihi dictionis filum præcidit. vt facilè colligas me omnia poſtponere amori Pauli. Vale ac Millerum ſalutabis omnium, quos ſol vidit mihi ſoli inhumaniſſimum. nam in plurimis ad alios literis, de Turnero nullum verbum, quaſi vllum haberet Roma illius ſtudioſiorem Turnero. Roma.

RO-

CXXXI.

ROBERTVS TVRNERVS Reuerendiſſimo Domino S. Epiſcopo Audamarenſi Audamarum.

PRO MONACHO.

TAnta eſt (Reuerendiſſime Domine) vis poſita in eo, qui regit aut nauem, aut rempubl. vt omnes, quicunque rem ad veritatis normã exigunt, & nauim putent in mediis procellis ſaluã, & remp. in mediis perturbationib⁹ integram, ſi vel huius gubernacula gnarus, vel illius clauũ gnauus rector tractet ac adminiſtret. vnde ſanè gratulor vel reipublicæ, vel potius Eccleſiæ noſtræ, quòd poſt tàm multas calamitatũ procellas, nõ tàm prudentia humana cõſtituerit, quàm diuina prouidentia cõceſſerit te rectorẽ nobis, in cuius prudentia, pietate, doctrina, cura, tanquã portu, iã tandem conquieſcam⁹. magnũ ſanè fuiſſet in tantis cõtrouerſiis habuiſſe prudentẽ Epiſcopum; maius in tanta turpitudine pium, maximum in tantis tenebris doctũ ac vigilantem: at habere & prudentẽ, qui cõtrouerſias explicet celeritate cõſilii; & pium,

p qui

qui turpitudinem abſtergat exemplo vitæ; & doctum, qui tenebras diſpellat claritate doctrinæ; & vigilantem, qui rem reſtituat diligentia actionis, videtur ita certum diuinæ miſericordiæ ſignum, vt qui gemebant Eccleſiæ rem apud nos antè non ſolùm fractam, ſed penè attritam, nunc certè à te Epiſcopo ſperent, non ſolùm illas extremas tabulas, quæ hinc inde diſperſæ iacebant, collectum iri, ſed totam etiam nauim planè iri reſtitutum. quare cùm omnium ſit vbique ſumma gratulatio, ſumma lætitia, ſummus triumphus de te Epiſcopo iam conſtituto, nolui ſanè committere, vt in communi omnium gaudio mea vel vox deſideraretur, vel lateret voluntas: quæ in te ſemper fuit tàm propenſa, pieque animata, vt etiamſi maximè gaudeam re communi, tamen læter aliquo modo in re communi meum commodum eſſe incluſum. quod quàm ſpero verè, tàm rogo ſummiſſè, hanc meam ſpem vt non patiaris mihi excidere, planeque nullam eſſe. nam cùm ego is ſim, qui tua cauſa omnia ſemper cupiui, non poteſt ſanè cadere in tuam mentem plenam pietatis, vt non agnoſcas hanc meam voluntatem tanquam piam, & ames tanquā gratam

tam. ac ne putes fortaſsè orationem meam aut ſimulationis integumẽto inuolutam, aut aſſentationis fucò illitam, promitto me proximis his menſibus ad vos reuerſurum, ac vel ſtudio in Eccleſiæ re reſtituenda, vel opera in tuo honore amplificando facilè indicaturum, quàm feriò ac ſincerè vellem & veſtro honori in Eccleſia, & Eccleſiæ in veſtro honore ſtudere. interea temporis rogo, vt has meas literas accipias potius, tanquam teſtes meæ voluntatis, quàm indices meæ facultatis. quarum vtraque ſic eſt Eccleſiæ ac tua, vt optarem ſemper mihi & facultatem nullam, & voluntatem, excectis neruis, torpentem, niſi illam totam in Eccleſiæ rem cõferre, hanc in tuæ virtutis ſtudium ſemper oſtenderem piè animatam. Roma.

CXXXII.

ROBERTVS TVRNERVS Valramo Tumlero ſuo.

V*Alramus is mihi eſt, ac ſemp fuit, vt quicquid agit aut loquitur, id me mirificè delectet, quia Valrami eſt. at hæc tua oratio talis eſt, vt cuiuſcunque demum eſſet, ea ſanè mihi, niſi velim haberi egregiè ſciolus, debeat per-*

placere. ita perbellas habet notiones, inſignes figuras phraſin non inelegantem. ſed cùm quædam malè ſtructa, quædam diſſipatè vincta, quædam putidè dicta (vt neceſſe fuit homini in grauioribꝰ ſtudiis diu multumq́; verſato) exciderint, has ego tuarũ notionum, tanquã gemmularum maculas ac labes deleui omnes, iã vt Valramus poſſit audere coram noſtris. quid coram noſtris? coram Gracchis, Læliis, ac Tulliis ipſis. non fallo aſſentando, amo tuum ingenium, fac vt illud excolas phraſi terſiori, quò amem magis. ſed de hac re aliàs, nunc me ames.

CXXXIII.

ROBERTVS TVRNERVS
Ericio Botuito ſuo.

ROMAM.

QVid? an habeam cruces? ſexcentas à præfecto, à miniſtro, à Rectore. vt mittam tibi tres! eccas omnes. vis Anglicanas? vnam habeo mihi à regina fixam, à miniſtris hæreticis aliam, à parentibus tertiam. prima eſt linea, altera lignea, terrea, ferrea. omnes ſi velis, omnes mitto. ſed vide ſis ne auari ſubeas

vel

vel nomen vel notam, ſi omnes cupias, cùm ſingulæ ſufficiant. nam ſingulæ facilè te ornauerint martyrii laurea, niſi fortè putes eò eſſe glorioſiorem lauream, quò pluribus fuerit crucibus, tanquam floſculis, intexta. ſed vt cupidè vrgeas omnes, nullam tamen mitto, non quod nolim beare Botuitum meum, ſed quòd velim Eccleſiam in Botuito meo eſſe fœliciter fœcundam. quippe ex Botuiti recondita doctrina, moribus politulis, prudentia matura, tanquam ex agris vberrimis, malo vt Eccleſia habeat plurimos confeſſores gnauiter laborantes, quã vt in Botuiti morte veneretur martyrem glorioſè triumphantem. extra iocum. de ſacris crucibus illam tantùm habeo, gloriari in meis infirmitatibus. tamen ſi quas tu tuorum cauſa cupias magis, illas ego poſſem gratia, precibus, pretio extorquere à meis, omnia ſanè curauero tua cauſa diligentiſſimè. quod ſi curando omnia nihil curauero, erit tamen conatus meus Botuito oppidò quàm gratiſſimus, qui pro ſua humanitate ſolet metiri non voluntatem facultate, ſed facultatem voluntate. quæ ita eſt in Botuitum affecta, vt nulla ſanè illi poſſit accidere grauior crux, quàm

non poſſe. Botuitum tribus impertire crucibus. Vale.

CXXXIV.

ROBERTVS TVRNERVS
Ioanni Vogelio
S. P. D.

EYSTADIVM.

AMo te, mi Vogeli, de tuo amore, quòd & ſincerus eſt, & cõſtans. de eo quid quæris? placet conditio, non tàm quod lauta eſt, quàm quòd principis eſt, in cuius pectore Theodoſius in cuius vultu habitat Hieronymus. quod ſi nõ ſatis intelligis, ecce tibi notionẽ meã vno verbo, omnis mihi miſeria apud hunc tuum Theodoſium, meum Hieronymum, eſſet ipſa felicitate felicior. ac ne putes me mentiri, eloquar quod res eſt; ſed breuiter, vt videas me grauiſſimo negotio ſeriò eſſe diſtrictũ. Academia Friburgenſis ſuperioribus menſibus è collegio Germanico elicuit ad ſe philoſophum hac politiori literatura imbutum. ſurrepſiſſe enim in cathedras philoſophorũ quoſdam malè ſanos rhetorculos, qui Ariſtoteli Ramum, rationi opponant

garru-

garrulitatem, idq́; tanta audacia, vt non videantur poſſe cogi in ordinem, niſi per hominẽ & latinè philoſophantẽ, & philoſophicè rhetoricãtẽ, reſpõdit Rector eſſe apud ſe adoleſcentũ egregiè philoſophorũ & theologorũ magnã ſegetem, qui tamen cum reconditiori hac eruditione coniunxerint politulas literas, non item. tamen ex illo ſuo Troiano equo non ita pridem exiiſſe in Bauariam Turnerum quendam Philoſophum, Theologum, Oratorem, qui in Caluini ſchola natus, & in Pariſienſi Academia educatus, Rami omnia placita & nouerit & contempſerit. quid tum poſtea? ſex iam ſunt dies, cum miſſæ ſint ad me litteræ ab Academia illa, cum nuncio, cum mandato, vt ad illos veniam, proponunt conditionem lautiſſimã, honoratiſſimã, vt præſim collegio, vt profitear philoſophiam, vt habeã beneficiũ, ex quibus omnib. foret fructus quadringentorũ florenorũ. id reſponſi retulerunt, me pendere ab alieno nutu, ſi hinc diſcedam, promiſiſſe operam alteri principi tamen ne pœniteat illorum in me humanitatis, euocaturum me Venetiis Anglum inſigniter & philoſophũ & oratorẽ ante Pentecoſten. hoc .n. mihi ſpatium reliquerunt deliberandi. hunc

Anglum iuuenem planè diuinum, ſiue ſpectes ingenium, ſiue eruditionem, ſummittã ad illos, ego ad vos. nã quid ego gloriæ colligam ex certamine perpetuo? obiui Angliam, Flandriam, Galliã, Italiam, maximam Germaniæ partem, miles bello maritimo in Gallia annũ, bello terreſtri in Flandria duos annos plus minus feci ſtipendia in tribus aulis aulicus; vidi mundum, odi mundũ; vt iam meæ adoleſcentiæ maturitas, vel potius ſenectus ſi cogites terras viſas, labores exantlatos (nam triginta trium annorũ ſenex ſum) quærat, non vbi viuat ſplendidè, ſed vbi moriatur ſanctè. nam errat planè, errat mundus, ſi putet ſe mihi poſſe perſuadere poſthac, vt in ſuorum circorũ puluere & ſole ſudem diutius. video id agere mundũ & aulas penè omnes, vt virtutẽ deprimant, excitent vitium, indoctos quoſq; ex fæce euehãt, doctos cõtẽnant; laudent calliditatis ſuperbiã, condemnent ſimplicitatis prudentiã, nitidos & integellos negligant, præſeferant illos è ſorde, qui nec caſtè ad virtutẽ, nec cautè ad prudẽtiã. quæro portum, ex cuius ſtatione tutò irrideã illos, & ſcriptis efficiam, vt mundus etiã irrideat mundũ. hunc mihi portũ puto eſſe Eyſtadiũ quẽ mihi tu (mi

Voge-

Vogeli) quaſi è ſpecula dũ oſtẽdis, aperis te in cœlo locas. nã planè ita omnia placẽt, loc⁹, homines, princeps, res, vt nihil ſit in rebus, quod cupiam magis, quàm in ſancti tui Martini ſinu viuere in Sancti mei VVilibaldi limine mori.

CXXXV.

ROBERTVS TVRNERVS Zachariæ S.P.D.

QVid langues? ego hic ſum, vt tua curẽ, tu Ingolſtadii impedis, quò minus curem. expecto ſchedulas, cur non ſummittis? planè violas amicitiam, qui hærendo facis, vt tibi fructus, mihi pereat occaſio. hoccine eſt liberare fidem? apage ſis iſtam negligentiam. ſed largior tuæ infirmitati reliquam meam iram. nam quæ me coquit, eam ſi totam effundam, frangerem ſanè valentem fractum penitus extinguerem. ſed non extinguo Zachariam, vt ex viuo libem aliquem meorum laborum fructum; fructum ſanè & tibi, ſi ſapis, vtilem; & mihi ſi amas, periucundum. quem? ſatis eſt, quòd afferam iam ſpem benè grauidam. conueni Cancellarium; amat; Vendium; laudat; Hundium; promittit. Promittunt proſpectum tibi

iri, pro tua dignitate honorificè, pro illorum in te amore beneficè, ôh quàm fœlix es in hoc negotio! Vale.

CXXXVI.

ROBERTVS TVRNERVS
Auunculo ſuo Ioanni M. Emmanuel M.S. nomine cuiusdam amici.

BYTHVNIAM.

Videor fortaſsè (chariſsime auuncule) non ſatis expleuiſſe partes vel cognati amantis, vel ſcholaſtici diligentis, qui nihil ad te literarum hactenus dederim. ſed neq; quicquam de amore in me tuo decerptum, neq; tantillum de diligentia mea in ſtilo fingendo imminutum eſſe, inde colliges, cum verecundiæ profectò fuerit meæ, qui verebar, ne non ſatis conſideratus adoleſcens viderer, ſi nullis venuſtatibus affluens, nullo eloquentiæ artificio aſperſus, te ſummo iudicio terſum, ac eloquentia ſumma limatum meis literis obtunderem potius quàm oblectarem. attamen cum literas tuas plenas illas quidem amoris cum animo meo

meo penſiculatius conſidero, videor tacendo non tàm conſuluiſſe meæ verecundiæ, quàm id omiſiſſe, quod fuit mei officii. officii enim ratio hoc poſtulat, vt illis, quibus & ſanguinis cõmunione arctiſsimè, & beneficiorũ multitudine amiciſsimè ſumus obſtricti, vel literas, quas poſſumus, tenuiſsimas, indices amoris; vel facta, quæ debemus maxima, monumenta noſtri animi referamus. quare cum nihil adhuc ex noſtra tenuitate promi poſsit, niſi litteræ, & verbis fortaſſe putidæ, & ſententiis non ſatis acres, erit tuæ humanitatis, hoc cogitare, cum nõ poſſim id, quod debeo maximum, re præſtare, vt videar gratus: me id, quod poſſum minimũ, hiſce litteris efficere, ne videar ingratus. nam cum omne vitium à meis moribus abeſſe velim. tum illam ingrati animi turpiſsimam notam maximè; quia nihil profectò (ſi rectè iudico) in moribus hominis doctrina perpoliti poteſt reperiri fœdius, ne dicam tetrius. cogita igitur (quod eſt viri ſapientis, & à recto ſenſu rem ponderantis) non quantum his literis amorem complector, tantum me tibi præſtare velle: ſed tantum me tibi præſtare velle, quantum ſcri-

tũ ſcribendo complecti non poſſum; aut ſi poſſim, nolim certè, ne dum in amore meo venditando videar multus, id tantum velle videar, id eſt, ne pro maximis beneficiis minima verba; pro rebus ampliſſimis voces inanes reponere, id tantùm velle videar. quod tàm minimè volo, quàm minimè debeo. quàm autẽ id minimè debeo, ſi nolim ingrati animi notā inuri, tum video clariſſimè, cum tua in me beneficia plus quàm humana, penè diuina, animo & cogitatione tacitus peruoluto. nam quàm ſunt illa multa, quàm magna beneficia plus quã paterni amoris plena, te id curaſſe ſedulò, vt optimas literas ab optimis viris imbiberem? te id ſtuduiſſe feriò, ne in praeclaris ſtudiis non praeclarus miles languerem? nam (vt ingenuè veritatem fatear) non tam mihi ſtimulos ad praeclara literarum ſtudia perſequenda admouerunt rei vtilitas ſumma, laus excellens, voluptas incredibilis, quàm iſtae tuae voces, diuitias exiguis temporum cancellis definitas fluere, nobisque non expectantibus excidere, ac adeò ſummo noſtro cum dolore excidere: literas contra nullo vnquam temporis ſpatio terminatas, manere, nobiſq; vel inuitis affigi, ac adeò ſummā cum mentis

mentis voluptate affigi. has voces ex pectore tuo omni diſciplinarum genere exculto effluxiſſe dum recolo, vix credas, quàm penitius in pectore meo inſideant, vt in literarum præclaro curriculo torpere nefas putem, & ſeriò putem, & ſæpe putem. Nam quos intimis ſenſibus diligimus, eorum cõſilia vel re perſequimur libentius, vel memoria comprehendimus fixius. Quare cum quoscunq; in literis progreſſus fecerim, eos tuo maximè hortatu fecerim; & ſi in literarum ſtudiis non langueo, tuis vocibus, tãquam ſtimulis, excitatus non langueo: dabis, dabis amori meo veniam, ſi te re auunculum, animo colam vt patrem. nam ſi natura te mihi finxit auunculum, beneficia profectò tua te mihi finxerunt patrem. hoc ergò ſit fixum & tuis beneficiis fixum, te eſſe mihi patrem; hoc quoque ſit ſtatutum, & hiſce literis tanquam ſyngrapha, ſtatutum, me tibi fore filium, id eſt, eum, qui, cum quantuluscunq; ſum, is tuo conſilio, me, fortunasq́; meas omnes & fidei & voluntati tuæ libentiſſimè committo. Duaco.

RO.

CXXXVII.

ROBERTVS TVRNERVS Thomæ Croſeo maledico maledicentiam: Cameracum, nomine ſui amici.

AMor non poteſt eſſe obſcurus, dixit Pacuuius optimè optimus; ſed non ſatis vehementer dixit ethniciſmi tenebris oppletus poëta, cùm amoris, tanquam flammæ, ea vis ſit, vt quò fortius cõprimatur, eò vehemẽtius erũpat, altius euolet, latius diffundatur. charitas non poteſt latere, ſcripſit Pythagoras, ſincerè ſincerus, ſed nõ ſatis neruosè ſcripſit diuinis præceptionibus nõdum imbutus Philoſophus, cũ charitatis, tãquã ſolis, ea natura ſit, vt quò denſiori caligine fuerit circũfuſa, aut tetriori nube obducta, eò & expreſſior emineat, & clarior eluceſcat. in quas ego ſententias ſiue poëtæ primam & perelegantem conſideratè, ſiue Philoſophi ſecundam & peregrinam piè, ſiue & huius & illius & hanc & illam planè diuinam accuratè intelligentiæ meæ notionem infigo, nõ obſcurè intelligo, quàm ſit exigua charitas, qua me comprehendis; & lynceus video, quàm habeo

habeo te peracerbum. peracerbum quid dico? cùm odiũ quod in viſceribus tuis aduerſum me incluſum continebas, in vulgus emanauerit; & maleuolentia, qua mens tua erga me ſuffuſa fuit; in lucem iam tandem eruperit. neq; id quidem mirum, cum tantillis pectoris tui anguſtiis tanta monſtra diutius contineri non potuerint. nam ſi mentes amoris ac charitatis ſtudio incenſæ ab hominum aſpectu non poſſint oblitеſcere, quis tàm eſt ad fraudẽ fictus, aut ad ſimulationem à natura factus, qui mentẽ ſuã odij atq; maleuolẽtiæ lituris ſeu potiꝰ ſordibus oblitã, vel inuitꝰ aliquãdo nõ effutiat, vel inuidus ſæpiſſimè nõ effundat. neq; velim arbitreris has voces ſtomachi plenas, fateor; & bilis acerbitate aſperſas, video; & animo incredibili quadã iracũdia refertas, ingenuè agnoſco, malitiã olere: ſed ex amore quodã mihi in meipsũ inſito emanaſſe omnia. poſt quã mihi nũciatũ erat, quã varii de me rumores ſparſi fuerãt in ædibꝰ veſtris, ægrè tuli me & patriæ, & eccleſiæ, & exilij cõmunione vobis deuinctũ veſtra ſic voce lacerari, & cõuitio penè cõmuni iactari. id verò cũ ad me pmanarat te horũ rumorũ authorẽ in hoc oẽm tuã operã figere, vt famã meã maledico

dent-

dente inſecares, & conuitia vndiq; ex triuio arripere, quibus exiſtimationem meam proſcinderes, non potui me continere, quo minus in maledicentiam tuam, incenſis verborum facibus inuolarem, & animum tuum odio inuidiaq; turpiter infuſcatum literarum mearum aculeis repungerem. non tamen eo animo hoc facio, vt maledictum maledicto refutem, ſed vt turpiſsimas imprudentiæ, & leuitatis, & nequitiæ maculas nomini meo à te inuſtas abſtergam eluamq; vniuerſas. imprudentiæ mihi notam illinere viſus es, qui hinc Hiſpaniam breui cogitem. at quid de mea profectione habes exploratum? dixi luculentum mendacium. cui? profer mihi authorem, illumq; ſplendidè mentientem tibi victum dabo; aut ſi id non poteris, quin te incerti rumoris vanum authorem perſtringam? ſed eſto, Hiſpaniam cogito. num id cogitatione informare vitio datur, in quo præſtando ne tantillum quidem eſſet delictum & titubatum? Hiſpaniam cogito. quid tua? & Deus me libertatis beneficio cumulauit, nec fortuna me mea cuiuſq; ſeruituti aſtrinxit, vt iuſtitiæ & prudentiæ lineas videaris tranſiliiſſe, qui mihi iam libero vel hærendi vel diſcedendi,

di, tanquam ſeruitutis, certas leges indicere velis. at leuiſſimi eſt ingenij, nulli certæ ſententiæ conſtanter affixũ eſſe, aut habere mentem opinionũ, tanquam vẽtorum cõmutatione agitatam, vt nihil ſit certi, in quo inſiſtat, nihil fixi, in quo inhæreat. egregie homuncio, egone tibi errantẽ vagamq; mentẽ habere videar, qui hanc de profectione ſententiam leuibus ſed piis certè ſubnixam rationibus in mente leuiter prius conſignarã, & anni iam ferè interpoſita cõmẽtatione paucis ſed firmiſſimis rationũ momentis fultam eandẽ acrius perſequor? quid? ſi hæc ſentẽtia & pietate cõformata, & ratione iã cõfirmata ſic in animo inciſa fuerit, vt ne exuri quidem illã velim, leuiuſculi eſt id ingenii, an animi potius certæ ſententiæ, tanquam ſcopulo, adhæreſcentis? ſed ære alieno oppreſſus fugam molior. hic rumor cùm ad aures meas increbuerit, ſic mihi mentẽ pungebat, atq; adeò exulcerabat, vt totus bile perfuſus me miſerrimum exclamarem. qui cum à veſtra cõmunione memet ſegregauerim, vt miſerrimam vitam ſedatus propagare poſſim, tantùm abeſt, vt id poſſim, vt potius hæc mea miſella vita, (quæ cæteris ſolet eſſe tutiſſima) & conuitiis

*impetita,& contumeliis violata,me mihi infen-
ſum & infeſtū reddiderit.quid enim molirer fu-
gam, qui neq; furti labe memet aſperſi, neque
homicidii macula inquinaui, neq; Veneris ſor-
dibus infeci,neque aliquo ſcelere capitis pœna
vindicando obſtrinxi? quid fugam molirer,qui
omnibus,ad quorum ſocietatem memet agglu-
tinaui,ita in medullis (non arroganter dico ad
gloriolā aucupandā, ſed verè ad veſtram inui-
diam refutandam) hæreo.perinde ac ſi in ſingu-
lis ſanguinis communione eſſem deuinctus?
ſum ære alieno oppreſſus. quid? an quia aliis
in ære ſum fugæ mox ratio ineunda eſt? quan-
ti pudoris hominem ingenio (vt tibi ipſe
videri vis) argutulum, & iudicio, vt ego ſem-
per ſuſpicabar, limatulum tàm ſtultam oratio-
nem texuiſſe? non enim omnes, qui ſeſe ære
deuinxerunt alieno,fugam meditantur; neque
æs à me contractum alienum tàm grande eſt,
quod non poſſum (ſi vna aut altera ſepti-
mana interfluxerit) diſſoluere. quare cùm
accuſatio tua nulla nitatur probabilitate,
nulla fulciatur ne tenuiſſima quidem ratio-
ne, contine iſtas voces tuæ malitiæ indices,
amicus ſuadeo; cōprime linguā tui ingenii teſtē,*

piue

pius moneo; intra charitatis te cancellos cohibe, modeſtiæque tuæ conſule, ſuauis obſecro. neque hæc eò dico, vt quicquam de tua famam decerpam, ſed vt meam famam ab omni labe conſeruem integram. quam à te cæteriſque ferè omnibus, qui tecum verſantur, lacerari; conuitiiſque figi eò dolentius fero, quò eſt indignius à viris pietatis laude expolitis, quàm ſceleris infamia notatis contumelia vexari. nam niſi virtutis opinione eſſetis commendati, tantùm abeſt, vt veſtra contumelia moueri velim, vt hoc potius nomine ſumma vobis officii religione deuinctum me putarem, cum omniũ bonorum ſenſus fuerit, eum egregia virtutis laude cumulatum eſſe: qui ſcelerati voce violatur, aut conuitio perſtringitur. ſed cũ maior vis poſita ſit in cõtumelia eius, qui virtutis laude florere ſolet, quo eſtis illuſtriori virtutis & religionis commendatione inſigniti, eò acriorem mentis aciem in hanc partem intendere debetis, ne quem vel leuiſſima criminis labecula aſpergatis; in hoc enim maxima charitatis & religionis pars enitere videtur. at verò hominibus in veræ pietatis & religionis ſtudio & ſtadio currenti-

bus id enitendum maximè eſt, vt non tàm charitatis ſimulationem vultu & fronte ſuſtineant, quàm ipſas actiones, quæ charitatis nomine cenſentur, vita exprimant, cùm id ſit certiſsimum, nihil eſſe tetrius mente ficta, ſimulationiſque integumento fraudulenter implicata. quod ſi aliter vitæ veſtræ actionumque rationes inſtituatis, illuceſcet hora, qua illa mæſtiſsima vox veſtras aures circumſonabit, væ vobis hypocritæ. quæ fuſius vobis diſſererem, niſi ſacris vos literis ita tinctos cognoſcerem, vt doctiſsimi cuiuſque oratio, quæ non fuerit ex intima Theologia prompta, vobis ſordere poſsit. date ergò hoc pietati veſtræ, ne dum meam famam imminuatis, charitatem veſtram infringatis, turpiſsimamque hypocriſeos notam contrahatis. ſed cæteros (qua ſunt morum facilitate & naturæ bonitate) monuiſſe ſatis arbitror, tu Croſi, qui es à me alieniſsimo, vt audio, animo obſecrandus es. quare per illud antiquæ noſtræ amicitiæ ius, per fidei religioniſque ſanctitatem, cuius cauſa vitam, ſummis angoribus implicatam exules degimus, te obſecro, vt quam in fama mea maledicto concidenda

po-

poſuiſti orationem, eandem nunc in mea tuenda exiſtimatione colloces. cogita te Catholica religione imbutum diuino numini operam tuam dicaſſe, apud eum te degere, cuius moribus niſi te obliniueris, cuius probitate niſi animum tuum finxeris, cuius imitatione niſi vitam tuam ad charitatem informaris, fore, vt teterrima malitiæ nota in nomine tuo inhæreat. quid de te (mi Croſſi) merui malè? quem nulla vnquam iniuria læſerim. iniuria autem læſerim? quem ſummo ſemper amore proſecutus fuerim, atque iam tàm tibi voluerim benè, quàm tu mihi dixiſti malè. Vale, ac qui ſum, memento; aut ſi ignores, ſcito naturam mihi infixiſſe, & acerrimos ad vindicandum aculeos, & ſummam ad ignoſcẽdum facilitatem. Lutetia Pariſiorum.

Tuus, ſi velis, Rich. Tom.

CXXXVIII.

ROBERTVS TVRNERVS Ioanni Fulgeneo Patritio Veneto Medico ac Philoſopho, Epiſcopi nomine.

VENETIAS.

QVo primum tempore filiũ veſtrum agnoueram, egregiã naturæ indolẽ in illo animaduertiſſe videbar. at poſtquã ex conſuetudine, quæ mihi cũ illo panè quotidiana interceſſerat perſpexerã illũ hanc indolẽ excellentibus virtutis ac doctrinæ ſtudiis gnauiter excoluiſſe, intimis cum ſenſibus ita diligebã, vt mei in illũ amoris maior profectò acceſſio fieri non poſſet. Vnde ægrè profectò ferre non potes, ſi ingenuè fatear, literas tuas (quas non ita pridem ad me humaniter ac pereleganter ſcripſeras) meam in illum beneuolentiam nihil omninò auxiſſe. Verùm tibi ipſe potius gratulari debes, qui filium morum ac doctrinæ elegantia ita expolieris, vt ipſe ad laudem vel amorem ſuæ virtutis agendum alienæ commendationi nullum planè locum apud me reliquerit. vnde quas mihi eius nomine agis gratias iniuſtus ſim

ſim, ſi vt debitas agnoſcerem; quin potius tibi à me habendæ ſunt maximæ, qui talem nobis filium Romam ablegaras, cuius ego iam virtute, candore, doctrina, reliquis denique virtutibus ſuauiſsimè fruor. in quo profectò ornando omnibus pateret, quanti virtutem ac eruditionem facio, ſi mearum fortunarum anguſtiæ (in quas religionis ergò ſpontè incidi) voluntatem aliquantū nō impediiſſent. verum quocunq; tandem fortunæ flatu ſiue proſpero, ſiue aduerſo res noſtræ vehantur, efficiam profectò, vt in filio veſtro (ne quid prolixius pollicear) non obſcurè intelligatur, fortunam non voluntatem, ſed facultatem virtutis ornandæ mihi præcidiſſe. de laudibus, quas in me ſingulares prædicas, vtinam tàm eſſent veræ, quàm ne omninò ſint falſa, diligenter equidem ſtudeo. nam etſi virtutis, religionis, doctrinæ vmbras vix comprehenderim, non ſum tamē multorum more tàm mihi inuidus, quin libenter fatear, effeciſſe me, vt harū laudum, excellentes formas confectādo illa perſona, quam ſuſtineo, non omninò indignus appaream. quare cum huiuſmodi voces me aut egregiè pium, aut inſigniter doctum, aut gnauiter Catholicum

depingentes à te tuiq; ſimilibus audiam, ſoleo equidem cogitare, non quis ſim, ſed quis eſſe debeam. de ædibus tuis maximo me tibi beneficio obligas, quem incredibili deſiderio tàm magnificæ vrbis inuiſendæ flagrantem inuitas vt aduolem. Nam currenti mihi quod poteſt acrius eſſe calcar, quàm tuis excipi ædibus? cuius ego ſingularem humanitatem non ſolùm ex literis tuis ſemel intellexi, ſed in filij tui moribus quotidiè planè perſpicio. Vale, tibiq; à me omnia officiorũ genera prõptiſſima eſſe velim perſuadeas. Romæ.

Tuus P. epis. Du.

CXXXIX.

ROBERTVS TVRNERVS Richardo Steinhurſtio Hyberno S.P.D.

VIdes me impudentem: nec vllũ obtẽdo huic facto velum, vt non pleno planoq; oculo videas. ſcribo non Atticus ad Ciceronem (iſtud eſſet officij) Sed Turnerus ad Stainburſtum Silenus neſcio quis ex fæce ad illum, quem duæ deæ tinxerũt colore, Iuno ſuauitatis, Minerua eloquen-

eloquentiæ. extitiſti etiã in aures oculosq́; orbis, ea ſpecie, ſeu fœlicitate potius, vt non ſolùm audias Demoſthenes à vetula Athenienſi, ſed ab iis, quibus acuit natura mentem, ars linguam, numereris inter aureolos illos muſæ conditioris & reconditioris partus, incedasq́; cum illis Scaligeris, cum altis, deus bone, quàm altus? næ ego grauiter impudens, qui ad te ſcribo tàm altè poſitum, meq́; miſceo (quod triuit vulgi ſermo) picam luſciniis. tamen feres auem ſtridulam, ſi tu verò luſcinia: & cum ſuauior exquiſitiorq́; muſa humanitatem ſemper habeat comitem, tu primus non eris, cuius laudetur muſa, & aſperitas reprehendatur. Quare ſcribo, ſi impudenter ad magnum, certè liberè ad humanum; precanturq́; meæ tibi literæ pinguem & benè vberem Diæ fortunæ mammam: ſi qua ego has ad te; ea tu eas legas mente. nec quæras qua ſcribo mente, ſed cogita liberam, libentem, inlibatam, & puram fuci, qualem inſtillat ſuis ſuauior hæc & limpidior muſa perpetuo puroq́; riuo fluens ex alto gloriæ monte. Etſi enim huc non ſubierim, vnde tu nos minutulos facilè deſpicis, immò deſpicis, ſto tamen ad imum pedẽ, vosq́; altè poſitos clamo fœlices,

& ſi qua fortè ſtilla decidat, eã arripio, & reliquis meæ dictionis labeculis libenter interſpergo. Quid hac mea diligentia profecerim, eius te volo iudicẽ. mitto enim ad te duo opuſcula, vnũ ficto, alterum meo nomine. improbus? non mitto, vt prober, ſed vt amer, qui conor exire, exire ex ſordibus, & id tantũ habeo cœni, ꝙ Thomas & Scotus, deliciæ meæ inſpergũt vel inuito. hactenꝰ nimis tectè, & quaſi per cuniculos, clariſſimè pronũcio, has à me miſſas ſordes, vt eliciã quas audio apud te delicias eſſe. clamas fortaſſè fœnus. cur quæſo? vbi fœnoris potius nomen, quàm vitium. Audio te habere neſcio qd Campiani, illius, qui ſtilum meum, prius disiectum, & liberè effluentem extra oram artis & rationis, redegit in quadrũ, aut aptius ad normam hanc rectam exegit. hoc ſi mihi communicaris, ſiue epiſtolas, ſiue orationes, ſiue id quicquid eſt, ornaris non me ſolum beneficio, ſed fortaſſè etiam te, certè quidem illum. Nam cum ego coëgerim in iuſtum penè volumen, id quicquid is in Germania, Belgia, Bohemia, commentatus eſt: à te fortaſſè erit, quod ſit huic volumini vel eminentia, vel vmbra, vel alius fortè color ſiue artis ab illo, ſiue amoris à te adpi-

adpictus. Quantum amas ſacram memoriam ſacri illius capitis, tantum tribue his meis precibus, etiam per humanitatem tuam aliquid largire mihi, hoc petenti primum, & ſanè vltimum, ſi hac conditione largiaris. Vale, & hunc Thomam Edoardum notum mibi de meliori nota complectere, qua potes, ſoles, aut (ſi ſic nolis) qua vis beneuolentia.

CXL.

ROBERTVS TVRNERVS
Hyberno N. N.

S. P. D.

TE mortuum? an me contemptum? neutrũ inquis. fac, iſtud intelligam ex tuis literis. Nam cum tu mihi cordi, facilè intelligis, quàm ſincera voluptas cor mibi tentaret intimum, ſi ſcribis, res tibi eo in ſtatu eſſe quem & meus tibi amor precatur, & tua meretur indoles, te mihi hanc voluptatem inuidere & ſilentio velle præcerpere nullus credo; partim, quod mea natura, libera illa, & à fuco fumoque auerſa nihil non dico cuiquam, ſed ne animo quidem meo credit

credit contra amicum, partim quod fucus fumusq́, inuidiæ ſatores vix videbātur poſſe cadere in tuum candorem, ſi tamen fuerit candoris potius expreſſio, quàm ſimulatio. inſanio, qui ſuſpicionem, amoris peſtem, inſpergo his literis, quas vellē loqui ſolum amorem. quanquam ignoſcis amori, ſi amorem noſcis. noſti? me purum putum tunc amicum, ſiue amem purè, ſiue quod amo, ſuſpicione, tanquam labe, inficiam. nam amor verus ſemper eſt idem, purus in impuritate, in inſania prudens. quicquid agit, benè agit, quia liberè. Quare vt verè amem, ſuſpicabor omnia, quoad tu ſcribis, nō eſſe, cur ſuſpicer hilum. cauſaberis fortè Pragam. quam Pragam? otioſam, an negotioſam? ibi ſæda, hìc vana tibi latebra. fingo tibi otium ad mollitiem, negotium ad nauſeam, erit & otio illi condimentum, & negotio alleuiamentum, aliquando diuertere in hunc literarum hortum, ſummorum ingeniorum fontibus ſæpè irrigatum. diuitias, vel delicias non cogito, quarum vel illæ Romanæ, vel hæ Campanæ nunquam tibi pectus ita emaſculent (largire mihi in antiqua re antiquam vocem) vt non memineris mei. ſatis luſi. de rebus tuis doces, an ex-

an expectas, vt doceam? ſilentium ſatis docet, te fælicem. nam infælicitas minimum exprimeret illas voces, ô aut væ. quanquam clarè volo & diſtinctè, quàm ſis fælix, vbi fælix, & quamdiu fælix. vnde fælix, non quæro; ſatis ſuſpicor, ab Illuſtri Kellæo, Muſarum & filio, & patre. tu tacens hactenus loqueris, ego iam loquens tacebo. ita breuis ero. vix tu attigeras Ratisbonam, cum Lichtenauerus, ille Doctor Ingolſtadianus te quærit, monetq; noſtros, apud te eſſe triginta Hungaricos, ab Illuſtri D. Kellæo miſſos, tuis vſibus. iſtud primum. Dein Rodulphus Sothebeus Anglus ex vrbe venit ad me, nuntiatq; à Setgrauio neſcio quid de penſione tibi ſepoſita. elicies de hac re, quicquid eſt ficti, facti, à Setgrauio, inde ex vrbe ſecundum hoc. Vis tertium? Vale & reſcribe, te vt amari, ſic amare.

CXLI.

ROBERTVS TVRNERVS
Conrado Rittershuſio Saxoni
S. P. D.

Modius mihi pinxit tuum candorem, ſi tàm verum, quàm vero orationis colore, næ tu candi-

candidior cygno. nihil ominis in voce. noſti non hoſpes in literis ſæpius colore cygni notari vitam illibatam illam & expertem fuci, quàm cantũ mortem hanc triſtem, proximeque appetẽtem. es tàm verus cygnus quàm verè à Modio pictus, immò politus? amabis profectò me de his literis. nam cur ſcribam nihil cauſæ fuit: niſi vt amem, vt amer. Noli mihi putare amorem, tanquam fœminæ, leuem, fœminæ putas? dicam tibi ſcribo Theologus. putas leuem? nititur tuo candore. tantumne? etiam gente. Intelligo te inde ex Saxonia eſſe. hanc gentem, gentiſque genium non amem Anglus? Nam Angli (ne nos contemnas inſulanos tantùm) riuulus ſumus illius tuæ gentis, quæ & vltima influxit in alueum Eccleſiæ, & prima extra hunc alueum effluxit. non exprobro tibi gentem ciui meo, (ſum enim pars huius gentis, ſiue ad laudem, ſiue ad labem) ſed vt conſideres mecum, quanta gratia, tandem influxiſſe; quanta leuitas, tàm citò effluxiſſe. hoc mihi principium fuit ſermonis, quem quondam habui cum tribus tuis ciuibus benè longum, benè fœlicem (conuerti enim homines, vnum Romæ, alterum Venetiis,

tiis, tertium Ingolſtadij) vt nullus mireris, me nunc tecum ſic ineptire, qui hoc modo toties cum tuis tàm fœliciter ineptiuerim. Veni (mi Conrade) ad me, aut potius ad Modium tuum, veni, ego reliqua quæ huc pertinent, facilè attexuero. ſi me audieris, eris coronæ meæ roſa; ſi non audieris ſpina. Amaui. Vale. Sherbio, medico & philoſopho, ſalutem à me. legi illud eius contra nouos Philoſophaſtros, & probaui. Dic illi à me, non benè conuenire nouæ Theologiæ cum Philoſophia antiqua extra iocum. Amo virum, ciuilem ciuilis: mallem catholicus catholicum.

CXLII.

ROBERTVS TVRNERVS Doctori Gulielmo Bruſio.

HERBIPOLIM.

MElius tu quidem, in re omnium grauiſſima, à tuis pendes, quàm à te. Nullus minus ſuus, quàm in re ſua. Affectus nos abripit, nec ſinit videre, quæ clarè videmus. Iram tu putas in Pompeio labem, in te cotem fortitudinis. Vindicat Antonius. ô monſtrum, in-

inquis, hominis. Tu vindicas, opinione tua, præclarè, & ad honoris neceſſariam rationem. Bene vides te male videre in re tua. propius ad rem noſtram. conſulis me de vxore ducenda. benè, quòd conſulis; malè, quòd me. exemplo loquor, non ducendam vxorem. Tamen quia me habes patris loco, exuã ipſe me, & ſi qd ætate, ſi quid peregrinatiõe, ſi quid lectione, ſi quid vſu hanc partem didicerim, confero in commune, meq; pendo, non momento ſacerdotij, ſed carnis leuitate. Attende: ego deſcendo ad te, vt tu ad me aſcendas. Non petam tamen ex officina eloquentiæ, aut ex penitiori naturæ penu, ſed familiariter loquar, tanquam pater cũ filio. Vis à me, quam ego putem meliorem viam, vxoris, an altaris? Altare opinione altius, re tutius, ſine ſanctius. Deinde vxorem vide mihi ſis fœminam. vidiſti? lynceum ſanè te. Ego nullus video, etſi omnia videam vt videam. video quidem imbellem belluam. quantulum hic video? Ouidius pingit leuem plumam. video etiam leuem, cæcutio tamen hic, cæcutio. Plinius vocat monſtroſam monſtroſam fortè, ſi conferatur cum viro. immò inquit ille, ſi conferatur cum ſue, cum leæna, cum

vrſa,

vrſa, cum lupa, cum alia bellua fœmina. gemmæ iſtæ ſunt, præ vt fœmina, gemmæ puræ, & ne næuulo quidem inſperſæ. Huius comparationis ſordes non volo aut ex ipſa re irrepere in meum calamum, aut ex meo calamo in tuas aures. lege medicos, videntur deſcribere oletum nõ fœminam. At pulchra? gypſum narras, quod tegit ſordẽ; aut, ſi malis ex Diogenis pharetra, purpurã, quæ ſcabiem. Neceſſaria tamen. ô vilem laudem, quæ latrinæ communis cũ fœmina. Hæc vitia naturæ fortaſſe: inſpice morũ vitia, monſtra debui dicere. fidem fœminæ perfidam, grauitatem leuem, conſtantiã inconſtantẽ, inuerſa omnia ſcribunt omnes. Næ is miſeriam vult, qui vxorẽ vult. Obſerua quantus labor! mitte liberam. quanta infamia! At caſta eſt. miraculum dicis, non fœminam. tritũ illud poëtæ, & verum:

Caſta eſt, quam nemo rogauit.

Obiui Galliã, Italiam, Flandriam, Angliã, Germaniam, inueni fortè, quam probarem vt fœminam; quam vt vxorem probarem, inueni neminem. Trahit tamẽ huc multos voluptas. fœdos ſanè hos, qui hauriunt ex voluptatis fæce. Audi, quæſo, noſtræ gentis dictum: Primi

anni noctes, ſunt voluptas; alterius, ſatietas; tertij ſordes, odii plerunque ſeges. Vnius anni voluptate emis tu totius vitæ vel ſatietatem, vel odium, vel miſeriam? Scis tu quidem vitam ſacram tutiorem. ipſam in ſe. ſed non tutiorem tibi tu tuam venam melius tenes, quàm ego, fruſtrà vt me hîc interponam diſceptatorem, conſiliarium tamen. Luſtra ipſe te totum puro oculo, & tenta omni vi & via. Corpus tibi, tanquam equus petulans præſultat? ſubſtrahe auenam deliciarum. exilit extra lineam, gyrumque continentiæ? indue frænum cilicij. Adhinnit ad omnem mulierem? diſciplinæ virga cohibe. faſce verbi inuoluo omnia. Ieiuna, vigila, ora. nihil proficis? adde tum reliquis malis tuis, illud extremum malum, vxorem, caue mihi ſis, hæreticam vxorem, cuiuſcunque rei, cuiuſcunque ſpei. Nube, (vt moneam ſacris verbis) ſed tamen in Domino. Tu te iugas cum hæretica? verè iugum eſt, quod trahetis aduerſis bigis, tu ad Vrbem, illa ad Geneuam; tu ad virtutem; illa ad hypocriſim; tu ad cœlum, illa ad inferos. ridebunt de hac lucta Dæmones, tu crepabis medius. maximè ſi ex illa ſuſcipias infantes. inſtillabit illa illud ſuum vene-

venenum tenellis mentibus cum ipſo lacte, vt qui vxorem duxiſti ad augendam cœli meſſem, debeas perpetuò dolere, & intimis ſenſibus dolere, te domi fouere paleam hæreſeos, id eſt, flammæ infernalis materiem. ſed ipſa ſit mollior, quàm pro hæretico ſpiritu fœmina ſolet, tibiq; liberorum tuorum liberam permittat educationem: Tamen in domo pati eam, cuius mens, ſuperbia; vita, labes; lingua, blaſphemia; religio, fabulæ, quanta crux! in menſa ipſam quotidiè ferre, ferendum putas? Ipſam ſcilicet monebis bis, ter, imò millies: perget tamen blaſphemia perpetua, tanquam aromate conditiori, cibos tuos inſpergere. Næ tu catholicus & robuſti ſtomachi, qui hoc concoquas. Vale.

CXLIII.

ROBERTVS TVRNERVS Hillardo Deuonio, S.P.D.

QVàm bellè? tu quereris, me ad te vnas tantùm, ego modicè fero te ad me nullas hactenus dediſſe. quid? quòd promiſſas? quid? q;

expreſſas? ſcitè meus Seneca, multùm intereſſe, in qua quiſque ſchola ſit natus. nam Stoa contemnit, hortus Epicuri irretit, porticus ferocit, dolium irridet. tua verò ſchola quid? vult ſibi occini Rabbi, cùm malè facit; vult ſibi ignoſci de nullis literis, & mihi inuri infœlicem literam de duabus. dii malè faciant illi ſcholæ, quæ tuum genium, quantum ego videram, leniſſimum, & fictum ad omnem humanitatem, infecit hac ſcabie, dicendi malè, cogitandi malè, faciendi malè. ſiccinè verò? putabam morbum tuæ ſcholæ in receſſu animi tantùm latuiſſe: ſed video peſtem manaſſe ad linguam & calamum, verè peſtem, & quòd latet cum periculo, & quod manat ad contagionem. ſi vis eſſe frater, cur violas? ſi amicus, cur accuſas? ſi hoſtis, cur ſimulas deſiderium mearum literarum? certè id quicquid in tua epiſtola nectis artis, exiit in fraudem: factumq; eſt tua eloquentia, vt, ego quod tu maximè velles, nec peccarim in amicitiam frater, nec hoſtis in charitatem. quippe tàm me duæ ad te literæ purgant vtrinque, quàm tuæ ad me nullæ tenent conſtrictum crimine violatæ, quâ amicitiæ, quâ charitatis. quod faciunt malæ

malæ mulierculæ, vt cuius fraudis ſunt affines, eiuſdem arceſſant alios, id tu fabrè quidem mecum, ſed non fœliciter. nam quàm amo frater fratrem, tàm hoſtis premo hoſtem. ſi officium arguat fratrem, vis hoſtem: ſum tibi par, vt officio bonus bono, ſic vi Deuonius Deuonio. quare mitte mihi ſis illam tuæ epiſtolæ clauſulam: ſi me amici aut fratris loco habes, iam dudum in amicitiæ iura peccaſti, ſin inimici & hoſtis, in charitatem. nam eſt illa, quàm benè texta ad normam artis, tàm malè texta in meum caput, charum certè tibi caput, & dulcieulum: nec ſum tàm delicatus, vt Hyllardum; nec tàm ſuperbus, vt contemnam Anglum. hactenus luſi tuam artem, ſi non arte, ignoſces homini plumbeo, & artis in hac profeſſione contẽptori: nunc irrideo tuarum literarum ſenſa. vis me peccaſſe in charitatem, non illam noſtram, ſed Dei. quam, quæſo, charitatem non Dei? tàm ſunt hæc duo, Deus & charitas arcto inter ſe nexu conſtricta, vt qui aut ponit charitatem, includat Deum: aut tollit Deum, excludat charitatem charitas, non Dei, monſtrum eſt, tui cerebri, non noſtræ ſcholæ. quare noſtra cha-

ritas eſt Dei, & æquè verè noſtra, ac Dei, ſcilicet Dei dantis, noſtra poſſidentis & exerentis in alios. iamdiu contempſi illam ſcholam, quæ vult omni actioni ineſſe labem; ab illis ſum & ero, qui merentur cœlum actione, actione, inquam, quia bona; bona, quia in gratia, in gratia, quia ex charitate; ex charitate, quia à Deo. exquiſitius iſta, quàm pro more Cantabrigenſium. nam ita illi permiſcent omnia, vt ſatis ſe putent altè theologatos (largire mihi hanc vocem) ſi ponant nuda illa verba, Deũ, charitatẽ, Euangelium, Paulum, ſine vero ſenſu Dei, charitatis, Euangelii, Pauli. vult Deus cymbala. ſed benè ſonãtia. in veris verbis, tanquam cymbalis, ſine veris ſenſis eſt neſcio quid creperi, quod offendat cœlum, non Eccleſiam tantùm noſtram, ne huic ſanctitati, ſi ſola ponatur, imprimas vnguem. iam tandem me ſolùm petis. æquius fero, quàm cum Deo aut Eccleſia. nam mallem à ſtirpe interire, quàm Deum vel Eccleſiam in me, aut propter me violari.

RO-

CXLIV.
ROBERTVS TVRNERVS
Nobili Domino Hyllardo Deuonio,
S.P.D.

MIraris fortaſſè, quid cauſæ ſit, cur tertium iam menſem nullas ad te dederim literas, maximè promiſſas à me, & elicitas à te. quid miraris? etſi tuus ſemper eram, vt voluerim; tamen meus ſæpè non fui, vt potuerim ſcribere. obſederunt enim me quâ curæ, quâ negotia, tàm multa, tàm magna: vt ſi voluerim, cogitationem negotium; ſi poſuerim, negotium cura ſemper excluſerit. noſti pro vſu, quem in rebus humanis habes, principia omnium actionum quàm ſint varijs difficultatibus interſepta; & ipſum otium in prima aggreſſione quantum ſit negotium. non noſti? ex me diſce, in primo aut negotio ita multum eſſe negotii, aut otio ita nihil eſſe otii: vt in principio qui poteſt vti aut negotio ad bonũ, aut otio ſine malo, is numerũ putetur egregiè expleſſe. quare ex meo ſilentio nolim putes factam eſſe in-

termiſſionem voluntatis, ſed officij, quanquam ne officij quidem, ſed ſermonis; & tàm inuitè factam: vt hoc tempore, etſi omnia fuerim non meus, tamen nullam partem videar mihi magis non meus, quàm quòd ex literarum intermiſſione videar fortaſſè tibi non tuus. hoc certè ſi ſit, nihil ægriùs in rebus aut fero, aut feram. ſum quidem non tuus communione Eccleſiæ. quid tum? ſum tamen tuus communione Deuoniæ & prouinciæ; communione Academiæ, communione penè dixeram genij & ingenij: & tàm ſincerè tuus, quàm Euangelium, Chriſtus, Roma patitur. nunquam etiam erit, mi Hillarde, vt appellemus inter nos, ego te meum, tu me tuum Eccleſiæ communione? erit certè, ſi benè norim ſuauitatem naturæ, & candorem ingenij tui, quæ, ſi redeas nobiſcum in orbem, ita ceperunt; ſi non redeas, ita deceperunt, vt ſperem ſanè de te, quod de filio prodigo optimus pater. ſi ſpes mihi exeat in rem, veniam tibi obuiam, excipiam oſculo, poculo, muſica, vitulo, tàm lautè, tàm lætè, vt reliqui filij frugi habituri ſint, cur querantur delinitos filios deſertores, & quaſi deſertos

filios

ſilios amatores. hanc lætitiæ & triumphi diẽ ſpero breui futuram. nam tuum nec palatum ruditatem, nec ingenium venenum ſiliquæ Geneuenſis diuferet. porcis hæc, & filiis prodigis, qui dotes dei & naturæ in meretriciis hæreſeos deliciis conſumunt: tu (mi Hyllarde) nobiſcũ redi in domum patris tui; vbi poculum gratiæ, oſculum pacis, muſica bonæ actionis, & vitulus Chriſtus ſcilicet ipſe, ſaginatus à Roma, ſaginatus tibi, ſaginatus benè. quomodo benè? præſcriptione antiquitatis, præſcriptione traditionis, ſenſu eccleſiæ, conſenſu orbis. apud tuos verò quid antiquitatis? à Luthero ad tuam ætatem. quid traditionis? fundamentum illis, nullam eſſe. quid eccleſiæ? timent hoc nomen & numen. quid orbis? in Anglia peßima pars, in Germania minima, in Gallia ſeditioſiſſima, in omnibus locis indoctiſſima. & tota hæc fæx quantula portiuncula præ noſtro orbe? de præſcriptione veſtrorum nihil cogita, heri naſcebantur; de præceptione nihil, hodie moriuntur; de ſenſu nihil, ſemper inſaniunt; de conſenſu nihil, vbiq; pugnant. prima membra taceo, defixa ſanè in tuis oculis, vrgeo cõſenſum tuorum. oculum paulisper abduc à ſcandalo Anglicano,

pugna ſcilicet Puritanorum cum Proteſtantibus, & traduc in Auguſtam, irridet Noribergenſis Eccleſiæ imitationem papiſticam; in Norimbergam, Auguſtanos condemnat fraudis Illyricæ; in Argentinam, miſcet Lutherum cum Caluino, & quaſi temperat; in VVirtembergam, colit Lutherum ſolum; in Baſileã colit Lutherum cũ Oecolampadio; in Lypſiam, tàm loquitur Lutherum, quàm Philippus dicit. Caluinizant Geneua purè Tyguris non purè. concedas animo in Poloniam. omnem potius tuetur, quàm vnam religionem. Hollandia forte vicina noſtra conſtantior. quid conſtantior? ventulos ſequitur vt regum, ſic religionum? nitidior certè. nitidior? ex vicinia Angliæ noſtræ didicit litare potius Priapo, quàm Chriſto, & hoc quicquid eſt turpitudinis promiſcuæ, amoris charitatiſque ſocietate & familia velare. iure certè irrident Franciſcanorum, Dominicanorum, Ieſuitarum, Capucinorum, aliarũq; noſtrarũ religionũ auſteritatem, ordinem, caſtitatem, qui promiſcua ſe & perpetua contaminare venere, iſtud demum putant, colere Chriſtum. nimis minutus ſum,

compre

comprehenſè vniuerſim dico. ſi tres ciuitates latè per orbem oſtenderis vnius religionis, extra noſtram, nunquam certè poſthac te vocabo ad conſenſum orbis. quod ſi non poßis; quid hæres inter hos fædos, hos indoctos, hos paucos, paucos inquam & paulò poſt futuros nullos? ſiquidem quod de Britannis Cæſar, id de iſtis verè vſurpatur, dum ſinguli pugnant, omnes perire. iſtud fore, ratio dictat, ſi vſus non confirmaſſet Cæſaris dictum, aut ſi Chriſtus non dixiſſet, omne regnum in ſe diuiſum. ſunt hæc quidem tritißima, ſed non inhærent tibi, niſi facta tritiora, mea inculcatione. idem verbum, facit Deus, vt ſit ſemen ad ſalutis meſſem Petro, ſi iaciat ancilla; Paulo, ſi ſpargat Stephanus. Quod ſi ego tibi ſparſero fructuoſe huius communis verbi ſemen, erit ſane, cur gaudio triumphem. Verùm ſi quæras exquiſitiora illa petita ex media ſchola, pone duo aut tria, de quibus maximè dubitas, ego niſi tibi cumulatè ſatisfecero, nulla vnquam voce impediam, quò minus in Caluini cœno & hæreas perpetuò & pereas. redi ergò (mi Hyllarde) in gratiam

cum

cum Deo. at redij, inquis. cur ergò non oſtendis te ſacerdoti? cur nō lauas in natatoria Siloe? certè ſi abires, & lauares, (vt inquit Iohannes) venires videns, Angliam fore eſcam tibi ad peccatum, ad ruinam, ad mortem. at velles videre modò & contemnere. hem, vide ſis, quid agas. ſi reſpicias tantùm ad Sodoma tanquam vxor Loth, vereor vt verſus in lapidem, aut certè quaſi verſus, perpetua cordis duritie pœnam deo dependas grauiſſimam. qui contemnunt occaſiones bonas, intercipiuntur & decipiuntur in occaſionibus malis. at ſi deus non eſſet & anima, Angliam tamen ſi cogites ſeriò, nunquam ingredereris huius viæ aleam. nam cœlum odit, & terra perſequitur id quicquid eſt nominis Anglicani. Hic adhibe iudicium non Caluini, ſed naturæ: vt cogites, non cuius religionis, ſed cuius gentis ſit. eſt Romanè Catholicus, & extra religionem tanta morum ſuauitate, vt ſis eum amaturus, contra Caluini præſcriptionem. aliquid adde amoris, mea cauſa Vale.

CXLV.

ROBERTVS TVRNERVS Iohanni Reginaldo Deuonio S.P.D.

ROMAM.

QVàm vehementer dolebam, Deuoniam noſtram eſſe circumſeptam nube Caluiniana, idq; totam, idq; intimè, vix vt ſit angulus luci, ſparſæ à vobis, qui in Angliam intendiſtis aciem; tàm certè intimis ſenſibus gaudebam, eſſe te eiuſdem Deuoniæ aureolum partum, qui hanc nubem genti noſtræ virtute & doctrina, aliquando diſpellas. eſt nubes non ſparſa tenuiter per extremas oras, ſed benè denſa, quantum audio. quid tum? quemadmodum nubem ſpiſſiſſimam, & aëri penitiſſimè implicitam vis ſolis ſe inſinuans tandem ſoluit; ſic tuus Zelus verus certè ſol, hanc hæreſeos, tanquam nubis, denſitatem miſeris mentibus offuſam facilè aperiet, & penitus tandem diſſipabit. hoc tu pugnas, & certè debes pugnare eò conſtantius, quo maior tibi vis ſubmiſſa è cœlo, ſiue ſcribas tuam, ſiue refutes alienā notionem. etiam non ſunt animi ex Hardingis, Furdis,

Mai-

Mainis noſtris? certè quidem debent eſſe. nam Hardingus labores ſuos, Furdus & Mainus ſuos laqueos & cultellos oſtendunt & oſtentant cœlo, vt illorum ſubſidio & interuentu, & digitis tuis vim adſcribendum, & menti lucem impetret ad commentandum à Deo noſtro, ad multorum fructum, ſpeciatim Deuoniorum. ſunt fines actiuitatis (vt ſcholæ vſurpẽ tritam claráq; vocẽ) omnibus ſanctis, Petro, Roma; Iacobo, Galetia, Agathæ Sicilia, Franciſco Aſſiſium, Aquinati Tholoſa, aliis alii. hos fines pegit Deus (quantum ſpero) Furdis, Mainis, Hardingis Deuoniam noſtram per te ⁀. hæc ſpes facit, te incitem ad ornandam prouinciam. nam cum ſingulis Chriſtianis oculus debeat eſſe in omnes partes; tùm acrior ſemper in prouincias vnde oriundi; niſi malè Chriſtus Iudæam ſuam & ſolam penè impreſſit veſtigiis, & primùs omninò imbuit præceptione. quod ſi iiſdem rationibus me voces in ſocietatẽ laboris & præmij, narro tibi diſparẽ rationẽ, fluentẽ ſanè ex infirmitate mea. cogito ſæpè Deuoniũ, & quia debeo Anglus, & quia vellẽ meã Chriſti exemplo: verũ quoties cogito, toties horreo culeos illos, & cruces, idq; tã vehementer, vt ſomniãs ſæpè

pè fleā cū Petro, me defeciſſe à fide. quid putas me futurum vigilante, & vidente, ſi defecero dormiens & ſomnians, imaginibus tantùm territus? quemadmodum ego malo, & debeo malle mirari tuam conſtantiam, quàm prodere meam infirmitatem: ſic tu vis, & debes certè velle potius ſolus vrgere tuam prouinciam, quàm admittere me ad ſocietatem cum aperto periculo. perge igitur cum Diuis ſine me, & gaude in ſinu, eum tibi conſtantiæ motum iniectum è cœlo, qui mereatur etiā excitari à mea infirmitate. reliqua pro Anglia extra Angliam conor omnia, vigilo, ieiuno, oro, fleo, ſed nulli vſui, peccator & infirmus. liberius hæc forſan, quàm deberem ignotus. quomodo ignotus? ſatis noti inter ſe Egeſippus & Anagoras, quòd Philoſophi arctior inter nos communio Deuoniæ, Theologiæ, religionis exilij, arctior & ſanctior. ex qua certè tantam capio animo voluptatem, vt putem me teneri culpa violatæ patriæ (ne reprehendas ignotum) ſi te non gratuler Deuoniæ meæ. quare cùm debeam eſſe aliquando moleſtus alicui ex ſancta veſtra ſocietate, nec alteri velim libentius eſſe, quàm tibi, Deuonius Deuonio; erit charitatis,

charitatis, non tàm reprehendere ignotum, quàm complecti liberum, niſi fortè ſit tuorum animorum, contemnere Turneros. non contemnis? fac ſis tua mens appareat in re, quam peto à te vehementer. venit Ingolſtadium ad me tabellarius iſte, nulla commendatione niſi frontis, patriæ, verbi ſui. rogo quid velit? fidem excipit, & manum præſenti miſeriæ, natum ſe & educatum in ſchola Caluini, verſatum eſſe cum Catholicis, probare horum vitam, quorum probaret vitam, eorum velle ſequi religionem, ſi imbueretur, implorare meā fidem. quid agerem? amo Anglum, laudo candidum. & quòd amo, & quòd laudo, vellet manere apud me. de hac mente amo magis, laudo magis. verùm ſunt difficultates. primum ſum impeditiſſimus à negotiis, vix vt ſit ſpatium conueniendi, nedum imbuendi hominem. Deinde cognoui, quantum faciat ad fidem vel confirmandam, vel conformandam ſanctæ ſocietatis ſanctum exemplum. Quare ſuadeo, & perſuadeo, vt veniat ad vos. rogo, eum ſiſtas Doctori Alano, parenti pauperum, & commendes, quantum potes iuuenem ſpei. nam etſi eum neque næuo quidē aut crepūdiis cognouerim, tamen,

vt me

vt me indicem, candor in verbo & fronte eniteſcens facit, vt putem omni integumento ſimulationis euolutum. hanc ſpem amabis? eſt ſuauitatis. excitabis? eſt charitatis. mea cauſa ſi quid ſit acceſſionis, inuenies certè hominem, ſi quando opella mea poſſit eſſe vſui. Vale, & me ama. Dominis Baleo & VVebbo ſummam reuerentiam, Dominis Geffordis, ocellis meis multam ſalutem. verbo, quicunq; apud vos ſunt, noti, ignoti, ſaluebunt à me plurimum. Ingolſtadij 27. Martii 1585.

CXLVI.
ROBERTVS TVRNERVS
Illuſtriſſimo Gulielmo Alano
S.P.D.

ROMAM.

Diſtricti ſumus à negotiis vterq;, vt poſſimus nec ego ſcribendis, nec tu legendis multis eripere tempus. verùm cùm tu id quicquid eſt temporis, figas in actionibus charitatis & Dei, ſi breuis ſum, cogita me non tã mei negotij, quã tuæ charitatis habere rationẽ. qd teneo te

ſ meis

meis verbis? omnia dico, ſi id vnum dico, hunc tabellarium abdere ſe in tuæ charitatis quendã quaſi ſinum? eſt Anglus, hæſit in Caluini luto, vellet imbui puritate fidei, narrat bonam mentem, ſi porrexeris non dico Anglo (Angli enim notio nimis communis nihil habet hic loci) ſed hærenti manum, imbuendo conſilium, narranti fidem; vno beneficio, me, illum, & (ex illo ſi quid vnquam frugis) eccleſiam complecteris. ineptè, qui adhibeo rationẽ aut orationẽ tuæ menti expugnandæ. nam mẽs tibi eo ſpiritu eſt inſtincta è cœlo, tantum vt quærat ſegetẽ & materiem charitatis exerẽdæ. eccam vberem, pulchram. Vale. totam rem fuſius ſum perſecutus Domino Reginaldo.

CXLVII.

ROBERTVS TVRNERVS admodum Reuerendo & Doctiſſimo Domino Vdalrico Raslero S.P.D.

Vix impetro à mea fronte, vt ſcribam vel ignotus ad ignotũ, vel in re aliena. Quanquam nec tu es ignotus (cuius mihi virtus toties

ties aure, toties ſermone vſurpata) nec res eſt omnino aliena, ſcilicet illius, qui eſt tibi eadem fidei, & Chriſti communione deuinctus. Quare quod ſcribo, audacter ſcribo, vt ad notum; & ſpero fructuosè, vt in re proximi. Quodſi quanta eſt audacia in re oranda, tantus futurus ſit fructus de re exoranda, erit hic, quem miſerum mitto ad Reuerendiſſimum & Illuſtriſſimum Principem tuum, felix, inde à tuo verbo, hinc à meo calamo. fac, deus, ſemel vt miſerum faciam fœlicem, & Vdalrico inſtilla è cœlo, vt in hanc laudis partem mecum veniat. quid tandem rei? iſte, quem vides, inde ex vrbe mihi commendatus eſt de meliori nota, vt curem ei ab aliquo magno hic viro, quantum ſatis eſt vitæ Ingolſtadij hac hyeme tolerandæ. cogitauit Rhemos in Galliam. Quàm ſtulta cogitatio? hoc motu animorum? hoc armorum fremitu? aditu vndique à Marte, immò à morte interſepto? mea tenuitas non poteſt, quantum petit. Quare cogor ad Illuſtriſſimum tuum etiam meum, confugere, vt aliquid ex illa ſua munifica natura promat ad huius hyemis imminentis, immò prementis victum cul-

ſ a tumq;

tumq; hîc tuam manum, linguam, mentẽ requiro, illius cauſa. non noſti hominem? ſaltem mea cauſa. non ego dignus? certè tùm quidem Chriſti cauſa. nam Chriſtus in eo vt premitur, ſic ſubleuabitur. Noli eum metiri veſte. veſtis eſt exulis miſera. ſpecta mentem. quàm venuſtam, & omni virtutis colore pictam? ſtuduit Philoſophiæ, Theologiæ, & his literis, quæ illa condiunt. tantumnè? vide reliquas eius virtutes, quas ſigillatim poſui in teſtimonio, quod ipſe à me tibi obferet. per amorem illum, quem ſapè in me prætuliſti magnum, fac vt iſte intelligat Germaniam poſſe amare virtutem, etiam in peregrina & attrita veſte. Non ita pridem edidi orationem funebrem in morte illius Principis, quem habuit orbis ſanctiſſimum. eius tria exemplaria mitto ad Illuſtriſſimum Principem tuum (quæ obferes meo nomine cum oſculo manuum) alterum pro te, alterum ad Lumpium amicum. cui meo nomine fac commendes huius cauſam. tibi quicquid ſcribo, illi etiam lectum, ſcriptum volo.

RO-

CXLVIII.

ROBERTVS TVRNERVS Hieronymo Belgæ, S.P.D.

INGOLSTADIVM.

QVod promiſi, mitto ſubſidium illi N. ad iter. ſubſidium dico, nã mun⁹ aut mitti aliquod non ſinit mea tenuitas; aut dici hoc, non fert ipſa res. ſatis mihi prompſiſſe ex penu tenuicula ſubſidium, ſi metiaris ex re, tenue; ſi ex animo, grande, planè, quale raphanus illius ruſtici notiſſimi. ſpero etiam N. fore mihi inſtar Alexandri magni, qui verius magnus, quòd paruum munus magno animo æſtimarit, quàm quòd orbem vicerit. Vt hoc ſperem, facit nomen Alexandri, & illi Ethnico, & huic Chriſtiano commune. Tres ſunt floreni. contemnit ille? meminerit ſe Alexandrum eſſe, foreque contra maieſtatem nominis, contemnere parua. pergit contemnere? antiquum obtinet, planeque non eſt, quem tu mihi pinxiſti, mutatus. Neq; tamen culpa tua, quòd eum ſic pinxiſti, ſed illius, qui, tanquam aſper rigi-

duſq; aſſer, bonum colorem non patitur ſibi ad-
hærere. Quod ſi naturæ illius rigor eſt aduerſi-
tatis & boni conſilij quibusdam quaſi dolabris,
verè planatus, accipiet magno animo hoc parũ:
ſi non eſt, hoc parum eſt nimis illi magnum.
Imò ſimpliciter eſt magnum, ſiue vt à me, ſiue
vt erga illum. ſpecta illud à me. Non eſt meæ
facultatis, petentibus omnibus ſeponere tres
florenos. At Anglus eſt. quid tum? pecunia mea
eſt Germanica, ad iuſtitiæ ſanè libellam debita
Germanis, & is omnibus Anglis inculcat, me
eſſe Germanizatum, fruſtra vt petat ex Angli
nomine ſubſidium. Deinde non ille ſolus eſt An-
glus, & mens mea (liberè loquor) pronior in ali-
os. magnum etiam dices, ſi ſpectes hoc quicquid
eſt pecuniolæ, vt erga illũ, planè qui ſe profite-
tur hoſtẽ. non repeto antiqua, nouũ eſt, & ante
non multos dies factũ, quòd literis ad quendam
illã malus pictor adſuderat lituram, Turnerus
humanitatis & fidei expers. Deus det homini,
benè agere; mihi, benè pati; vtriq; benè mori.
ſtatui quidem illi aliquanto plus dare, ſed ro-
ganti. ſi animus illi tam magnus, non velle ro-
gare: mihi certè tàm magnus, non velle dare.
Nullam, cũ hic tecum eſſet, miſit voculã teſtem

ſua

ſuæ aut neceſsitatis, aut in me charitatis: tantum diſcedẽs petiuit vultu non vero & duobus verbis frigidè viaticum. duo verba chara ſunt, ſi emãt, auferant ſingula ſingulos florenos, tertium tamen addo, appendicem meæ in illũ charitatis. ſi plus amaſſet, plus accepiſſet. amo, & cupio amari, maximè, cum, quos amo, eos ſincerè amem, verbo, vultu, facto. ſtultitiã dixeris. ita homo ſum, nec alius aut volo, aut poſsũ eſſe. Ad te iſta non pertinent. certè pertinent. Nam amo te de tua probitate, & charitate in hũc meum ciuẽ, vtinam poſſem dicere amicũ, promittoq; illius cauſa (tanti eſt mihi, illum eſſe Catholicum Anglum) me tibi repoſiturum, quicquid in eum poſuiſti officij & beneficij, pro mea facultatula. interea temporis rogabo Deum, vt illa tuæ charitatis flamma nunquam incurrat in materiem viridem & humidam, ex qua potius fumus, quàm verus ignis. Pro amore in te meo id volo præmii, amari. Vale, & Doctorem Henricum Caniſium à me ſaluta. quem pro meritis ſuis doctrinæ ſummæ & virtutis ſummæ vellem eſſe illum qui eſt, ſummum Eyſtadij.

CXLIX.
ROBERTVS TVRNERVS Beurero, S.P.D.

FRIBVRGVM.

Salue, mi Beurere, ab illa parte cordis, quæ ſacra fidei, ſacra amori. quod ſi antiquitas, tàm bona magiſtra linguæ, quàm mala diſcipula ſuperſtitionis, corde fabrè ſecto (ſi tamen cor poßit ſecari) vnam modò partem ſepoſuiſſet literis & literatis, tu & literarum aureolus alũnus, & literatorum magnus antiſtes, eſſes certè in hac parte primus. verùm quia debemus nos, quos Chriſtus imbuit, excoli non ad ſuperſtitionis normã; quã partẽ cordis tribuit ſuperſtitio fidei, eam nos relinquamus literis. nã fides & literæ, ſi non Diæ ſorores, certè Diæ agnatæ. quid? ne agnatas quidem vis? profectò comites perpetuæ. nam monſtrum eſt, quiſquis eſt cult⁹ à literis, & à fide incult⁹. tu ergo in literis prim⁹, in fide prim⁹: quidni etiã ſis in hac cordis parte primus? heus, à te etiam vicißim peto à te vices amoris. quid peto vices amoris? prætuliſti mihi hanc faculã, cùm proximè ad me ſcriberes.

huius

huius faculæ vnam ſcintillam vellem non obſcurè elucere. Doctori Frederico, hominum optimo, doctiſsimo, fidiſsimo, cordi, inquam, meo. is Ingolſtadio ad vos venit, vt viuat, & moriatur. huic ſi tua opera poßit eſſe vſui, ei eam niſi cumulatè præferas, non offeras tantum, dicam profectò literas à fide poſſe ſeparari.

Libri authorem quem petis, eccum me. vnum exemplar iam mitto. aliud quod petis, de ſtudiis literarum formandis apud me iam non eſt promptum. prima occaſione mittam ad te. Interea Vale, & me in Frederico ama.

CL.

ROBERTVS TVRNERVS Doctori Gualtero Gvvinno S.P.D.

IO triumphe, viuit Gvvinnus: Iò, iò, viuit & non contemnit Turnerum. ſic oportuit eſſe. Nam ego amo. huic tu amori ſi repoſuiſſes contemptionem aut odium, iure exclamaſſem, Væ capiti infauſto, quòd ſemper fruſtra amat. ſed va, vale: iubi, iubi, Iò. Non amat ſolùm

Gvinnus, ſed elicit etiam in campum literarũ. Egone detrectem hunc campum? campũ amoris? campum ingenii? campum gloriæ? ſi vis ioco, ego ex Ariſtippo; ſi ſeriò congredi, petam ex Ariſtotele arma. Quanquã fruſtrà mihi Ariſtippus, fruſtrà Ariſtoteles in hoc ſtadio erit. Amor, amor ſuppeditabit huc omnia, quibus tecum certem, ſed certem tantùm. Nã vincere, vinci, voces ſunt honoris, non amorũ. Honor locum ſibi ſi prenſet in amore, non ſolùm ſuperbus, ſed impius etiam ſit. Amor & honor certant diuerſa certamina: hic, vt ſit ſuperior; ille, vt æqualis. Quàm ſuaue certamen amoris? Congredere, mi Gvvinne. Theſeus inueniſti tuum Patroclum. ſatis deliciarum. Seriò iam lætor, placere te domino, dominum tibi. Fac, vt ſemper placeas, virtute, officio. Te tamen habes poſt alios? Cogita, cogita finem tuum, literas, & Deum per literas. Aula, via eſt hîc hæres? Tibi via non iam eſt, ſed ſcopulus. bonum factum, quòd domini tui filium imbuis politiori literatura religiõis, hîc velim potiores tibi partes haberi.

Innuiſti de Beruitio. tene te. Noui illum bonum. tu ponis mihi veſtigium in aula? infœlix veſti-

veſtigium. exibis, niſi ſis miraculum hominis, alio vitæ morumq́ colore. Non te tango, ſed omnes heus, omnes tamen, propter te. Caue, caue tibi picem, & qui reprehendis alios, ne fias alius. De Berutio plane ſtatuo illum mihi amicum. amicum meum offendis? vno verbo, non peccaſſe videtur de Hungaricis illis. miſit, expectat, vt remittantur. hactenus expecta tu: neq; te miſce turbis, rixis. piſcem te volo in aula. noſti naturam piſcis. nec inficit, nec inficitur ſcabie. Dedi etiam literas tibi ad Haberſtockium quis hic homo? integellus? an adſtrictu aulæ, tanquam picis, alius?

Southbeum hunc ſi non noſti, noſce à me, bonum virum, & mihi probatum, vſu aliquot ſeptimanarũ. hominis cauſa, ſi quid poſſis, facies id libenter, & quòd ſic ſoles, & quòd ille mihi probatus. Non vtar hîc multis. tantũ fac, homo intelligat me à te amari, & illum in me.

Stanburſtus ad me reſcripſit. quid verò? mel merum. Amat, laudat, offert ſe, offert ſua, nihil non agit, vt ſuæ ſuauitatis mihi explicet diuitias. etiam communicauit aliquot Campiani epiſtolas. hîc te volo mihi virum. ſi quid Campiani ſcriptum poſ-

ſis

ſis emere, expilare, dono accipere, orationes, dialogos, poëmata, horum tu mihi copiam. ſi redimas pecunia ſiue ſcripta illius, ſiue laborem ſcribentium, illa tibi repræſentabitur à me, bona fide. librorum Anglicorum nihil? vide impudenter mendicum, ſed apud Gvvinnum tantum. Saluta mihi tuum dominum, quàm potes officioſiſſimè. Eyſtadij. 18. Maij, Anno 1591.

CLI.

ROBERTVS TVRNERVS Reuerendo Euchario Sanghio S. P. D.

VIde quanto ſis in ſcribendo potẽtior, quàm ego. literæ te meæ exhilararunt tantum, tuæ me mihi abſtulerunt. quî verò me mihi? apud me non ſum præ gaudio, qui te habeo verè amicum. Nam qui eſt amicus ad tuam hanc normam, verè amat. Bene ille, qui dixit, cæcè videre, & verè amare eſſe eadem; quaſi qui verè amat, is inflexè ſemper videat & non recto oculo eum, quem amat. Iupiter in cornibus vaccæ, Alphonſus ille, qui Indias noſtro tempore

pore primus aperuit, in ſua Iſabellæ gibbo, & multi alii (in re nota non noto) qui in vultu extremè fœdo inuenerunt, quod extremè amarent. ſic tu (patere te venire in numerum Ionis & Alphonſi) in mearum literarum verbis, ſententiis, apicibus inueniſti quod placet. benè habet. etſi mihi tanti non ſit, amari, vt huius rei cauſa cupiam eſſe Ioui vacca, tamen næuos quoſdam non deprecor valde à me, ſi fortè hi naui poßint te, tanquam alterum Alphonſum habere amatorem. Quare in tuo iudicio non vero amo amorem tuum verum. Nullus hic mirare. hic vltra quod requiras non eſt. vltra metam quid potes? certè attigimus metam, quæ & amoris extrema, qui inuenimus, ego in tui iudicij, tu in mei calami errore, quod amemus. Caue ſis pergas. pergis? Obe, vt meo magno bono, ſic tuo magno malo. nam vltra hoc ſi ponamus veſtigium, eximus in illud Platonis miraculum, vt fiamus duo vnus, ſed tu in me peior, quàm ipſe in te; ego in te melior, quàm ipſe in me. ſiquidem amor quadam ſiue arte, ſiue vi, huic amico ſemper præcerpit perfectiori, quo illum perpoliat imperfectiorem. Dico multa, ſed vnum hoc volo, me amari: tu profectò

fectò amaris, quia amas, & quo amas modo, eò à me amaberis, priſcè ſemper & ſine fuco. Bruſium meũ quod ſic amas; me magis facis tuum, ſi tamen poßim fieri magis tuus, totus antea tuus. id tamen rogo, vt quem in me præfers amorem, eius aliquam partem deriues in hunc Bruſium, quem amaui puerum, vt filium; virum vt fratrem. maximè ſi exeat extra alueum aliquandò (ſolent enim vt magna flumina, ſic ingenia magna exundare) reducas, quæſo, hominẽ intra oram officij & rationis. ſpero illi magna, & cur ſperem, eſt ex genere: ſi tamen hanc ſpem non excludat hæreſis, quæ ſerpit alibi, apud nos graſſatur. Modio ſpero à te omnia, eo vberius, quo ego hominem vberius amo. dedi tabellario ad eum literas. is tacet. quid? mutus? an mortuus? Vale.

CLII.

ROBERTVS TVRNERVS Ioanni Zangio S.P.D.

HERBIPOLIM.

COmmunio illa, quæ inter nos intercedit ſchola diſciplinaq; arctiſſima, potuit meas

ad te

ad te literas anteà elicere. quid potuit? immò debuit. Nam, vt tricæ ſint & Apinæ, ſalutare, ſalutari, verbaq; reponere verbis, tamen charitatem tibi impertire meam, mihi exigere tuam, illa noſtra Collegij Germanici communis educatio ſanè poſtulabat. ſed appelletur hæc (ſi velis) noſtri amoris intermiſſio, non interruptio. ego de me profiteor, nihil in rebus poſſe accidere mihi grauius. quàm interrumpi, mediumq; intercidi illud amoris filum, quod nexuerunt Roma, ſchola, & diſciplina communis, ex eiuſdem ſocietatis ore cordeq; hauſta. Quare vt tibi, mihi muniam iam viam ad amorem non nouum ingenerandum, ſed repetendum antiquum, do Modio has ad te. Neq; hæc ſola cauſa ſcribendi ad te. Alia, alia eſt, vt Modio, ſi obtinuit tuear; ſi non obtinuit, conciliem tuam gratiam. rem poſtulo dignam te, amare; dignam doctò, amare doctum; dignam Catholico, amare Catholici ſeminis primum germen, efflorescens iam ad cœlum. Aliquid etiam ſi illi tribuas, tã quam commendato à me, efficies, vt ego in reliqua vita te agnoſcam ſeriò ſincereq; amicum. Vale, & me ama.

RO-

CLIII.

ROBERTVS TVRNERVS Vito Crepſero Cancellario Herbipolenſi S.P.D.

HERBIPOLIM.

LEgit mihi N. eam literarum tuarum partē, quæ de me erat. Erubui, vel quòd de te magno ſcripſiſti tàm modeſtè; vel de me paruo tàm immodicè. Amaui tamen hãc ſuauitatem. nihil certè erat, cur excuſares nullas ad me literas. meæ enim nec frontis, nec modeſtiæ eſt, exigere à te literas, qui totus in rep. & magnis illis Eccleſiæ ſtantis, cadentis negotiis. peccas, planè peccas, ſi literis ad me ſcribendis tantulum ſubtrahas. Satis meo honori, ſatis voluntati, ſatis voluptati, ſi legeris meas litems, & tanquam importunas non contempſeris.

Vale.

RO-

CLIV.

ROBERTVS TVRNERVS Vito Crepſero Cancellario Herbipolenſi,

S. P. D.

ECcas à Turnero literas, ſi moleſtas fortè, quòd à Turnero, gratas tamen, quòd de Modio. fuit is apud me aliquot ſeptimanis, & ita fuit, vt videar nouiſſe hominem, non crepundiis, & næuo, ſed toto animo, bonum, modeſtum, catholicum. literatorem non laudo. cui fini? laudatum, ipſum à te; & orbi notum libris, notum tantùm? tenuiter iſtud, & infra hominem. Clarum volui dicere, clarum; & inter conditioris literaturæ primos, non vltimum. Hic ſuas fortunas tuæ commendat fidei, & per me commendat: non quòd ego apud te aliquis, ſed quòd pro ſuo in me amore voluit eſſe notum, ſe mihi eſſe notum. Tamen ſi quid tu putes vnquam dandum aut tuo in me amori, aut meæ in te obſeruantiæ: rogo quàm poſſum vehementiſſimè, id non exeras tantùm, ſed conſumas totum in hunc Modium.

Nulla ratio eſt, cur tu me ames: niſi illa fortè ſit, quod tuam virtutem doctrinamq́ue inſignem, multis iam annis meo incluſam animo, ſermone, omnibus; literis, tibi ter anteà teſtatus ſum, & nunc, quaſi ſecurus de tuo in me amore, auſim petere, te infra te ſubmittas, tribuasque Modio, non quantum tu ſtatuis, ſed ego quantum peto. Sed quia is confirmat ſe receptum in Reuerendiſſimi Principis veſtri Clientelam, quaſi quandam vlnam, non peto, vt hæc eum vlna aut arctiſſimè aut laxiſſimè complectatur (illa permitto illius iudicio) ſed vt citiſſimè. Nam itineris, quod ingreſſus eſt, curſum interſepſit Italia afflicta, aut verius fides eorum, quibus nauabat operam, violata intercidit. Quare totus vult eſſe Principis veſtri. Multa ſunt Principis veſtri laudes: quam verò maximam? ambiri, amari, laudari à literatis; quorum omnium ſenſus & conſenſus eſt, eum tantùm cōferre in literatos & bonos, quãtum quidam in moriones, & fungos hominum. Si hæc mens Principi in omnes literatos, a cui certe debet in Modium, qui è Lutheri & Caluini naufragio non ita pridem enatauit in

Eccle-

Eccleſiæ Romanæ portum. Non amplius ago Modij cauſam. potius meam, qui pecco, ſiue agam alterius cauſam, ſiue tàm prolixè agam. ſed tu ignoſce charitati, quæ è mea in literas & literatos ſumma, vix poteſt rationis ora ſepiri & includi.

CLV.

ROBERTVS TVRNERVS Nicolao Fitzherberto, literis ac nobilitate inſigni S.P.D.

DVACVM.

QVod pleriq; (mi Nicolae) vel timore impulſi, vel vtilitate illecti conſequũtur, vt nobilitatem reuerentia quadam colant; id natura mihi impreßiſſe videtur. ſiquidem cum lacte matris hanc ego ſuxi opinionem, eſſe in ipſa nobilitate magnificũ quid ac neruoſũ, quo reip. vis cõtinetur. ad quod reliq; penè omnes, quorũ mẽtes doctrina paulò recõditior non tinxit, ſuauitate impellũtur, vt eruditionẽ ſummo honore afficiant; id mihi eruditionis præſtantia, nullis certi boni cancellis definita, penitus inſculpſit.

ſiquidem hanc ego cum Muſarum lacte ſententiam imbibi, eſſe in ipſa eruditione egregium quid atq; diuinum, quo homines ad amorem ſui allectentur, quod in multis ſæpè, ac in te (Nicolae) inprimis ſenſi eſſe veriſsimum, in cuius ſocietatem poſtquam me penit° immerſeram, gaudebã herculè, ſeu potius effuſa quadam lætitia impotenter (quæ eſt animi mei intemperantia) exultabã, fuiſſe mihi vſum cũ Fitzherberto, in quo non modò amicũ diligerẽ, & pium mirarer, & candidum adamarem, ſed etiam nobilẽ obſeruantia quadã colerem, & eruditũ honore debito proſequerer. videorne tibi aures adulatione permulcere? facis profectò amicitiæ noſtræ iniuriã, hoc ſi putes. vt enim aliquãdo præſens viderer, vanior fortaßè, quã decebat ſacerdotem; aut in aſſentando liberior, quã par erat catholicum: literæ tamen meæ nulla aut aſſentationis macula aſperſæ, aut ſimulationis integumento implicitæ videbuntur quid ergò te pium? quid eruditum? non quòd te perfectæ vitæ cũ Franciſcanis & Ieſuitis; aut doctrinæ intimæ cum Baldis tuis & Bartolis numeros expleuiſſe putem, ſed vt quarum rerum igniculi quidam in hac tua tenella ætate apparueruut, earum flam-

ſlammas ſtudio ac diligentia excites. hinc fiet, vt in pietate tuus candor, tanquam in cælo ſol, clarius: nobilitas in eruditione, tanquam in auro gemma, ſplendeat illuſtrius. contende igitur omnibus neruis ad ea, quæ ſunt ſummæ, eruditionem & pietatem, vt qui iam te pium ac eruditum ſine aſſentatione appello, ſine aſſentationis quoq; ſuſpicione his te laudib⁹ verè poſſim ornare. quare incito? curris ſponte, curris alacriter, curris velociter, qui Baldi viam teris, ac Ieſu ipſius veſtigia iam vrges. ſed cohibe (quæſo) aliquantiſper tuum curſum, meque (mi Nicolae) audi. ſic velim te Baldizare, (noua nomina rebus nouis libere pono) vt quicquid ſit tibi reliquum temporis à pectore excolendo, id in cudenda lingua figas. ſed de his magis ſeriò, & latius cùm liceat per otium. nunc ita premunt negotia, vt orationem mediam præcidant. id tantùm his literis agere volui, vt cùm nihil haberem quod ſcriberem aliud, hortando animi in te mei propenſionem inuolutam euoluerem. Vale. Domino Eleo, omnium, quos habet Duacum, facetiſſimo, candidiſſimo, humaniſſimo multam ſalutem. quem meo nomine moneas, ſic det operam liberis, vt ne

quid remittat de tuis literis; multas ambiat, multas exploret, ſed bella ſit, morata ſit, pecunioſa ſit, quàm ſibi matrimonij lege conſtrictã cupit. verùm ſus in hac palæſtra Mineruam. ſi qua poteſt eſſe in hac palæſtra Minerua, & non potius omnes ſues. Grenzeum amo, & (neſcio quo modo) ardenter amo, à quo cum hoc non audeam petere, vt mihi ſit ſoli totus, hoc tamen ſincerè polliceor fore, vt illi ſim toti ſolus. Schelleum & Riſtoniũ multos mihi nominibus chariſſimos ſaluta quàm potes humaniſſimè: quorum illum ad ſtudia incita, hunc à ſtudiis meo nomine cohibe. nam ſi fortaſſè fuerit ille tardior, hic, ſat ſcio, erit acrior: vt quem decurſo iuriſprudentiæ ſtadio, theologicam palæſtram iã terere ſumma cum animi lætitia audio. Lutetiæ, 3. Calendas Iulij.

CLVI.

ROBERTVS TVRNERVS Reuerendiſſimo & Doctiſſimo Niniano Vinceto Patrono ſalutem.

IPſa oportunitas non potuit quicquam oportunius, quã hic veſter, quem vocatis puerum,

pue-

puerum ſanè aureolum, & mihi Iunonium partum. nam dùm ſcribo ad Roſſenſem, & queror me vel contemptũ, vel præteritũ, eccum puerum hunc, q querelæ iniuſtæ intercedit tribunus, iubetq́ mediam me vocem interprimere, vindicãdam exilio, vel iniuſtam de re falſa, vel impiam contra hunc Conſulem, qui toties conatur nobis rem Romanã in Britannia reſtituere. quare quicquid volebã deſpuere conuitij in Reuerendiſsimum Roſſenſem de literis non ſcriptis, illud ego iure transfero in te de literis perditis. fuit quidem dulce, Roſſenſem ad me ſcripſiſſe. dulce? immò graue. nam quo vberiorem capio ſemper voluptatem ex literis patroni, Optimi, Maximi, eò acrior doloris morſus, caruiſſe me hac iam voluptatis vſura, veſtra negligentia. dolerẽ infælicitatem meam, niſi ipſæ literæ Patroni mei eſſent infæliciores. equitant Pariſiis Monachiũ, Monachio nauigãt Conſtantiã, Cõſtantia vehuntur Ratisbonã. his tu verbis errorẽ literarũ deſcribis. mirum ſanè, in equo, in naui, in curru, poſt gyrũ anni, via impeditiſsima à milite, eas millies non periiſſe. quid tandem? ad miſeriã ſummã, in portu pereũt. at latẽt in libris probè ſeruatæ. quàm probè? latent. at ſer-

quid remittat de tuis literis; multas ambiat, multas exploret, ſed bella ſit, morata ſit, pecunioſa ſit, quàm ſibi matrimonij lege conſtrictã cupit. verùm ſus in hac palæſtra Mineruam. ſi quæ poteſt eſſe in hac palæſtra Minerua, & non potius omnes ſues. Grenzeum amo, & (neſcio quo modo) ardenter amo, à quo cum hoc non audeam petere, vt mihi ſit ſoli totus, hoc tamen ſincerè polliceor, fore, vt illi ſim toti ſol⁹. Schelleum & Riſtoniũ multos mihi nominibus chariſſimos ſaluta quàm potes humaniſſimè: quorum illum ad ſtudia incita, hunc à ſtudiis meo nomine cohibe. nam ſi fortaſſè fuerit ille tardior, hic, ſat ſcio, erit acrior: vt quem decurſo iuriſprudentiæ ſtadio, theologicam palæſtram iã terere ſumma cum animi lætitia audio. Lutetiæ 3. Calendas Iulij.

CLVI.

ROBERTVS TVRNERVS Reuerendiſſimo & Doctiſſimo Niniano Vinceto Patrono ſalutem.

IPſa opportunitas non potuit quicquam opportunius, quã hic veſter, quem vocatis puerum, pue-

puerum ſanè aureolum, & mihi Iunonium partum. nam dùm ſcribo ad Roſſenſem, & queror me vel contemptũ, vel præteritũ, eccum puerum hunc, q̃ querelæ iniuſtæ intercedit tribunus, iubetq́; mediam me vocem interprimere, vindicãdam exilio, vel iniuſtam de re falſa, vel impiam contra hunc Conſulem, qui toties conatur nobis rem Romanã in Britannia reſtituere. quare quicquid volebã deſpuere conuitij in Reuerendiſsimum Roſſenſem de literis non ſcriptis, illud ego iure transfero in te de literis perditis. fuit quidem dulce, Roſſenſem ad me ſcripſiſſe. dulce? immò graue. nam quo vberiorem capio ſemper voluptatem ex literis patroni, Optimi, Maximi, eò acrior doloris morſus, caruiſſe me hac iam voluptatis vſura, veſtra negligentia. dolerẽ infælicitatem meam, niſi ipſæ literæ Patroni mei eſſent infæliciores. equitant Pariſiis Monachiũ, Monachio nauigãt Conſtantiã, Cõſtantia vehuntur Ratisbonã. his tu verbis errorẽ literarũ deſcribis. mirum ſanè, in equo, in naui, in curru, poſt gyrũ anni, via impeditiſsima à milite, eas millies non periiſſe. quid tandem? ad miſeriã ſummã, in portu pereũt. at latẽt in libris probè ſeruatæ. quàm probè? latent. at ſer-

at ſeruatæ. maior profectò earum miſeria, ſeruatas periiſſe. bilis, vbi es? accuſaris ab aliis, nimis acriter mordere, ſiue in literis, ſiue in conuiuio exerta. ſic accuſata, malè bilis, cur nunc langues? digna ſanè iniuria, in quam inſigas aculeum. quis credat de bile mea? nam cùm omnis bilis malè audiat, quia bilis: tamen mea bilis habet neſcio quam laudem, quia pungit iudicio. nam quemadmodum parata expeditaque incurrit in fungos illos hominum, qui in aula, noſtri qua, dum conabãtur perdere, ſeruarunt: ſic patronos & bonæ notæ Patres, cauet diligenter, ne leui quidem digitulo violet. quare fruſtrà rogatis, vt largiar vobis hanc negligentiam. nam incidiſtis in bonam bilem, quæ id habet iudicii, vt malit non eſſe bilis, quàm mala contra bonos. venia ergò eſto huic veſtræ culpæ. ſed cum conditione, vt ſi quid ego peccaro in vos, veſtram bilem acuatis ad hanc iudicii mei cotem. vide ſis in mea bile, quàm nihil bilis! vult iraſci, ne videatur lædere. extra iocum, hiſtoria, de qua tàm anxiè quæritis, penè exierat in fabulam. nam cùm eius multò maximã partẽ conieciſſem in ciſtam, quã ego ex mora puta-

ram

ram periiſſe; tamen ita vrſi, ſcripſi, frendui apud eum, cui committebam ciſtam Pariſiis, vt iam tandem ante ſex primum ſeptimanas receperim ciſtam, & partem hiſtoriæ, quæ ibi erat. quàm propè hiſtoria exiuerat in fabulam? narro rem lepidè, vt gaudeatis mecum fabulam rediiſſe ad hiſtoriam. in prima parte, quam apud me habui, laboraui, ſed tàm frigidè poſt mortem Reginæ, vt nunquam huc manum aut oculum admouerim ſine lacbrimis. tamen expreſſi ex chartis illis hiſtoriam cædis Darleanæ, totam tam planè & plenè, vt mihi nunquam magis ſatisfecerim. edidiſſem his nundinis, niſi vtraq; Typographia Ingolſtadiana fuiſſet impeditiſſima, quà à Bellarmino, quà à Naſo. niſi exeat his nundinis id quod promittit Reuerendiſſimus Roſſenſis, hic partus meus videbit lucem, ſummum poſt menſem. reliqua pars apud me iacet intacta. Nam Reginam & animum mihi eadem ſecuris perdidit. quid conſilij? eſt res diſiecta, longa, operoſa, quid conſilij? manum promittitis. manum? fruſtrà. vix tres manus ſufficerint. tamen conabor, vt placeam illi, cui vellem probari. vult meum ſtilum. cur vult? non ſcio cau-

ſam id tantùm, pertinaciter vult. vt ſit, receпi, conabor, eò maiori animo, quo fæliciori veſtræ manus ſubſidio. de duplici monachali portione gratus ſum. certè ſi conditio hæc mea non eſſet, tantùm abeſſet, vt portionem hanc reijcerem, vt vellem apud vos miſerrimè ſeruire medium annum, non de hac ſolùm re, ſed de alia, quàm celo, honoris mei cauſa. tamen hoc paſchate videro, an poſsim furtim apud vos ponere duos tantùm dies, vt in medium conſulatur. deeſt hic, qui me iacentem excitet, currentem incitet. ſi aut iacens ſtarem, aut ſtans currerem ſemper; extruerem mihi immortalitatis trophæum. ita ſcribo cum inuidia magnorum. id ſigni, me placere, quòd diſpliceo. nam inuidia huius genij eſt, vt plurima vbi placeant, ibi aliqua ſemper rodat, quaſi diſpliceant. ſi non eſſet torpor ille, quem mihi vel inſeuit natura, vel conſuetudo inſculpſit, volumen certè poſſem intra menſem. ita mihi omnia è mediis digitis effluunt, non fluunt tantùm, quoties aggredior ad ſtylum, ſed nunquam aggredior, niſi ſint, qui cubitum lateri adhibeant, Læslei & VVinzeti, dij hominum. De nepote veſtro doleo, iter eum ingreſſum ſine meâ

lite-

literis ſi ſciuiſſe prius rem, nexuiſſetis fortaſſè & aut vos huius mentis, aut ille itineris huius filum multò fœlicius, meo conſilio. ſed fruſtrà optamus & conſulimus , poſt Saguntum captum. apud vos ſunt interrogationes Haij ad miniſtros Scotos, lingua Scotica. ſi huius libelli mihi faciatis copiam in vnum menſem agnōſcam Reuerendiſsimam V.D (quod ſcribitis) ſincerè in me animatam. valdè librum cupio. vt amor reddatur amori, promitto vobis vſum cuiuſcunque mei libri Anglici. habeo multos, & in hoc genere, benè bonos. expecto à vobis literas , & cum literis libellum iſtum. de Scotia nihil boni? ex Anglia nihil noui? putabam ex ouo hac hyeme, poſito exiturum æſtate aut gallum aut Baſiliſcum, ſpero illum, timeo hunc. ſperemne probabilius, an timeam, à vobis expecto.

RO-

CLVII.

ROBERTVS TVRNERVS Reuerendiſſimo Domino N. Patrono Colendiſſimo S.P.D.

NON excuſo, quòd nihil poſt vltimas tuas literas ſcripſi. nam ſtudio diſtuli, vt eſſet vtriq; materia, tibi patientiæ, mihi concoquendæ bilis, quam mihi loco excitebant poſtrema tuæ literæ. certè ſi eo habitu mentis ſcripſiſſem, quem mihi tuæ literæ induerant, diſpuiſſem fortè in chartam, quod fuiſſet, nec meæ modeſtiæ, ſcribere; nec tuæ authoritatis, audire. verùm in hac mea mentis furia id erat rationis, vt meminerim amicitiam, aut verius reuerentiam, qua te abſentem ſemper & præſentem proſecutus ſum, non eſſe deponendam propter neſcio quid nubeculæ, quàm menti tuæ obduxit ætas iſta, pronior in ſuſpiciones. Quare ſi quid ſit, quod te mordeat de ſilentio meo, id quàm non æquè te mordet, vide ex iſtis literis. nam tacui, primùm vt Diogenes, contemptor tui latratus; deinde vt Socrates, memor modeſtiæ meæ. at finge me in te peccaſſe. Prior illa mea reuerentia,

tia & amoris quidam quaſi cultus in te, tanti non ſunt, vt mihi largiaris hanc labeculam? at certè non peccaui, immò ne titubaui quidem in officio meo. illud maximum, quòd pollicebar, de Breui Apoſtolico à Principe meo ſtrages, quanto curaui opere. Vale.

CLVIII.

ROBERTVS TVRNERVS Clariſſimo N. S.P.D.

ETſi ad amicitiam vel ineundam vultus, vel copulandam conſuetudo plurimum faciat, tamen non vultus, ſed virtus; non conſuetudo, ſed prudentia bonos ſolet iungere bonis. ſi omnium annalium replicauerimus memoriam, in omnibus inueniemus tria, aut ſummum quatuor amicorum paria, Damonem & Pythiam, Pyrotheum & Theſeum, Lælium & Lentulum (nam qui Æneas & Achates numerant, hauriunt ex fæce) at his amicitia ſi fuerit ſancta; fuit amicitia ex conſuetudine, ſancta ex virtute. Quare cum hoſpes meus, amicus veſter, ſemper mihi depingat virtutem veſtram ſingularem prudentiæ ſale pulchrè interſper-

terſperſam, cœpi non tàm expetere ocellos, & vultum præſentis, quàm amare virtutem, & prudentiam abſentis. quanquam ſi rem examinemus non vulgi ſermone, ſed trutina Philoſophi, non debeo Dominum ſtatuere abſentē, qui non tàm fertur in oculis tanquam homo, quàm hæret in medullis tanquā amic⁹, ſiue ſpectem prudentiā, ſiue amem virtutē. facerē impudenter, qui quem nunquam vidi, eum ſalutarē amicum, niſi planè ſtatuerem amicitiæ fundamentū eſſe in vultu, firmamentum in virtute. quare largietur & virtuti ſuæ, vt amem candidè; & amori meo, vt ſcribam liberè, de re præſertim, quæ attingit & tuam fidem, & meum honorem. res hæc eſt. noſti Leonardum Zindecherum receptum in fidem & clientelam Sereniſſimi Bauariæ Ducis, meq; illi ſuppoſuiſſe vicariam operam in continendis & informādis Generoſo Ladislao à Terring, & nobili Balthazare à Cleins. etſi locus, in quo me poſuit non mea virtus, ſed Dei bonitas, facilè impelleret alios, vt cogitent altiora: tamen amor in adoleſcentes, ſtudiumque, quo penè ardeo nobiliſſimos quoſque imbuendi doctrina & virtute, fecerunt, vt huc me abijciā, cogitemq;

non

non tàm de meo honore, quàm illorũ vtilit
vidi in illis ſuauitatem, humanitatem, in
lem, alias ingenij naturæque notas, quas o
rui & extingui quorundam vel inſcientia
qui ignorant; vel ſuperbia, qui nolunt gen
roſos animos tractare generosè, ægrè ce
ferrem: & quòd mea profeſsio, eſt inſtitue
& quòd respub. interſit maximos quoſque, q
in repub. locum tenent optimè eſſe inſtitut
volui igitur oſtendere in iſtis, quantum vale
educatiô, ſed volui vobis benè fauentibus. E
ctenus expectaui, quid ſtatuatis, ſed ſic ſtatuit
vt fruſtrà expectem. verùm ſiue velitis ſiu
nolitis me informatorem, rogo, vt id ſig
ficetis primo quoque tempore, & rogo eò v
hementius, quò hoc magis pertinet ad me
honorem. nam ſi velitis, inibo rationem
am (communem hactenus ſequor) qua int
anni circulum ſcribant & loquantur L
nè. hoc planè in me recipio. ſi nolitis,
maneo apud illos diutius, eò id erit cum
honoris violatione coniunctum magis. v
bor enim nũc ceſsiſſe tanquã occupat⁹: at p
pòſt videbor excluſus, tanquam ineptus
quamcũq; iam partem ſtatuitis, erit id mihi

gratiſſimum (non enim aucupor quæſtum ex meo labore, ſed ex illorum inſtitutione honorem) at poſtquam eos aliquandiu informarim, ſi excludar, hærebit & in animo dolor, quòd alter metat mei laboris laudem; & in nomine macula, quod doctori præponatur minutulus fortaſſe aliquis ex fæce. ſed veſtræ prudentiæ & humanitatis erit, hoc cauere: cauebit, ſi mentem mihi ſuam aperiat per nuncium primo quoq; tempore. Valeat, & me amet. Ingolſtadij, tertio Calend. Martij.

CLIX.

ROBERTVS TVRNERVS Alberto Hungero Procancellario Ingolſtad. S.P.D.

ECce mitto, quod rideas. quid? ſchiſmaticum, qui Græcum; hæreticum, qui fodiat Lutherum. monſtri ſimile. ſed monſtra hæc faciunt, vt noſter mundus videatur mundior, pulchrior, nitidior. quare vt in hoc monſtro videas eccleſiæ noſtræ, quaſi mundi, formam pulchrè mundam, mitto. non narro in paucis Græcorum ſordibus reliqua eſſe exquiſita, cõmoda, firma, hæc

Digitized by Google

hæc taceo, & iudicio tuo permitto, id tantùm ... go, vt ſi delectent noua; moueant mira, vid... noua, rideas mira. Sed ad talionem, rogo, ſi ... vtaris Tertulliano emendato, & quinto C... turiarum tomo horum mihi copiam facias ... vnam aut alterã ſeptimanam. de Iuello tu... pecco, reddo; ſi nihil pecco, gratus ſim. nam v... bar ſeriò, vtarq; niſi ſim importun... Vale, m... ama. E muſæo meo Ingolſtadii læto fixo.

CLX.

ROBERTVS TVRNERV...

Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Principi & Epiſcopo N.

S. P. D.

PRincipis veri veram notam ponunt Xe... phon prudentiam, bonitatẽ Plutarchus, ... ſtrinam Dion, Polybius verſutiã; alius ali... at quis optimã? Audiam fortaſſè hic delir... nex, quemadmodum ab Annibale Phormio ... vt ille, corã Imperatore Philoſophus de bell... ego corãm Principe ſacerdos de Principis ... notione ſtatuero, & nouã ſententiã quaſi i... fixero; meritò ſi ſtatuero nouã. At è vete... pinionũ peruerſitatibus excerpere optim...

n

licuerit Philoſopho in re quauis, nihil certè vetabit me ſacerdotem iam & Theologum negare vel hunc optimè, vel illum de Principis vera nota dixiſſe peßimè. Verſutia ergò mihi dicetur Principis non nota vera, imò ne nota quidem, Notam appello, quæ ſumma, non quæ ſola in Principe enitet. Enitet ſummè verſutia? Principem non video, ſed aliquem è triuio Leguleium, ſyllabæ, aut voculæ aucupem ad fraudem & quæſtum. Nihil ſanè fœdius, quàm Principis aut fidem obſtringi fraude, aut maieſtatem quæſtus quadam ſorde inſici. At doctrina, bona nota; Perdis, Plato reſpublicas, in quib⁹ vis aut Philoſophos regere, aut reges philoſophari. Si in Principis vita nihil tàm eluceat (hoc vocamus notam) quàm doctrinæ laus, ille certè quàm benè ornabit cathedram ſcholæ, tàm verè prodet regni ſolium. Nihil tàm intra ſe quàm Philoſophus; totus in contemplationis, tanquam ſummæ voluptatis fundo ſubſidens exit in populum, & res populi perdit nomen Philoſophi: cui populus, bellua; res populi, bulla. At Principis eſt non contineri intra ſe, ſed ſpargi in omnes reipub. partes, agere & exire, exire, inquam, in aurē, in oculum,

in

in os, in brachium, vera & ſola actionis inſtr
menta. Bonitas etiam, mihi crede, non bon
nota. Vellem quidem Principem bonum,
nõ ita, vt nihil tàm eum ornet, quàm eſſe bo
Ariſtoteles videt, & nõ ſolus vidit (quanqua
Ariſtotelis mihi oculus hac in re habet inſ
omnium) Alium eſſe ciuem bonum,
rum bonum alium; illum publicè bonum pri
tim poſſe eſſe malum, à labe ſcilicet vitij q
non emanat ad contagionem reipubl. ſic reg
qui publicam rem tanquam picem aut pri
digitis aut nunquam attingens totus eſt in
tebris, in templis, in oratione, puto quàm bon
virum tàm malum Principem. At public
rem committit conſiliariis; non benè quia
tis, niſi Princeps & manu adſit, & mente
ſit. At ſint mali. Peius malum quo plures,
li aurem, manum, mentem Principis obſi
& publico bono præripiunt, & bono ſue ma
ſcabiem adfricant. Amant hi remp. ſibi,
reip. quot falſi conſiliarij, tot veri Tyr
At quam tandem veram notam veri P
pis? Prudentiam auſim ponere, prude
cũ Xenophonte; nõ hanc ſolam, ſed hanc ſ
que in Principis actione ita princeps ſit.

& doctum teneat, ne Philoſoph⁹; & verſutū, ne Leguleius; & bonum, ne videatur Monachus. Principē ego prudentē cēſeo debere eſſe tanquā puram tabulam; cui ſi doctrinam, bonitatem, verſutiam tanquam viuos colores induxeris, nihil certè, aut varietate hac pictius, hac ſpecie poteſt videri pulchrius. Expreſſi verum Principē, quàm malè mei verbi colore, tā profectò benè ad ſpeculū Xenophontis. Et expreſſi vt Illuſtriſſimus ipſe ſe in hoc ſpeculo videat & miretur. Non inſidior veſtræ aut auri aut mēti, ſed quod ſentio ſincerè ſcribo. Me in veſtra Celſitudinis omni ſermone vidiſſe effigiem illi⁹ Principis, quem Xenophon nobis ſuo penicillo inumbrauit. Multos vidi audiuique Principes, hoc ſolùm nomine mihi magnos quod Principes. At Illuſtriſſimus ita iudicauit de abdito, vt Academiæ doctiſſimus, ita de hiſtorico, vt Stoæ argutiſſimus, ita de bono æquoque, vt ſolitudini poſſit videri optimus. Supra doctiſſimū, argutiſſimū optimū quid dico? Vicit Illuſtriſſimus, vicit non orationem ſolùm meam, ſed etiam cogitationem qui bonitatis doctrinæ, ingenii, prudentiæ ita tùetur partes, vt bonitas in veſtra Celſitudine, doctrina, ingenium videan-

deantur colores Principis, prudentia vera viuaq́ forma. Xenophon cur non viuis, vt quæ orationis venere verum Principem formaſti, eadem hunc Principem laudes? Ego in Xenophontis locum ſuccedam quantò minor orator, tantò maior admirator huius prudentiæ, rogaboq́ .... Cætera deſunt.

CLXI.

ROBERTVS TVRNERVS
Reuerendo Domino N. Societatis Ieſu Amico chariſſimo

S. P. D.

ROMAM.

E*Tſi tu mihi tàm ignotus, quàm qui maximè: tamē doctrina tua quantum audio, modeſtiæ ſale interſperſa, facit, vt te intimis ſenſibus diligam. accedit ad amoris pondus quaſi cumulus ille, quod fluximus, ego ad id quicquid habeo nominis, tu ad id quicquid habes virtutis, ex eadem Collegij Germanici ſchola. non hoc nihilum eſt, quòd in eadem ſchola quaſi nati ſum⁹ ad Deum, educati ad Eccleſiā:*

niſi fortè Nazianzenus & Baſilius ſtultè amauerint inter ſe, magis vt coalumni eiuſdē diſciplinæ, quàm eiuſdem gentis ciues. certè amo te, ignotum vultu, notum virtutis fama, & quadam Collegij, quaſi parentis communione. hunc amorem quidni exprimam facto? bonis & doctis etſi benè ſit vbiq; locorum: tamen optimè illis videtur eſſe, vbi ſe virtus & doctrina poßint maximè exerere. ecce, huius notæ locum oſtendo tibi. nam Reuerendißimus & Illuſtrißimus Princeps noſter, tibi per me defert concionatoris in diœceſi ſummi locum. quid hæſitas? paradyſus, ſi locum; gloria, ſi laborem; cælum, ſi ſpectes fructum, obuenit non quærenti. Hoc vniuerſim: minutatim de ſingulis, Principē eſſe gemmā ſacerdotum, populum ſuauißimū & ſanißimū, eccleſiā optimè conformatam, clerum numeroſū, ſine labe illa cōmuni, quæ nos & prodidit Luthero, & perdidit Deo. de labore? magnus, ſi velis; paruꝰ, ſi nolis, nā ſingulis dominicis habebis cōcionē publicè in cathedrali Eccleſia; &, ſi velis, ter in ſeptimana explicabis in Collegio aliquā vel Theologiæ, vel Philoſophiæ partē. iſtud vltimū pro tuo arbitratu. quanquā certè ego tibi author, vt hanc vltimam etiam

pro-

rouinciam, tãquam materiem & exerendæ & xercendæ tuæ doctrinæ ſubeas. noui multos, q̃ nCollegio florebant opinione doctrinæ, & ingeij, hîc ita marcuiſſe, vt quò erat illis glorioſi⁹, ͅomæ oſtentaſſe ſpem floris, eò fuerit hîc fœdi⁹ d infamiam non oſtendiſſe fructum floris. in c numero ne ſis, voco te ad vineam, id eſt, laudem. in hac vinea, ſuus etiam denarius. m fructus tibi annuus erit, quadringẽti minùm floreni. expreſſi amorem, redde amorẽ. erit, ſi ad nos primo quoque tempore ſcri-, quid velis, quid nolis. erit etiam tuæ piets iſtud facere, ne Princeps quam gran offert, perdat. nam quoad reſponderis, us Princeps in cathedram nullum ſufficiet. eas, meq; ames. Patrem Nicolaum ſalutabis nomine, mihiq; ab illo exorabis piam in miſemoriam. benè ſit Patri Saluatori, ſi a-vos ſit, homini ſanè optimo, & de me meritò. dic illi, me colere gratiſſima rpetua memoria, idquicquid in me t aut officij aut beneficij. admodum Reneum Patrem Rectorem veſtrum non noui, mẽ, ſi putes id non moleſtũ, cõmendabis il-filium, & filium ſanè gratũ. nam in rebus

neū, id duco ſummum, fuiſſe aliquando Collegii Germanici alumnum. Eychſtadii.

CLXII.

ROBERTVS TVRNERVS N. S. P. D.

ETſi nihil ſit quod ſcribā, aut ſanè in re cla- ra tenuiculum, tamē cùm hic tabellarius re- à ad te, volui & debui in tàm pulchra occaſio- eſcribere illud tenuiculū, deeſſe mihi rem quā ribā. Si quàm eſt animus grandis & grauid’ nore, tàm fuiſſet res fœta, iam diu eſſet, cùm deres huius animi, vt loquar cum Plauto, anditer grauidi aureolos part’, nouas ſcilicet neres, nouos cupidines, qui tantùm habe- t Chriſti & cœli, quantū antiqui illi habue- nt fabulæ & dæmonis. inſanio, qui copulo riſtum cū cupidine. ita amor eſt, vult inſa- , quoties extremus. verùm tu, non ſenſum bo metieris, ſed ex inſano verbo elicies ſa- n mentem, ita plenam obſeruantiæ in vt velit aptè, ineptè, omni modo ſe exe- . Non fuit ergò ingratæ mentis, ha- us tacuiſſe: ſed iudicii, non ſcripſiſſe amorē bſeruantiam. amorē ſcribo? mea tenuitas infra

*infra tuum amorem. obſeruantiam? tua vir-
tus ſupra meam obſeruantiam.....*

CLXIII.

ROBERTVS TVRNERVS N. S. P. D.

EST genus vt equorum, ſic hominum, qu[illegible] non vult impelli, vult inuitari; immo [illegible] vult inuitari, vult ſpontè currere. genero[illegible] narro, ſiue equum, ſiue hominem, qui ſic [illegible] rit, vt ſi natura permittatur ſuæ, vultus [illegible] quam poppiſmus eum plus excitet, plus inc[illegible] quàm virga, calcaria, minæ, ac aſpera om[illegible] quid narro aſpera? virgæ, calcaria, minæ [illegible] faciunt furentiorem, ferociorem, ne dicam [illegible] liqua; cùm ſi illi indulgeatur poppiſmo, vel [illegible] fronte, ipſe ſe ducat in quendam ſiue ratio[illegible] ſiue diſciplinæ, ſiue pietatis gyrum. per tua[illegible] rogo pietatem, hominem ama, nam vix cred[illegible] quantum retardet hîc generoſos ſpiritus [illegible] liquiæ neſcio quæ odij de tua fronte capera[illegible] èxplica frontem meo Vito, nam non quic[illegible] gliſcit, eſt aurum; experto crede Roberto [illegible] liqua cogita, literæ meæ non loquentur.

CLXIII.

ROBERTVS TVRNERVS Societatis Ieſu Patri N.

S.P.D.

ROMAM.

DEbeo virtuti quod ſũ, reddo virtuti quod poſſum. ſi quantum vellem, tantum poſſim facilè efficerem, vt virtus non quæreretur me mali doliesse creditorem. Verùm cùm virtus ſit neq; tàm muliebriter importuna, vt ſoleat, neq; tam ſtultè futilis, vt velit exigere à bonæ fidei creditore, quod non habet, ſatis me putabo feciſſe officio, ſatis fidei, ſi magnos virtutis antiſtites inuitem literis, pronocem precibus vt quod virtuti debent, virtuti reddant. quare cum ad magnos viros ſcribam de bonis tuendis, malis in quendam quaſi rationis gyrum ducendis, de virtute ornanda non ſoleo multis verbis rogare, vt illos tueantur, hos ducant in gyrũ, ſed vno tantum verbo iubeo, vt quod virtuti debent, virtuti præſtent. id quod facerem nunc niſi cognoſcerem quam impudenter facerem, ſi quod ſoleo illis hominibus ex face, id iam tibi face-

ſacere multi vſus, ſummæ prudentiæ, ſingularis virtuti patri. nã tam ſeriò ſapuit Reuerẽtia T. à multis annis, vt cũ ſe totã virtuti debuerit, ſe totũ virtuti reddiderit, atq; ita reddiderit, vt è natura ſoleat, & profeſſione debeat aucupari occaſiones virtutis ornandæ, amplificandæ. ecce occaſionem offero, & ſi maximam quæris, maximam offero. Nam iuuenem hunc Iohannem Albertũ Dichtelium ſi incites ad virtutis ſtudium, aut alia quauis ratione honeſtaris, facies quod eſt tuarum partium, cum videaris in illo ipſam virtutem honeſtare. rogarem, ſed non ſoleo virtutis antiſtitem de virtute honeſtãda; iuberem, ſed non volo, ne ſummè prudentem violem ſumma audacia. Quare tantum eum offero imbuendum, oblatum ſi recipias imbuendum, reddidimus virtuti, quod debemus, ego offerendo, tu recipiendo. ſed tamen vt oblatus recipiatur maiori cum ſuauitate, faciam inepte contra quam ſoleo in eiusmodi rebus, id eſt, rogabo T. Reuerentiã per illã amicitiã, quæ mihi cum Scotis vbiq; interceßit arctißima per Roſſenſem meũ, per Alexandrũ Setonium tuũ, aut melius per vtriusq; vtrũq;, per Angli-

Angliam, per Scotiam, per vtriusq; vnam ſolamq; Reginam D. Mariam noſtram, vt hunc iuuenem habeat commẽdatiſſimum & meo nomine, & ſuo merito. ac vt videat T. Reuerentia illum dignum eſſe qui & commendetur à me, & à te recipiatur in fidem, nobilis eſt, Bauarus eſt, ſuauis eſt, bonæ indolis eſt, ac (vt vno verbo complectar omnia) à veſtræ ſocietatis patribus educatus eſt. nonne vides Reuerende P. quid velim? illud eſt. ſi Bauarum perpolierit Scotus, nobilem nobilis, ſuauem ſuauis, ſummæ ſpei iuuenem iuuentutis acuendæ ſummus magiſter, veſtræ ſocietatis filium veſtræ ſocietatis pater, omnia ſingula tàm commodè conſpirant, vt niſi hunc recipias in clientelam, videaris non virtuti reddere, quod virtuti debes. quod ne fiat, rogaui paucis verbis, quod vellem infinitis, ſi non cognoſcerem naturæ tuæ facilitatem verbis non tàm expugnari multis, quàm illicuiſtis. Valeat, & me in hoc iuuene ſibi perpetuò deuinciat.

RO-

CLXIV.
ROBERTVS TVRNERVS N. hæretico ſapere & ſaluere.

ETſi quacunq; in hæreticorum libros ingrediare, veſtigium facile ponas in aperto conuicio, aut occulto mendacio, tamen in nulla Catholicæ fidei parte oppugnanda eorum apparuit aut audacia proiectior, aut profuſior maledicentia, quàm in ſanctorum violatione. Deus bone, eouſq; prorupiſſe hominum ſiue maledicentiam, ſiue audaciam, vt cum omnia Catholicæ fidei firmamenta tentarint in terris, bello tandē plus quàm Gygantæo cœlis illato, ipſos ſanctos conentur de ſuo loco ac gradu deturbare? ſed ſint hæc flagitia propria Caluini ac Lutheri, tuam mentem cum putem non tàm tranſuerſim abripuiſſe maleuolentiam, quàm cæcaſſe errorem, vellem percupide te ad bonam frugem redire, ac per me redire. Nam pro vna anima quid non debeam, pro tua anima quid non vellem? quam ita ornarunt ſemper & modeſtia ſuauis, & ingenium enucleatum, & eloquentia ſingularis, & mores omni parte pereleganleganꝰ

legantes vt doleam ſanè tàm præclara dei naturæq; dona vno hæreſeos crimine obrui ac penè obteri. amabo ergò te ediſſere nobis non conuitia, quibus pugnat Caluini maleuolentia, ſed firmamenta, quibus nititur tuus error, vt animus tuus tanquam bonus ager, his præciſis errorum quisquiliis; aptior ſit ad commodiorem Catholicæ fidei cultum. nam ſi omnibus debeam, tibi profectò tàm egregiè à natura informato maximè vellem in religionis re maximè prodeſſe. Nam vt feramus non grauiter, Reliquias perſtringi à Viclefo, vt oſſa ſemiroſa; à Claudio, vt cineres tenues; à Vigilantio, vt Deos ſtultorum; à Centuriatoribus, vt vnguenta Catholicorum; tamen cum putentem ſaniem, aut ſubolidum ſtercus, quorum illam Caluinus, hoc Lutherus, tanquam conuitia euomuit in Reliquias Sanctas, tàm fœdam continent aperta blaſphemiæ notam, vt & audientes Catholici contremiſcãt, ac narrantes penè concidant. Quare ad hanc quæ ineunda eſt de S. reliquiis diſceptationem, ſi adferas non illam Caluini maleuolentiam, ſed hanc, qua te imbuit Deus, naturæ bonitatem, ſpero fore, vt animus tuus . . . . . Et quãquam vel ſudariũ Veronicæ, vel palliũ

Pauli

Pauli Eremitæ, vel vmbra Petri, ſatis eſſent ad veritatem Catholicam, tibi à natura optimè informato inſculpendam, tamen ne fortius videar te preſſiſſe magnorum auctoritate, quàm oppreſſiſſe pondere ſcripturæ, vnum aut alterum Scripturæ locum adferam. . . . . Cætera deſunt.

CLXV.

ROBERTVS TVRNERVS Leonardo Zindecgero S.P.D.

TEmpero ab exordio; narro me amare; ecce in vno verbo omnia. vis confirmationem? ineptus es, qui me reuocas ad omnes rhetorices partes, tanquam minutos calculos. non reuocas? prudens es, & hac cauſa prudens. non poſſum pluribus, res hæc eſt. ibam ad N. dedi literas, contuli rationem, caput, mentem cum homine. primò eſt obſtreperus, obſtreperum poſtquam placaram, totus ibat pedibus in ſententiam, meam, tuam. noſti rem, poteres eſſe, quod vis, ſi velis, vt velis, & poſſis, hæ conditiones præſtãda. Prima, expedias te ex

la-

laqueo in quo es totum, planè ſecunda, te tradas mihi in manus, totum, ſincerè. Tertia, rem totam celas lectum, parietes. quid parietes, lectum? etiam tunicam tuam. nam ſi rem aperias, perdis me, te, illum, id eſt, nequam es Germanicè. tanto amori non repones tantam nobis iniuriam, ſi te noui.

CLXVI.

ROBERTVS TVRNERVS N. S.P.D.

PErmultas eſſe res, quibus homines à literis auocentur, noſti: quibus omnibus premi me vnum facilè videbis, qui vides ad hanc mei ingenij tenuitatẽ acceßiſſe rei familiaris curandæ, iuuentutisq; informandæ grauiſſimas curas. tamen quod faciunt prudentiſſimi, vt è ſummis negotiis ſurripiant aliquod tempus, quod ponant in ſtudiis interioribus, ſtiloq; poliendo, ne more belluarum illa tantum videantur, quæ ad paſtum ventremq; ſpectant, id ego conabor perſequi, atque eò certè vehementius, quò certius cognoſco ex literis fluere illa omnia, quæ in optimis ponimus, dignitatẽ, opes, famam ac ſumma diligentia præclaram memoriam.

RO-

CLXVII.

ROBERTVS TVRNERVS
Nobili Anglo N. Caluiniſtæ
reſipere & ſapere.

ETſi natura eam mihi mentem indiderit, vt in omnibus amē ſuauitatem, humanitatem, candorē, tamen hæc in te audio ita eſſe ſingularia, vt ea niſi amē ſingulariter, dignus non ſim, qui aut amem, aut amer. nam Fentreius Scotus, ille quem in omni ſermone ſoleo vſurpare. veræ nobilitatis viuam expreſſionē, cùm apud me eſſet, tuam mihi naturam pinxit doctrinæ morumq; luminibus tàm egregiè litam, vt intimis certè ſenſibus doluerim, mea factum non tàm naturæ quàm opinionis peruerſitate, te vt Patauij potius contemnerem rigidulè Caluiniſtā, quàm amarem limatulè candidū. verùm cū ex verbis & literis Fentreij, quem tanquam ocellum amo, à quo tanquam ocellus amor, cognouerim te ita religionis illas partes tueri, vt has nō deponas humanitatis; cœpi egomet mihi iraſci, quòd naturæ tuæ bonitatem mentiebar errore multorum Anglorum, qui tàm rigidè Caluinizant, vt mei ordinis homines Romanè

Catholicos non tàm ament quia doctos, quam oderint, quia ſacerdotes. quã opinionis peruerſitatem quò ſoleo configere acrius, eo tuum iudicium in catholicorum humanitate probo vehementius, & quod minus habet labeculæ, & quòd proximè accedit ad iuſtitiam illius ſtateræ; qua ego examino omnes illos, qui à me quócunq; modo religione diſſident. nam etſi tàm ſeriò papizem, vt huius meæ fidei conſtantiam vellẽ eſſe mundo, cælo teſtatã ſanguine meo, tamen ſi religioni aliorum video naturæ bonitatẽ malè quaſi affectæ carni ſalẽ, pulchellè interſperſam, religionis diuerſitas nunquam efficiet, vt non colam humanus humanum, & amem Anglus Anglũ, & obſeruem candidus candidũ. Eſſe imbutũ puritate religionis, eſt myſterium gratiæ, eſſe perpolitũ elegantia morũ, eſt miraculum naturæ; ſic amare gratiam, vt contemnas naturam, eſt vel euerſo gratiæ fundamento perdere naturã, vel inciſo naturæ neruo tollere gratiam. quare, cùm noſtri duorum ſenſus in eo planè congruant (de donis religionis & gratiæ quicquid ſit) vt velim⁹ homines amare humanos, volui hac literarum quaſi ſyngrapha non ſolùm teſtari, quanti te faciã & egre-

gie

giè nobilem & prudenter ciuilem: ſed aperire etiam, me ita reliquiſſe, non deſeruiſſe Angliam, vt in religionis diſſenſione obſeruē vbique humanum Anglum. quod ſi, qui amo Anglū humanum, id conſequar à te ſcribendo, vt amer Anglus, nō inhumanus. ex iſto illud pulchrum, quod in omni amore requirit Platonis Socrates, amare ſine fuco, amari cum fructu. nolo tecum Platonizare hoc tempore, (etſi omni tēpore hoc cupiam maximè) id tantùm ago, vt ex mei amoris ſinceritate decerpam illum vnum fructum, amari, & huius fructus aliquod indicium agnoſcere in re non magna: res hæc erit. Emanuel Turnerus frater meus mentitus Haukini cognomē neſcio quā ob cauſam, ex Geneua & partibus illis Geneuæ citimis venit ante medium annum in has partes. dedit ad me literas, vnas Vlma, quibus monuit ſe in Germania eſſe; alteras Pragæ, quibus conabatur me à deliciis meæ religionis traducere denuò ad ſiliquas Geneuenſes: primis reſponderam humaniter, alteris catholicè. poſtquam viderat me nullis modis poſſe induci in mentem, quam putabamus, ego peſſimā, ille optimam, me perſtringit ſacerdotē, prodito-

 rem,

rem, hominem ex face, iuratq; fore nullis blanditiis, me vt inuiſat, & ſermone ſuo dignetur. quod iurat, præſtat, ... Cætera deſunt.

CLXVIII.

ROBERTVS TVRNERVS Philippo Menzelio Medico celeberrimo S.P.D.

O pulchram occaſionẽ! quas primas mitto ad te literas, mitto ſordidulas. ſed medici ſunt & miſericordes natura, & ſuaues arte, vt in nobis vel tanquã puerulis patres, vel tãquam miſeris dii ament aut certè non auerſentur ſordes. quare non tegam rei fœditatem, quaſi inter mulierculas limatulus; ſed loquar & liberè coactus, & medico planè. res hæc. heſternam noctem ſepoſueram ſtudiis, pergo in ſummo calore animi, fornacis nullo, vſque ad duodecimam horam. pergenti, id eſt, ſcribenti, & ſumma contentione commentanti obrepſit frigꝰ oppidò quam aſperum. ex frigore leuiuſcula primùm febris, ac aluus deinde fluens citiſſimè, ſæpiſſimè. ſubſedit febris, aluus pergit flue-

fluere tanta copia, vt ex certo ſigno colligā fæde materiæ interſperſum eſſe ſanguinem, nihil eſt, quod ſentiam iam aliud, nec dolorem capitis, nec calorem corporis, nec ſtomachi languorem, aluus ſola me perdit, ne perdat magis, peto tuum conſilium & auxilium. non poſſum plura, charitatem ſolùm & artem appello tuam, vt vno aut altero verbulo conſulas, præſcribas, in ſchedula. ſi de potu & cibo addas, ipſe mihi videbor in aliqua miſeria non omninò miſer.

CLXIX.

ROBERTVS TVRNERVS
Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Epiſcopo N.

In Poloniam nomine amici.

AFferunt ad Principes viri, vnus carmē, alter aurum, tertius operam, magni denique quæ volunt; parui, quæ poſſunt: ſed ita afferunt ſinguli ſingula, vt ſæpè dubitarint doctiſſimi quiq;, plus ne ſit grati animi in munuſculis paruorum, quàm in magnorū. ego ſtatuo præferendū eſſe raphanū ruſtici ingenti Darii regi Gazæ, nō quòd vellē videri in iudicādo ma-

gnus, ſed quod iudicem pulchrum velle ſequi iudicium Alexandri, quem & facta ſummum, & prudentia fecit penè diuinum. quare cùm non poſſim priuatus afferre magna ad magnum, volui Polonus afferre grata ad prudentem, in quib⁹ ſi probes mentem meam, duplex erit laus tua; tuæ & magnanimitatis, quòd non contemnit res paruorum paruas; & prudentiæ, quod res omnes cum vulgò metitur pondere non pretij oblati, ſed animi offerentis. quare offero hanc ſchedulam, quaſi ſyngrapham mei perpetui obſequij, non tàm vt videar in antiſtitem meæ gentis primùm officioſus, quàm vt materiem ſubijciam tuæ ſummæ laudi, ſi hoc perpuſillum mei animi monumentum, quaſi ruſtici raphanum Alexander, non contemnas. quod ſi laboris hunc ego conſequar fructum, in hoc meo quaſi raphano, & illuſtriſſimus Antiſtes erit Alexander, & ego mihi videbor non infœlix pauper. Vale, & viue noſtræ reipub. diutiſſimè.

RO-

CLXX.

ROBERTVS TVRNERVS
Generoſo Polono N.

PVlchras ſcribendi occaſiones mihi paſſus ſum elabi, eaſq; multas, non tàm mea voluntate, quàm neceſſitate negotiorum, quæ mihi imponit partim publica functio, partim amicitia multorum mutuis hinc inde officiis diſtricta & impedita. & quanquā hodiè negotiorū vel premar onere, vel pōdere penè opprimar, tamē fides publicè, corā multis, priuatim tibi hinc diſcedēti, verbo, manu data fuit, vt è negotiis eripiam temporis aliquid hiſce ad te literis, in quibus velim examines non trutina artis mea verba, ſed mentis ſtatera meum amorem. nam etſi in cudenda lingua, orationeq; facienda tantùm poſuerim operæ, quantum ſatis eſt reliquis rebus, non dico inumbrandis, ſed vero viuoq; artis colore exprimendis (ſi alij non me fallant aſſentando) tamen amor meus, tantus eſt, vt nulla oratio nedum mea eius minimam poſſit aſſequi partem. quippe amor meus ſi quis eſt, amor non eſt, flamma eſt, at flammam mentis quis exprimat, niſi flamma ora-

tionis concepta potius è cœlo, quàm quodã artis paſtu excitata & alta. Illas virtutis, doctrinæ, indolis notas, quaſi ſcintillas in tuo vultu, ac moribus ſe primùm exerentes cœpi mirari, cœpi amare, has ſi tu excites diligentia & ſtudio, neq; patiaris deſidia & vitio quaſi cineribus obduci, tua virtus meo amori quaſi flamma flammæ ita iungetur, vt qui meus amor fuit ex tuæ virtutis ſcintillis conceptus, is in tuæ virtutis flãma altus, ex his mei pectoris anguſtiis breui euolaturus in orbem, non per linguam modò meam, ſed per calamum. habes exempla, hæc ſequere, tanquam diuina; habes occaſionem, illam perſequere, tanquam obiectam è cœlo, quod ſi habere præceptores, habet aliquid nerui, narro tibi te habere miros, magnos ſiue excolendæ mẽtis, ſiue linguæ perpoliendæ magiſtros. horum ſi viam inſiſtis, fiet vt Polonia, quæ Hoſios, Crãmeros, Orichouios hactenus eſt mirata, non multò poſt ſuſpiciat & colat Hoſiis ſanctiorem, Crammeris prudentiorem, eloquentiorem Orichouiis. Quid pergo? ſatis hæc amori, niſi totum, quod ſcripſi, velis illa comprehendi vocula, me & amare vt redames, & ſcribere, vt reſcribas.

RO-

CLXXI.

ROBERTVS TVRNERVS
clariſſimo & chariſſimo
Domino N.

AYCHSTADIVM.

NON deſino amare, quia deſino ſcribere; quin potius eò ſcribo rarius, quò amo vehementius es in oculis, es in ſenſibus, es in viſceribus, es in medullis. quid? in his cum ſis, cur importunè quereris te non eſſe in ſalutationibus, in literis? intima illa, extima hæc. tamen ſi velis noſtrum amorem èxtimis vel ali tanquam lignis flammam; vel contineri, tanquam vinculis compaginationem, pareo libenter, quia ſincerus; inuitus, quia hæſitanti. agè ergò, taceo, quia amo, ne putes me non amare, quia taceo. ſi meæ mentis notio inte amando poſſit euolui literis, eſſet cur requireres literas, ſed cum non poſſit, vide ne non rectè ſentientis impleas partes, qui quod non poſſim, vis, vt velim ſed concedo amori, vt ſit importunus; non tamen concedo, vt ſit iniquus. quæ hæc iniquitas eſt? ſi meus tibi amor videatur ſubtepere, quod ſileat, tuus mihi amor cur non lo-

quitur, ſiquidem quæ eſt mei ad te, ea tui ad me amoris erit regula, niſi fortaſſè mea tibi flamma poſſit videri glacies, tua mihi glacies debeat videri flamma. ſed quia vis literas quaſi ſyngrapham amoris ab amantiſſimo, huius mihi moleſtiæ pendas pœnas non pecunia, ſed officio, Ingolſtadij.

CLXXII.

ROBERTVS TVRNERVS Magnifico N.

MONACHIVM.

F*Rons, natura, iudicium, ſingula denique, quæ in me aut natura inſculpſit, aut poliuit ars, vetant ne ſim moleſtus præſertim occupatiſſimo: quæ cauſa eſt, cur malim intra parietum cancellos deflere meam naturalem modeſtiam, quàm foris videri prudens, ſed moroſus magnorum virorum interturbator. aliis hoc diſplicet magnis viris, ſed nulli fuerunt hactenus mihi tàm magni, qui poterant iſtam aut verecundiam ex fronte, aut opinionem euellere ex animo. naturam tamen ali-*

quan-

quando vincit neceſsitas, etiam hoc tempore. nam cùm nollem moleſtus tibi eſſe verbo, prematque neceſsitas, vt eliciam tuas literas ad D. Hungerum, rogo vt pro tua in me humanitate ſingulari mihi eas expedias in craſtinum diem. cras enim ſtatui, niſi hoc impediat, dare me in viam. tria verba ſufficiunt in hanc ſententiam, eſſe iam certam ſententiam Principis, vt ego ſufficiar in locum D. Viſcheri, cùm primùm diſceſſerit.

CLXXIII.

ROBERTVS TVRNERVS Admodum Reuerendo & Doctiſſimo Domino N. ſalutem.

In Poloniam.

SI fortè miraris, quid homulus è triuio, & in ſcholæ quodam quaſi dolio obſcurè hactenus delitefcens ſcribam ad te viuentem vigentemque in aulæ luce: mirare etiam tuæ virtutis ac doctrinæ lucem ex Polonia inde ad nos vſq; emanaſſe. ſum quidem ego ignotus tibi. quid inde? ſatis eſt, quòd tu tàm notus mihi, quã Ciceroni ſuus Brutus. nam cùm ego homi- nem

Digitized by Google

nem metiar nõ hac corporis externa ſpecie aut fæce potius, ſed virtute animiq; pulchritudine: certè nullum video nosse melius, quàm te, quem omnes mihi pingunt, pulchreq́; exprimũt virtutis, doctrinæ, ſuauitatis viuo varioq; colore. Quare ſi quid peccem, quòd ignotus ſcribo, iſtud tantulum tegetur hoc velo. quòd ſcribo ad notiſsimum: niſi fortè velis iraſci tibi, qui dicendo & viuendo facis, vt tàm ſis ignotis notus, quàm notis clarus. huc facit, quòd ago cauſam virtutis, charitatis, Dei, tantam cauſſam, triplicem cauſſam, tuam cauſſam, optimi ſcilicet viri optimam contemnes ab ignoto? melius te noui quàm vt hoc putem. quid nugor? vide mihi ſis rem. Audio N. vocari in inuidiam apud ſacram ſuam Maieſtatem, at cur quæſo vocatur? bonus vir, ſimplex, candidi genij & ingenij, qui cor & animum (quod Socrati ſoli affingebat antiquitas) præfert in manu. Certè quicquid obiicitur, laus eſt potius, quàm labes hominis. aiunt parcum. quid hoc eſt aliud, quàm accuſare bonum patremfamilias? eſt parcus, ſed mehercules non ſordidè parcus. nam quæcunq; demum res iuuenibus ſunt aut vſui, aut honori, illarum omnium affatim eſt illis.

fuit

fuit tempus, cum putarit nec bene nec tenellæ ætati ſalutariter poſſe aut debere pecuniam poni apud N. vtpote eſcam excitandæ, pabulum alendæ petulantiæ iuuenili. verùm cũ iam longo vſu cognorit, iuuenis eam conſtantiam, vt facilè non ſectetur lenocinia, quæ ſunt communia adoleſcentum, & non ita pridem intellexerit ſacram Reginæ Maieſtatem facilè indulgere huic iuuenis virtuti hanc rem, ipſe non difficulter paruit. quid ni? ſubditus Maieſtati, libens ad nutum. quòd iſtud prius non fecerat, fuit bonæ voluntatis, & expectantis inde à ſacra ſua Maieſtate claram expreſſamq; mentem & conſulentis Domini ſui vtilitati, quantum putarat. ſi quis erat error, erat certè boni hominis bonus, ſed infælix. nam dum cupit nimium placere, illidit in alterum è regione ſcopulum, nimium vt diſpliceat. At eſt inhumanus. in quo? Dominos fert in oculis, in vlnis, in medullis. ſi quid hic peccat, eam certè partem peccat, quòd ſit nimis humanus. fuit aliquando aliqua lis inter N. & illum de pecunia. id temporis potuit excidere inde diſcipulo doloris, hinc præceptori querela vocula. nonne vocula? ego totum hoc bellum vno digitulo expedi-

pediui. vix vtraque pars audiuit me placantem, pacantem, quin reſederit id quicquid erat leuiculæ iræ. extra hoc nihil eſt in hoc homine, quod habet ſpeciem inhumanitatis. imò ſi quid ego in venis hominum video, illum certè magis reprehenderem molliculum, quàm ſeuerum. Nam facilius miſeretur, quàm iraſcitur; flet, quàm obiurgat. ô inhumanum hominẽ. certè quidẽ tibi dico, dulciſſimæ Zaliniorũ naturæ regundæ, dirigundæ non poſſe in tota natura complexione inueniri aptiorem, quàm hunc virum, ipſum ſcilicet exemplar mititatis. id certè diceres, ſi iam videres, quàm inter ſe amant, ludunt, ſuauiantur, poſt illud ſcilicet Gygantæum bellum.

CLXXIV.

ROBERTVS TVRNERVS N. S. P. D.

INfelix ego, ſi quis hominum. nam è multis infelicitatibus, quibus mundus eſt obſeptus, nulla ſanè maior, aut ad ſenſum aculeatior, quàm infelicitate eſſe infelicem. putabam me in ſinu felicitatis, quòd erã in ſinu veſtro paulò

poſt

poſt futurus. verùm cū p̄propera illa in Poloniam itio mihi negarit veſtri, nō dico ſinus, ſed oris copiā, contra certè quā putabā; hæc mihi felicitas ita eſt contaminata & perſperſa dolore tanquam labe, vt meritò poſſim vſurpare illud Plauti mei, ô felicitatis infelicitatē. nā ſic expeditas habebā & quaſi in manu omnes meas rationes, equū, pecunias, libros, alias res, vt eſſem me meaq; omnia crediturus vobis, in Poloniam vſq; ſi quod pacti eramꝰ inter nos, miſiſſetis pro me. verùm cùm res eo loco eſſent, vt mihi aut vobis deberet perire res, gaudeo rem vobis integrā, meo magno malo. non augeo meum malum, ſed vrgeo meum dolorem. nonne magnum dolorē? excludi ſuauitatis veſtræ fructu, ſermonis copia, cōſilij cōmunione, rei non paruæ oportunitate magna, vno verbo, hæc res fecit, vt ipſe me retexuerim tertiū à veſtro diſceſſu, magno dolore, magno malo. erat in hoc dolore, tanquā vlcere, vnguis, quòd intellexerā nullas meas literas ad vos veniſſe in Italiā, cū binas meas coniunxerim cū binis alteris Domini Petri. veniſſe has, nō veniſſe illas meas? quid ſuſpicarer? quid timerem? infelicē me. verùm vt hæc mihi infelicitas vertatur in bonum, heri effeci apud

mer-

mercatorem Norimbergenſem: cui ad vos dedi literas indices meæ mentis. hæc ſumma, me veſtrum eſſe, & tàm ſeriò veſtrum, vt quicquid imperetis, id ego facturus ſim æquè ad normam, ac ſi mihi imperaſſet ille, ex cuius ſemine & ſanguine ſum. parùm turbatæ erant rationes meæ ex illo veſtro diſceſſu, verùm ita nunc reſtitutæ in integrum, fortunâ potius obiectâ è cœlo, quàm vllâ meâ diligentiâ, vt cùm primùm finieritis tempus, ingreſſurus ſim iter. vt autem maiori animo ingrediar, efficietis ſi reſignationem (vt loquar cum Iuriſconſultis) præpoſituræ ad normam iuris, & poſſeſſionem canonicatus conſignatam ſyngrapha ſummiſeritis ad me, proximo quoque tempore. cur hoc? non quòd timeam veſtræ fidei, ſed vt habeam ſcriptum, quod obijciam amicis, qui hanc mihi mentem migrandi penitus impreſſam conantur euellere ex animo. deinde non migro, vt viuã in Polonia, ſed vt moriar. moriar eò ſuauius, quò erit hîc certius, vnde ibi debeo viuere. per ſuauitatem veſtram indulgete mihi hoc, quicquid eſt ſiue erroris ſiue amoris, ſiue triumphi contra eos, qui mihi ſunt hîc ſtreperi, ſed amicè ſtreperi. nihil in rebus aut expecto auidius, aut expeto

peto magis, quàm veſtras literas, & cum literis iſtud tantulum, quod rogo. de aliis veſtris rebus hîc ego videro, prouidero, perinde ac ſi mea eſſent. Vale.

CLXXV.

ROBERTVS TVRNERVS Nobili & Reuerendo Domino N. S. P. D.

VIrtutis ea vis eſt, vt in quo eſt, eum non ſinat parietum cancellis & ſeptis incluſum latere. Pauli, Antonij, Benedicti, viri mente diuina præditi, quò altius ſe in ſolitudinis latebram abdebant, & virtutem ſuam hominum oculis & obtutibus ſubtrahebant, eò eunt per hominum ora frequentius, & non ſolùm in ſermonibus, ſed in ipſis medullis fixius hærent. Fuit his ſolitudini cum virtute. voluit ſolitudo virtutem facere angulum, ſed virtus ſolitudinem fecit theatrum. non neceſſe eſt, vt vim petam orationi ex memoria illa altiſſimè repetita: in vobis apparet, quanti virtus. nam etſi vultum illum veſtrum & os plenum Reuerentiæ nunquam intuitus ſum, tamen veſtra virtus latiſ-

ſimè fuſa facit, vt nullum videar melius noſſe. Narrant veſtras virtutes, alius aliam, nobilitatem cognatus, virtutem populus, beneficentiam pauper, ſuauitatem nobilis. ego ſi cum aliis reſpondeam ſententiam, nihil aut narrabo liberius, aut amabo ſincerius, quàm ſtudium illud, quod habetis, tuendæ religionis, & amplificandæ rei literariæ. iſtud alii ex triuio, quaſi raró poſitum in oculis, limè & curſim intuetur, ego plenis oculis comprehendo, & quotidiè comprehendo, & verè comprehendo, quoties video hos veſtros alumnos. ſunt enim viui teſtes veſtræ pietatis, & in oculis ita mihi defixi, vt quoties videam teſtes (video quotidiè) toties amem teſtium horum parentem. quare rogo V. Magnificentiam, vt hos habeat ſibi commendatos, non ſolùm tanquam bonos, ſed etiam tanquam ſuæ virtutis viua veraq; monumenta. præferunt ſanè ſpem doctrinæ, & quam ſpem præferunt, præſtabunt, ſi pergant. pergent, ſubnixi veſtra beneficentia, tanquam ala. De publicis rebus nunquid vultis? pax apud nos. apud Gallos bellum, quantum Gallia bellorum ſatrix vix viderat. materiem belli ſubiecerunt ira, timores, partium ſtudia. Dux Baua-

Bauaria, die qui ſacer eſt corpori Chriſti ornatus eſt inſignibus aurei Velleris, maximo triumpho. iure certè, qui vincit omnem triumphum, propter religionem, pietatem, humanitatem in omnes, maximè exteros. ô dolorem! Mureto diuinam vocem præcluſit mors, quanquam quid clamo dolorem? mors parcit nec Muretis, nec Alexandris. mitto orationes, quas Muretus habuit vltimas. . . . . Cætera deſunt.

CLXXVI.

ROBERTVS TVRNERVS
Nobili & Magnifico Domino
Antonio Velſero
S.P.D.

MONACHIVM.

EA eſt vis implicita mentibus magnorum, vt quæ ſolent in paruos magna beneficia præſtare, ea velint perfectè præſtare. non viden'? Alexander non contentus mediocribus, voluit illam laudem ſanè maximam, quòd fecerit maximum Ariſtotelem. Lucullus non prius quieuit, quàm Archiam adſciuerit in familiam, & ciuitate donarit. Cæſari, barbarum liberaſſe pœna, nihil erat, niſi libe-

liberatum perpolierit doctrina, moribus, literis. quid pergo? magni quaſi perfecti, aut perfectum ſolent, aut nihil ſolent. quæ ſanè laus non tàm in maximis maxima, quàm in conſtātibus perpetuò conſtans facit, vt ſperem quod mihi beneficium tanquam primam lineam inchoaris, illud iam iam perfecturum, & omni officio, tanquam colore, cumulatè ornaturum. non loquor amorem; quanquam amoris tui flammam latius fundi vellem. non loquor humanitatem; quanquam humanitatis tuæ notas vellem mihi ſemper omni parte enitere. loquor tantùm beneficium illud de Collegio Georgiano, in quo eſt amoris & humanitatis cumulus omnis. Nam cùm D. Viſcherus ſuperioribus diebus me monuerit, appetere iam diem, in quo ceſſurus eſt munere; mearum eſt partium, ſuppliciter rogare literas, quas vocant, Præſentationis, de me ſufficiendo. Has ſi ſubmittes, perficies beneficium, quod inchoaſti; efficieſque operâ paruâ rem magnam, vt ego te in omni vita colam, vel tanquam Alexandrum patronum, Ariſtoteles, vel tanquam Lucullum Archias patrem, vel tanquam Cæſarem barbarus ille Deum mearum fortunarum. non tono magna

gna, vt placeam magnis; ſed planiſſimis verbis ſignifico, me in tuo nutu ita & ſemper fore & totum fore: vt quacunque intuearis, non tàm videas gratum, quàm ames gratum. Ac ne putes poſſe ferri moram, moneo in punctulo eſſe beneficium. Nam D. Viſcherus putat fore in rem & collegii & meam, vt quamprimùm mittantur litteræ præſentationis. Hac ratione fore, vt ego ſufficiar, recipiam claues, omnia integra teneam præſens à præſente, publica auctoritate, nullo murmure. id erit etiam commodi, quod ero in collegio, videbo, guſtabo, tenebo omnia, idque alieno oculo, palato, pugno. Zindeccherum cõmendo, oratorem, poëtam, philoſophum, muſicum, vno verbo, diuinum adoleſcentulum, eo ingenio, qui poſſit, eo animo qui velit omnia reipublicæ, principis, Dei cauſa. huic gemmæ, ſordem; huic auro, plumbum; huic homini, poëtulum aliquem ex fæce præferetis? non eſt veſtræ prudentiæ addo ad laudem. Zindeccherus vnum aut alterum annum ſi exerceatur, Germaniã non habituram parem. quanta iſtud gloriæ vobis, duci? promitto hanc gloriam vobis, duci: non quod ego mea præceptione tantùm poſſim inſtillare, ſed quod ipſe ſuo ingenio plus

poteſt ſapere. Non tempero mihi à laudibus: ita amo ingenium, aut potius in ingenio Deum. propè eſt vt dicam, nihil me vidiſſe ne in Italia quidem & Gallia ſimile. Ingolſtadii.

CLXXVII.

ROBERTVS TVRNERVS Reuerendiſſimo Domino N. S.P.D.

NOn eſt, cur mireris, quòd ignotus ſcribam, nam etſi ego ſim ignotus nomine, ignotus vultu, tamen ſatis magna ſcribendi cauſa eſt, quòd ſcribo ad notiſſimum? non vidi quidem illud os tuum plenum reuerentiæ & honoris, ſed tuæ virtutes ita mihi auditæ & inſculptæ, conſtanti bonorum ſermone, vt neminem in Germania videar noſſe magis, noſſe melius, noſſe reuerentius. quare cùm hæc cognitio nõ ex vultu, lineamẽtis excepta, ſed ex animi virtutibus combibita eò maior ſit, quò eſt præſtantior virtus, quàm vultus: erit virtutis tuæ, cuius fama es mihi notiſſimus, hîc oſtendere, quàm non malè norim......

CLXXVIII.

ROBERTVS TVRNERVS
Admodum Reuerendo
Abbati N.

PLanè aſſentior Baſilio; qui virtutem aut potius hominem ex virtute ita commendat, vt ſtatuat & virtutem eſſe ſtellam hominis, & hominem eſſe cœlum virtutis. vnde certè cùm intellexeram, ex vario multorum ſermone, Reuerendam V. Paternitatem ſummo ſtudio colere virtutem, colui certè eum aut verius veneratus ſum pium Abbatem. nam fit neſcio quo modo; vt quemadmodum ſol in principe parte cœli, ſic virtus in ſumma Præſulis dignitate ſummè & luceat ad ſplendorem, & niteat ad pulchritudinem. quam meam mentem erga vos volui potius quàm debui anteà aperire. nam in nulla cauſa, ſi ſcripſiſſem, fuiſſem certè vel importunus, vel non ſatis commodus, at nunc ſit occaſio ſcribendi obiecta, non quæſita, patietur V. R. P. me vna opera & teſtari mentem, & expedire rem....... Ingolſtadii.

CLXXIX.

ROBERTVS TVRNERVS N. S.P.D.

LANDISHVTVM.

ETſi nulla mihi tecum neceſsitudo, tamen fama tuæ virtutis & doctrinæ facit, vt audeam. nos enim, quos tinxit doctrina, ac ſacerdotij communio iunxit, non tenemur communi lege vulgi, vt impudentiæ mox notã ſubeamus, ſi ignoti ſcribamus alter ad alterum. ſatis ſumus inter nos noti, quòd docti putamur, quòd ſacerdotes ſumus. pulchrè Auguſtinus ad Hieronymum: Noli queri, *quod ignotus ſcribo ad ignotum, ſatis defendor, quòd ſacerdos ſcribo ad ſacerdotem. quid? quòd ad doctum de docto? in re officij, vel potius officio honoris? ſatis excuſaui, narro rem. Diedericht magiſter artiũ quintum iam annum in* Collegio Georgiano *ſtuduit, & tàm ſeriò ſtuduit, vt fecerit progreſsiones in philoſophicis maximas, in poëticis mediocres, in politioribus eas, quæ parùm certè abſunt à ſummo gradu. vno verbo, illius indolis eſt, vt ſi accedat tempus, & cultura; ſperem certè maximum virum. verùm cùm neceſsitas eum gra-*

uius

uius premat, quàm vt poſſit quem ingreſſus ſtudiorum circum, emetiri aut conficere: cogitur eam viam perſequi, quæ eſt communis multorum, vt ætatem, quam ſibi non poteſt ſeponere, aliis impertiat erudiendis informandiſq́ ad humanitatem. audio apud vos eſſe ſcholam ſatis numeroſam, & Landshutanis, id eſt, facillimis ingeniis inſtructam, cui iam deeſt præceptor. tàm pulchro agro deeſt villicus? ecce vobis hunc villicum. tàm fertili horto deeſt cultor? ecce vobis hunc cultorem. dolendum certè illas indoles, quas ego expertus ſum & experior indies aptas ad omnem frugem, ſine ſubactione & cura alicuius artificis ſcientis non dico languere aut hebeſcere, ſed ſilueſcere & efferari. de huius iuuenis, quem tibi ſiſto & probandum & comprobandum, diligentia & ſcientia tantùm ſpero, quantum ſperari poteſt & debet in ingeniis illis ſanè cultiſſimis & fœliciſſimis excolendis, omnique literatura perpoliendis. etſi non ſit neceſſe, vt commendem aut agro ſcientem villicum, aut horto cultorem optimum; tamen is eſt amor meus in hunc iuuenem, vt mallem facere, quod non eſt neceſſe, quàm quod amor parturit, non parere. quare hunc iuuenem com-

mendo tibi tàm vehementer, quàm debeo optimum; tàm ſerio quàm ſoleo meum; meum iure dico, qui ſub mea diſciplina ita vixit, vt mallem certè eum amare tanquam filium, quàm commendare, tanquam bonum. quare ſi intellexero meam hanc commendationem habere apud te pondus vel amoris in filium meũ, vel beneficii in optimũ iuuenem, recipio in me, &, quod recipio, his literis, tanquam ſyngrapha, ſancio, fore, vt quicquid impoſueris vel oneris, vel officii, me videas & facilem, & gratum. Vale, meq; ama. amabis autem, ſi hoc officium patiaris eſſe fundamentum noſtræ amicitiæ; nam firmamentum petam ego ex me. Ingolſtadii.

CLXXX.

ROBERTVS TVRNERVS Admodum Reuerendo & Clariſſimo Domino N. ſalutem.

QVatuor iam annos verſor in Germania, tuæq; virtutis odore, qui inde è Friburgo ad nos efflatur, ſæpè perfuſus ſum. nam quicunq; in veſtra Academia poſuerunt veſtigiũ, ſtupent, non mirantur tantùm tuã doctrinam, virtutẽ,

zelum,

zelum, prudentiam. ego quantoperè huic tuæ gloriæ gratulor, ſæpiſſimè literis volebam exprimere: verùm hæc, quæ mihi penitus inſederat mens, excluſa ſemper fuit, vel negotiis, quæ plurima incurrunt, vel ſtudiis, quæ ſingula requirunt totum hominem. nam extra Collegium, cuius ſanè maximi curam ſuſtineo maximam, conteror quotidiè non in Philoſophorũ ſolum ſpaciis & curriculis, ſed Theologorũ etiam ſacris adytis. tibi hæc reconditior ſiue Philoſophia ſiue Theologia liquida fortaſſè videtur, tanti ingenii & iudicii viro, quantum veſtræ partes non tulerunt: at mihi, homini hebeti & plumbeo hæc liquida videntur difficilia, & obſcuritatis quaſi nube obtecta. ſed quicquid eſt ſiue ſtudiorum, ſiue negotiorum, deponere iam & volo amoris, & debeo amici cauſa. quid & quantum fuit mei in te amoris, cùm Romæ eſſemus in Collegio Germanico? certè quoties cogito, toties iraſcor, quòd huius amoris fructum paſſus ſum tàm diu mihi perire. perire? flacceſcere potius. nam amor nixus virtute nunquã perit. verùm huiꝰ amoris renouandi aliud erit tempus, nunc quicquid ſcribo, largior huic amico. vide hominem,

nem optimum ſanè & nitidiſsimum ſacerdotem, qui plurimùm & temporis & operæ fixit in euellendis hæreſeon radicibus. hæreſeon radicibus? adde etiam fibris. nam qui aut potuit facilius, aut voluit libentius, in Germania inueneris neminem. hunc tantæ virtutis, doctrinæ, zeli virum commendo tibi. vult enim ornari Doctoratus laurea, & apud vos ornari. ſic ferunt eius rationes, etſi non ſit neceſſe tibi ad hanc lauream commendare virum virtutibus, & literis mirificè politum, tamen volui commendare, vt amicum meum. quare fac huius cauſa, quantum vis tribui, aut amori, qui inter nos fuit; aut amicitiæ, quæ erit. quod ſi intellexero te me in illo amaſſe: nihil erit in rebus, facile, difficile, quod tua cauſa non velim. ſatis commendaui, doctiſsimum doctiſsimo, optimum optimo: eſt cumulus, quod amicus commendaui. Ingolſtadij 6. Kal. Sept.

RO-

CLXXXI.

ROBERTVS TVRNERVS Clariſſimo Domino N.

EAm mihi mentem impreſsit natura, vt tùm me putem explеuiſſe numerum vel officioſi, vel humani, cùm nihil faciam, cogitem, coner, quod humanis moleſtiam, officioſis laborem ſoleat parere. verùm humanarum rerum rationes ita ſæpiſsimè fluũt, vt quæ minimè nõnunquam velimus, maximè ſoleamꝰ. id eò ſcribo, vt intelligas me ea neceſsitate vrgeri, vt contra quam cuperem aut optarem, cogar iter reijcere in diem Mercurij. Comes ſiue quod nolit, ſiue quod non poſsit, non patitur à ſe extorqueri, vt vnum diem hæreat. ego, tantùm abeſt, vt eius rationes velim inuertere, nedum euertere, vt moneam te me non poſſe, eum velle ingredi cras iter. tamen ſi tu id innuas, poſſe te commodius die Mercurij, quàm cras concedere nobis currum, ea me officij religione deuincies, quæ ſumma erit, ne quid dicam maius. nam cũ ille vnum diem nolit largiri aut meis precibus aut ſuæ humanitati, malim hoc etiam inter reliqua debere tibi. tamen ſi pergat ille eſſe impor-

Digitized by Google

ortunè moleſtus, abeat in bonam crucem cum urru, ego ſequar in malam cum equo mei ami-i. Vale.

CLXXXII.

ROBERTVS TVRNERVS Admodum Reuerendo Domino N. S. P. D.

MONACHIVM.

ILla mea mens eſt, eritque ſemper, vt quam virtutis vmbram video in magnis, eam non tàm prædicem verbis, quàm amem, colam, vnde officia beneficiave ex humanæ beneficæq; naturæ quodam quaſi fonte profluentia verbis gratiisq; ſoleo ita proſequi, vt meminerim omnem meam verborum gratiarumque vim eſſe velin officiis recenſendis aridam, vel beneficiis recõpenſandis nullam. Quare ſi non egero gratias tibi ampliſſimis verbis de ſumma tua in me meumq; humanitate, non eſt, cur mireris; cùm nec debeam nec ſoleam officiorum magnitudinẽ tenuitate verborum imminuere. tamen ne mihi inurat ingratæ mentis notã, ſi omninò taceam, id vnum moneo, me tuæ naturæ mellitam ſua-

ſuauitatem, ſuauitatis officioſam humanitatem ſilentio quodam non ſopiturum ingratè, ſed venerabundè culturum, tantiſper dum pro re obiecta huius ſilentii aperiam candorem, huius candoris edam fructum. quare vno verbo. tantùm innuo mutuum eſſe. quid vno verbo? nullo verbo ago gratias. *Vale.* Reliqua tacitus obſeruo & colo.

CLXXXIII.

ROBERTVS TVRNERVS N.

SVbſediſſe tuum furorem, nox interpoſita facit, vt credã; aut ſi non ſubſederit, malo meas literas te videre commotum, quàm meas aures te audire furentem. nam interrogando, premendo, conuitiando tàm furenter heri inuolaſti in me, vt non ſatis tibi fuerat me depinxiſſe ſtultum, puerum, nugatorem, procraſtinatorẽ, niſi etiam me aſpergeres mendacii tetra nota, aperto conuitio. non narro vultum tetricè caperatum, vocẽ acriter contentã, brachia cõtemptim proiecta, alia in menſa licentioſius dicta, geſta, quàm decebat amicum; id tantùm ægerrimè fero, poſt multã orationẽ multis cõuitiis, tanquam emblematis, bellè diſtinctã, te tandem mihi

mihi obieciſſe, nomen Angli, quaſi hæc A
notio plus haberet infamiæ, quàm ſtulti, pu
nugatoris, procraſtinatoris, mendacis reliq
turpitudines, quarum mihi notas inuſsiſti. n
hæc ſcribo, vt defendam Angli honorem, ſed v
rogem, ne quod mihi toties obieciſti Angli con
uicium, Ingolſtadij obijcias. ad reliqua conui-
tia, quibus me ſoles violare, idq; ſine vllo pene
meæ vocis fremitu, adijce etiam illum cumu-
lum, vt me notes ineptum hominem, facilè pa-
tior, ac patiar ſemper: id tantùm caue ſis ne ob-
ijcias Angli nomen aut notionem, ne quam ca-
pis malè dicendo, eam perdas tandem malè au-
diendo voluptatem. nam quos natura, tanquam
aureolos ſuos partus, finxit ad patientiam, ij in
gentis iniuria eouſque exardeſcunt, vt eorum,
qui gentem violant, originem, progreſſum, in-
tima, extima quærant, trahant ad vindictam.
quæ mens tantò hactenus à me abfuit interual-
lo, vt tu ipſe teſtis mihi futurus ſis, ac fortaſsè
etiam miratus ſis, quòd te aut obſeruarim tàm
piè, ac officioſè coluerim, ſenior adoleſcentem,
vt reliqua taceam, quæ tu noſti, ſi te noſti. Ego
me tibi promitto ſemper eum, quem noſti, can-
didum, ſuauem, pacatum, patientem, ac, quod

vnum

vnum omnia complectitur ſincerè amicum. etſi
fortaſſe tu facilè interpreteris has voces fluxiſ-
ſe ab ira, fluunt tamen ab amore, non fluunt ab
ira. nam hæc potius volui monere hîc, quàm In-
golſtadij, ne ad quem ſcopulum hîc impegimus,
Ingolſtadij naufragiũ faciamus incauti. Quip-
pe quæ expectat Academia homines, ea ſi reci-
piat pueros litium & ſerendarum authores, &
ſatarum propagatores, periclitabitur in nobis,
& iudicium principis, qui ſummiſit; & fama
magiſtrorum, qui docuerunt; & prudentia con-
ſiliariorum, qui probarunt; & diligentia ami-
corum, qui fauerunt. quare ſic nos componamus
ad pacẽ, ad amicitiã, vt meminerimus in ſingu-
lis vtriuſq; famã & cadere & ſtare. de me non
promitto magna, ipſe noſti ex mea longa cõſue-
tudine, quàm libenter amẽ quàm inuitè rixer-
niſi valdè laceſſitus. de itinere fac quod eſt cõ-
modum tuis rationibus, meæ non patiuntur ho-
diè vt diſcedam nam etſi heri monuerã facilè te-
debuiſſe mihi largiri vnum diem, qui nutu pe-
nè vnico tibi conceſſi quatuordecim, non ide-
dixi, vt expectes tuo incõmodo ſed vt oſtender-
fuiſſe rationem, cur me non tàm grauiter ex-
peres vultu, verbo, pileo. ſi diſcedas hodiè, nul-
pu-

o meam iniuriam ; ſi maneas, nullũ aut ce non magnum, puto beneficium. nam etſi ma ſumptu, minori tamen cruciatu cras ſequa es. tua tamẽ volũtate ſi maneas, inuito hodiè prandium, vt quod reliquũ eſt litis, deleamꝰ culo. Vale, meq; ama. raptim hac prima luce, ſt benè concoctam heſternam irã. Monachii.

CLXXXIV.

OBERTVS TVRNERVS N. S. P. D.

Quam mihi tua ſtultitia mentem iniecerat, nihil vt ad te ſcriberem vnquã, eam iã exuſit non tàm voluntas tibi gratificandi, elicinti altero iam tempore literas, quã ſtudiũ, piũ lanè illud, refellendæ tuæ ſuperbiæ quæ tàm eſt n ſcribendo ineptè petulans, quã eſt in faciendo mpudenter importuna. eſt doctrina quædã anicitiæ, vt ames conſtãter, ornes ſplendidè, niil hæſitanter de amico cogites, omnia ſeriò pro mico agas, deniq; vt offenſionẽ graui de re ſuſcipias ægrè, leui de re deponas facilè. ſed malè tibi narro amicitiæ doctrinam, quam nec domi tua cultã extuliſti foras, nec foris inuentam referes domũ, q ex media quaſi barbaria natus me ſincerè primũ fixeras, quòd tempore neceſſario ingreſſus ſum iter; deinde obruis conuiciis, quòd

hanc

hanc importuni hominis moleſtiã deuoro pati-
enter. ſed cũ nõ velis pati me eſſe Chriſtiane pa-
tientẽ, ecce tibi Turnerũ etiã hominẽ, qui a
deat: præſertim cũ in frangenda ſuperbia aud
re, ſit cum S. Iohanne elidere genus illud vip
rarũ, quod noſti, ſi euangelium noſti. ac de ſile
tii mei cauſa hactenus ne fortè erres, odium n
fuit, contemptus fuit. nam quemadmodũ &
dinis, & otii & voluntatis meæ ſemper fuit,
cis certare cum omnibus, prudenter am
ſic nec ordinis, nec otii, nec voluntati
cum ſtultè maledicis cõuitio cõtendere.
genere ſi quẽ rumuſculũ vellẽ colligere,
nos ſumerẽ & Bezas, in quib? refellẽdis
ua eſſet ingenii laus, eloquẽtiæ nõnulla:
les cõtẽnere, minutos illos homines, fæ
barie infuſcatos, cũ quibus congredi pr
Turneris. audin? ne te putes pulchrè
lum, dum impudẽter es cõuitiator. ni
barbaria vidi tuis aut verbis putidiu
terrogatiunculis cõfuſius, vt tu cũ n
poſueris ſecũdũ, ego vix ſciã quid refe
ſequar tamẽ tuũ filũ. de promiſſis hom
tu bellua eſſes, q me nulla cauſa in pr
occultè, in alteris apertè voces nequ

à tantillo homine inuri mihi patiar imp
patiar, ac vt me videas apertum, amabo te
hac nota. noſti illud Tullij, laudari à lau
viro, & aut ſi non noſti, intellige à me tanti
ferre quis quem laudat, aut vituperat, vt qu
illius veritatis quaſi anticipatio omniũ men
bus ſit informata in conuitio illorũ è fæce hon
nũ plurimũ eſſe laudis, in laude plurimũ con
tii. vnde certè eſt, cur tibi gratias agam de no
mine nequam. laus enim eſt non conuitiũ, quo
fluat à te, qui id tantũ boni viri habes, nõ videri
nequã. nã illa virtutis ſimulatio, quã domeſticis
tuis maculis, tanquam velum, inducis, poteſt
fortaſsè effugere aciem aliorum, meam non po-
teſt, qui tàm acutè video hypocritam, quam
tu ſubdolè tegis. illas tuas voces, reformatio,
concilium Tridentinum, ad gloriam Dei, pro
Eccleſia, & ſi quæ ſint huius generis, occine illis,
qui non norunt te ſimulare Petrum & Paulũ,
viuere Ouidium & Tibullum. quare incipe vi-
uere Chriſtum, aut perge Turnerum notare
nequam. nam quandiu es qui es, litem tibi non
intendam de iniuria. amabo potiùs de laude. ſed
vt Turnerum ornes magis, ſcribis teſtari o-
mnes, quibus cum Turnerus egit, ſe experien-
tia

ſia didiciſſe, eum aliud proferre, aliud inte-
re, valdeque importunum in petitionibus, [
didum in verbis, prodigum in promiſſis, nul-
in liberanda fide. verba tua ſunt, mi Valram-
quibus mitto quàm ſis ſtultè Grammaticus,
to tantùm, quàm luculenter mentiris. teſtan-
omnes. quos narras omnes? ſi quos habet a-
aula cultos, aut Monachium honeſtos, iurabu-
omnes tàm Turnerum eſſe factum ad cand-
rem, quàm te eſſe vafrum, & ſuperbiæ, fictæq-
mentis inſperſum lituris. quod ſi illos loquer-
homulos ex luto fictos & argilla, vide ne mea
minus interſit quàm tua, horum verbis tribu-
fidem, qui te pingunt tectum, fictum, ſuperbum
Thraſonem cùm non ſit neceſſe, cùm ſit neceſſe
Dauum, ad quiduis potius natum quàm ad ho-
norem. Vale.

CLXXXV.

ROBERTVS TVRNERVS N.S.P.D.

MAlefidum, verbum puto peioris ominis, quàm ſignificationis. at vſum petis, & apud quem. liberè profiteor, nuſquam mihi vocẽ

lectam, auditam tamen fortaſsè etiam lec ſed nullius memini. Neq; tamen ſum tàm de tus, vt eam, ſi ſubeat in ſtylum, refugiam & uitem, tanquam ſcopulum. Bona enim eſt v fluida, ſignificantiſsima, planè ad normam i rum vocum; maleficus, maleſuadus, maleſan quas triuit vſus, & calamus Ciceronis, Cæſar Virgilii, aliorum. Miror ſanè te hærere in ſa bra huius vocis, & verſus, qui rerũ vocis & verſ non tàm accuratè obſeruas. Aureolus eſt ma verbi (ſi tamẽ malũ verbum) ſenſus, quem vell tibi inſcribi, imò inſculpi. Liberior enim, quàm pro tempore, vt verbo verbum, ſic re rem huius verſus videris contemnere. Voco te ad mentem Seiani, viri virorum prudentiſsimi, qui nunquam prætulit aut lætiorem vultum, quàm cũ mœſtiſsimus; aut vocẽ viuidiorẽ quã cũ fractiſſimus. Seianus ille fuit, qui cũ exciderat Cæſaris ſinu, Cæſaris vultũ non curabat, immò curabat pudẽtiſsimè & prudẽtiſsimè. ſolebat dicere, Nõ poteſt ferre meam vocẽ? debet. vult? poteſt. Vſu is tandem & fronte effecit, vt nullus Cæſari charior. Ad conſtantiam Seiani ſi te conformes, dextera, quam hodie tetigiſti, erit ſacra non ſolũ ipſa in ſe, ſed etiam tibi. Muſcæ, quæ iam inſigunt

figunt aculeos in hunc tuum candorem, ſi paululum frontem, & in læſa mente pr- vocem placidam, deuolabunt omnes, & in dij quodam quaſi ſtercore morientur. Pe vidi, ſibi peſſimos ſemper, non bonis: & qui cipum candorem traducunt, aut educunt lineam, plerumque incurrunt in grauiſ principum offenſiones. Amor me facit in qui philoſophor libertinus ad Senecam de ſtantia:

Haud fieri prudens mihi poſſe videtur am
Cui non fraude prius fictus amicus obe

CLXXXVI.

ROBERTVS TVRNER

Reuerendiſſimo Epiſcopo N.

ETſi officiis, quibus me plurimis profect es, officiũ mallẽ reponere, quã verbũ: hu nitas tamen tua non leui indicio exerta, ſed no in me alueo quotidiè effuſa cogit, vt vnis literulis teſter, me non ſolùm tibi plurim debere, ſed quærere etiam omnẽ occaſionem, quicquid debeo, aliqua vel minima ratione co pendandi. Id quidem volui, & certè debui ſign

ficare tibi: verùm mea natura quàm promp
benè facere, tàm tarda blandè dicere (vt inqu
D. Hieronymus) hactenus me tenuit, ita tam
tenuit, vt intimis ſanè ſenſibus doluerim, quæſ
tam potius mihi hactenus quam inuentam re
ferendæ gratiæ occaſionem. Hæ igitur literæ
ſunt, non vt referant, ſed vt habeant gratiam,
promittantq́ tibi à me omnia officia tàm para-
ta, quàm amico ab amico, aut fratri poſſunt eſſe
à fratre. Iſtud hoc tempore parcè ſcribo, & quòd
ſtatuo te de hac mea ſinceritate nihil dubitare,
& quòd tua in me merita vberius factorum,
quàm verborum requirant officium. In nego-
tio meo vix audeo rogare, vt pergas (ex reipſa,
& ex literis P. Poſſeuini ſatis intelligo, quàm
ſeriò hactenus meum negotium vrſiſti) tamen
quia plenum officium eſt, quod leui principio
prætexuiſti, id omni numero explere, volui vno
tantùm verbo rogare, vt quam meæ fortunæ
telam orſus es, eam primo quoque tempore per-
texas. Noſti illud Comici, appendi pondus offi-
cio ab eo, qui citò expedit. Inter moræ culpam
non reſidere, exploratè noui, qui ab omnibus au-
dio, quàm ſis officioſus. Quò ſanè liberius vr-
geo, vt quæ in aliis eſt culpa (ſi qua tamen eſt)
eam

ſibi: verùm meo natura qu
tere, tam tarda blandi
onymous) hactenus me tempo
tenuimus ſanè ſenſibus di
mihi hactenus quem
tue occaſionem. Hæc qu
referant, ſed vt hac
tibi à me omnia officia
ab amico, aut fratri poſſ
ec tempore parte ſcrib
ea ſinceritate nihil
merita vberius
tiuitate officium.
are, vt pergas ſe
ni ſatis intellig
gaetum
, quod leui
o explere,
tam mea
ue tempore
ndi

eam tupro tuo in me amore remoue
vim meis precibus ex verbo Seren
qui cùm intelligeret, me ad te dare
ſolùm ſuam in te prolixam voluntate
ri meis verbis voluit, ſed etiam grati
de labore, quem meâ causâ ſubis, & g
ne vberem, quoties aut tempus occaſ
occaſio rem obiecerit. Hanc ego occaſ
ſimè vſurpo, habituram, vt ſpero voce
illius Principis, quem habet Augu
dulciſsimum & probiſsimum. Huius
virtutis teſtis hoc tempore ſit illa opt
cipis optima vox, id à te officij rogan
nomine non ſolùm ſacros Pontificis p
reris oſculo, ſed etiam id quicquid a
quoquo modo poteſt proficiſci officij
ſedi Apoſtolicæ ſubmiſsiſsimè ſubiecti
feras. Hoc tantulũ pio Principis deſi
ſcio te non velle negare, nolui nec ſ
pluribus petere: iſtud tamen peto, vt ſa
manus ſacram benedictionem, à te ſibi
tam, proximis tuis ad me litteris pius
intelligat. Vale, Eccleſiæ Dei &
micis diutiſsimè v
tilis.

CLXXXVII.

ROBERTVS TVRNERVS N. N. S. P. D.

ECcas tibi meas conſolationes. ſi qui inuideant, puto me magnum. nam inuidia, tanquã flamma, petit ſumma. ſi qui malignè mordent, puto me iuſtum. nam os malignãtium ſuper iuſtos. ſi quam mihi præcerpãt honoris particulam puto me leuatum. nam honos, onus. hominum famam quidni contemnam? fumulũ & ventulum. at propter alios. quid alios? aliis maior Chriſtus. cum quo, & propter quem pati, quàm dulce? ſi qui me fortè opprimunt, ſupra quàm videor poſſe ferre, mox ſubrecto in cœlum ore & corde appello Pauli formula, Aufer à me, Chriſte, ſtimulum iſtum: & è cœlo eccam punctulo vel vocẽ, Sufficit tibi gratia mea; vel aliam operam, certam, paratam. dixit ethnicus rex, regium eſſe [illegible], malè audire; Romanus miles, Romanum eſſe, agere & pati fortia: & ego Chriſtianꝰ fluẽs ex Chriſti Romana diſciplina, & exilii quadã quaſi manu ſubactꝰ & mollitꝰ ad maxima, fecero magni verba hominum, nõ magna? quid? quòd ne homines quidem ſunt ple-

runq;

CLXXXVII.

BERTVS TVRNEI
N.N. S.P.D.

...bi meas conſolationes. ...
...nto me magnum. ...
..., petis ſumma. ſi ...
...ſum. nam os malignis...
...uam mihi præcerpſit bo...
...e ſeuatum. nam bonus ...
...uidui conſummam? ...
...ropter alios. quid ...
...quo, & propter qu...
...ne forte opprimat...
...e, mox ſubrectio...
...formata, ...
... è cœlo ...
...gratiam meſ...
...m. diuinum...
...; Romam...
...i fortis: ...
...
...

runq; qui conuitium faciunt, ſed quædam
hominum puppæ. deniq; vſus iám me in...
ſeptum, & rationis quaſi gyrum ſtatu...
quis me vellicet, vix doleam; ſi quis lau...
gaudeam. dei ſum, quiſquis ſum. quare
maledicos non alieno verbo, ſed meo...
clarè refellere: vt boni, quibuſcum n...
ſi viderint ſtantem, illos facilè irri...
tes. id quod feci cuiuſdam ſcitis aul...
rè, vt poſtea Principi ſuo fuerint ...
ci propter apertam contumeliam ...
ſciti propter occultũ odiũ: ſi veli...
amo: ſi non velit, hanc mihi ſpin...
gemmam, adſigam coronæ meæ.

CLXXXVIII.
ROBERTVS TVR...
N. ſalutem.

IN tuis literis legi Ariſtotele...
ſtum. Cum amico vero quod ...
na, Platonicum eſt: quod vti...
la; Chriſtianum: quod in rem ...
riſtotelicum: & ego certè. ne ...
ſtotelis, aut Platonis, aut Ch...
... cum amico quicquid volo, ...
...iſum. Vale.

CLXXXIX.

OBERTVS TVRNERVS N. S. P. D.

Q Iſi effuſè, cùm inciperem ſcribero. quid iã-
dem riſi? tuum illum menſem, longiorem
ultrò, quàm quem ſcribunt Lappenſium. bi e-
m quatuor ſpaciis, tanquam menſibus, defini-
nt annum, tu tribus. oblitus es illius menſis?
culco, vtinam per te eſſet, vt dicerem, inſcul-
menſem pepigiſti, finẽ tibi ſilentii, mihi feli-
tatis principium. at iam quartus interfluit,
m tu omniâ Harpocrates (ô Philoſophum
rùm ciuilem) ne id quidem ſcribas, te viuere.
mihi effluis ex hac vita aquula, an ego tibi
memoria? ſi viuis, mihi etiam viue. Nam
o, et ſi ſine te medius, viuo tamen tibi: & vt
agis viuerem tibi & tuis, te & Friburgum tu-
n petiui. Nulla ſpes tui fruendi? ſcribe hoc.
ac via, ego inuenio vel aliam ſtationem quie-
s, vel alium æſtum Euripumque laboris. per
ſum te, reſpice me; per ipſa tua, ne deſpice mea.
ud mea? tua æquè, vt ſi pereant, tibi certè æ-
è pereant, atq; mihi. ſatis de hac re. ſcribe
quic-

CLXXXIX.

...RTVS TVRNI...

N. S.P.D.

...cùm inciperem ſcribere, pi...
...nam illam menſem, ...
...m ſcribens lappenſum...
...s, & nunquam menſibus...
...ius. oblitus es illius...
...eſſe, vt dicerem, ...
...tibi ſilentio, ...
...em quartus ...
...(ô Philoſ...
...m ſcribas, ...
...ipulo, ...
...ciam ...
...Friburg...

quicquid eſt, aut futurum eſt...
languere deſiderio tuarum.

CXC.

ROBERTVS TVR...
Doctiſſimo N.
S.P.D.

Literæ tuæ, quò rariores, eò affici...
mentius. Nam cùm mellitæ ſint...
oris moriſq́; ſale interſperſæ, nihil miru...
opto, quotidianas, eas tardius rariusqu...
tantes, & amē verius, & legam libentius...
re vt augeas mihi hanc voluptatem, tun...
gē diligentiam: ſcribeq́; non quoties obie...
caſio, ſed occaſionem erue & elice latentem...
dio apud vos eſſe, cui quotidie ad me poſſis d...
ego ſi itidem poſſim, videres nec ſegnem...
breuem. ſed tu, quia in tàm multa occaſion...
breuis, nihil perſtringes, ſi ego in nulla occa...
ne penitus ſim piſcis. Quanquam non omn...
piſcis. ſcribo enim, quoties eſt, per quem poſſ...
Quare ſi vis, vt ſæpè ſcribam, fac vt habe...
cui ſæpè poſſim dare. ſatis hoc tempore. Qu...
br... erit, (ſi mea mihi ſpes non intercidat)
cor...

coram inter nos amemus, loquamur, mutuò diſſuauiemur ocellos. De puero Geſtneri, ſis extra curam: nam ipſe apud nos extra noxam, honeſtè legitimeque natus, & fidei apud dominum hîc ſuum nunquam dubiæ, fluxæ, ſuſpectæ. ſi quid illi indolis ad ſtudia, largire hoc Deo, vt hæc illi indoles tota non pereat: non quòd eum velim totum in ſtudiis, ſed tantùm, quantum tua negotia ſinunt. Carmen meum quæſitum non occurrit, in ſchedas meas numeroſiſſimas reconditum. nam nullus hominum minus contemptor ſuarum nugarum, quàm ego. occurret, ſat ſcio, & mittetur tibi, non quod dignum te; ſed quòd non indignũ me, iam nauſeabundo ad has delicias. miror non traditum tibi. Vale. Eyſtadii. Idibus Auguſti 1591.

CXCI.
ROBERTVS TVRNERVS
Nobili & Magnifico Domino N.
S.P.D.

NIhil eſt in rebus, quod cupio magis, quàm libare ſemper, non tàm ex deliciis veſtræ men-

*menſæ, quàm ſermonis, ſuauitatis, conſu[…]
nis. Vbi Gratiæ & Muſæ ſtillant & inſti[…]
nonne ego libenter exugo? ſi quis certè […]
num, profiteor me hîc gulonem, magis […]
quem paraſitum pingit Plautus, muſa[…]
pater. Nam vt arbiter Petronius, […]
deliciæ, ex Philoſophi menſa, ſic ego ex[…]
bus poſt diebus habeo, quod ſugam, &[…]
minans, non ex ſtomacho ad palatu[…]
boues hominum) ſed ex mente ad cal[…]
ducam & linguam. Hodiè tamen æq[…]
molliter, ſi has ego mihi delicias pr[…]
roges, quid cauſæ, ne ego illud vſurp[…]
necæ, ſatis cauſæ, amicum comme[…]
ſe. Tamen ſi forte putes h[…]
cauſſam nimis olere de Stoa, ad[…]
lias. Prima eſt, me à ſexto ian[…]
firmi ſtomachi eſſe, vt cui & nauſe[…]
à cibo non magna voluptas. hodiè[…]
prurientem orexim, ſed quam no[…]
florem in herba, ſtatim exting[…]
probas hanc cauſam? e[…]
alteram. Inuitaui[…]*

(:)

Digitized by Google

CXCII.

ROBERTVS TVRNERVS Illuſtri Domino N.

INGOLSTADIVM.

Ne tu homo es parùm aulicus: qui & præſens tàm ſæpè, & abſens tàm ſolicitè inculcas. At nunquam reſpondi. id ipſum, non reſpondere, alicui ex aula, immò ex ſchola, eſt clarè diſtinctéque reſpondere. Iſtud hoc tempore etſi ſit atis, tamen vt non putes me ſequi potius ſenſum, quàm rationis filum, adfero cauſas, cur aut antea tacuerim, cùm eſſes præſens, aut abſenti nunc tàm enucleatè reſpondeam. Primùm tacui, vt tu taceres, & qui ea mente eram, vt nollem tibi quicquam negare, tu ea modeſtia eſſes, vt à tergiuerſatore (tacere enim [illegible] ari) vel amico tàm frequenter, vel verecundo tàm importunè iſtud non exigeres. Sed cùm tu non ſinas me tacere, pergaſq́ moleſtus eſſe, quoad ego deſino eſſe modeſtus: en iam deſino, & qui tuâ causâ omnia volo, iſtud de N. cuiuſquam causâ, nego me poſſe. Neque mea vox poteſt illi ſemper eſſe præſens, vt Campiani manus Dua-

ci mi-

CXCII.

RTVS TVRNIV

Illuſtri Domino N.

NGOLST, ADIVM.

ti mihi. ego ita eram paratus ab
Campiani manus mihi fuerit ſa
dique imparatus, vt mea illi vox
quidem ſit futura ſatis. Pulchr
quam in peregrino fuit tàm illu
ſordes vulgi non adponebāt ſord
regrino. Alioqui peregrini, qui
terunt, vt vulgus hîc ferat vnu
ximè cùm vulgò notum, reli
Anglis inſtillatam. Sed duo A
vno loco, facilè efficient, vt ne
Academia alia ratio. omnes ibi
turant, non cuias, ſed quis quiſq
nis captant fructum, quò facil
At vulgus hîc peregrinum via
dit, vt monſtrum: non quòd
labes, ſed quòd illa vbique per
audire & loqui neſcio quid mo
inuidiam peregrino nomini inna
bi numerus. Vnus fortaſsè non
non offendo) & vnus vt min
diſpliceam, vellem eſſe medius
medius eſſe non poſsim, tu tua
noli efficere, vt ſim duo. Vnus
nōnè cado? ſed ſtultè pono hîc

A

N. non ſeriò hanc rem vrget, ſed me facit ludū. Nec locus, nec menſa, nec populus iſte placet, ita ille mihi adfirmatè ſæpius. Hæc ergò mihi relinquat, meras delicias. Aliud eſt, cur eū putē nō ſeriò agere. Thomæ Edoardo me pinxit hominē ſimplicē, & patentē omnibꝰ omniū inſidiis, vt qui animum in fronte & lingua geram, non facilè offendi, vna amoris & beneuolētiæ vocula delinitum facilè placari, nihil ſe magis poſſe, quā me, vnde velit, auertere, quò velit, vertere. capus me dedā ſpontè in huiꝰ vulpeculæ laqueū? hactenus iocamur, ego de illo, ille de me. Id ſolenni diæ fidei formula ſanciebat, ſe non poſſe mecum viuere, penitus Germanizato. quid hoc verbi? Ego (quantū vidi & noui hanc gentē) in ea plus vidi, plꝰ noui cādoris, fidei, magnanimitatis, quā in reliquo orbe. has virtutes bonꝰ homo cur tātoperè in me refugit? vt magis fugiat, profiteor palā, nihil me in rebus cupere magis, quā eſſe ſeriò Germanizatū. Nā huic genti cūm referā acceptā meā Theologiā, Romæ; meū honorē hîc: inferā (ſi poſſum) in cœlū, certè in tumulū, vt dicar vel legar poſteritati, Turnerus Germanizatus. Is fortè innuit, me bibonē. bibonē? qui ſæpius bibitiones vitore, quā ipſe volū-

tate?

tò hanc rem vrget, ſed vijdè
nec menſa, nec populus ipſe
formatè ſæpius. Hanc ip
is delicias. Aliud eſt, qui
, Thomæ Edoardo ne p
iſ paterne amici amic
in fronte & lingua ge
a amoris & beneuole
è placari, nihil ſe ag
auertere, quò vel
è in huius vulpecula
o de illo, ille de me
ſanciebat, ſe
Germanizata
& noui hanc
is, fidei, magno
is virtute
? vt magis
us caper
hanc
oma; n
T

tate? fero poculū, fateor: fero, inq
quæro. Tanti huic iſtud tantund
cauſa, me non ferat? Sed ille forta
eſt, vt facilius ferat Italizatum, g
nizatum. monſtrum tamen id eſt
iſtud Germani madidū. ſed aliud
ſumus apti & nexi à natura, vt o
ferat, quā me, ego illum vbiq; pot
hoc ego quodā iudicii ſenſu, ille ill
ſtinctu, vterq; vtrumq; (ſpero de i
deo) nullo voluntatis vitio. Quar
ames, ne te inſeras nobis mediū. po
ſed non gluten, nō magis planè, qu
lateres. Extra hoc vnum, illius ca
nia: & certè hoc etiam vnū, ſi vni
rum eſſet damno, immò fortaſſe
fortaſſè per ſuos illos, ne ego po
id tamē habet à me candidi & Ge
ri, vt apertè profitear, me nihil h
ſaluebit à me D. Bogerinus, obſeq
à patre filius, officioſius quàm à fi
tū is hunc mihi habeat honorē, vt
id ego illi rependo officii, vt eum o
mem, quàm filius patrem. Quare
eſt ſua voluntate filius, tàm erit

obſequio pater, id eſt, quodam amoris miraculo conſequetur, vt ſit vni eidemq́ Turnero filius pater. Delicias, inquiet ille, verborum. potius animi. Nam ex radice animi ille emerget flos, ex ore verba, verè verba, quibus mens promitur, non exprimitur. Heri mihi ſermo de illo cum noſtro Cancellario, homine hominum doctiſſimo, prudentiſſimo. Cupijt duo; primùm, illum ſalutarier; alterum, ſui apud Sereniſſimũ Ferdinandum nominis mentionem inijci, & reuerentiæ in Auguſtum nomen. Salutabis clariſſimum Fachineum. Eyſtadij 25. Februarij 1591.

CXCIII.

ROBERTVS TVRNERVS N. S. P. D.

ROMAM.

E cælo lapſum, qui Eccleſiam reſtituat Germanis, ſeu verius Germanos Eccleſiæ. nam ſic curat non corpora, ſed animos in corporibus, vt arbitreris eum natum ad exhauriendos inferos, cælos implendos. quid multus ſum? non noſtræ ætatis princeps eſt, ſed antiquæ Epiſcopus.

quare

quare ſi huc venias, non eſt cur dubites
more, honorantur ſacerdotes; aut de vict
nantur docti; aut de beneficio, cumulant
ni; aut de, nolo eſſe minutus. nam nihil p
deeſſe cuiquam, qui facit ſtipendia tàm p
ci. ineas ergò quæſo rationem (ſeriò ſcribo
liqua putes me iocatum) ſtudiorum tuoru
ligentem, morum commodam, vt ſis miles
tali duce. facis peſſima, potes optima, ſi
cur non vis, quod potes? et ſi Therſitem fui
erat per ſe turpe, tamen turpiſſimũ fuit T
ſitem fuiſſe ſub Agamemnone, niſi tibi for
futurum ſit turpius, ſi ſis perueſè ſacerdo
Gulielmo ſancto duce. promittis te foreſan
lum? non credo, niſi credas Rectori homini
cietate Ieſu, docenti, facienti. pendeas ab il
ore, docet recta; tradas te illi in diſciplinam
cit optima. nihil detrectes in Collegio, ſunt
mnia perutilia. videntur iam tibi leuia ac p
ridicula. videbantur & mihi. ſed quanti re
rat illa feciſſe in Collegio, vt ſi non illa, tam
erſimilia facias extra Collegium ad eand
normam, vix credas. neq; ego credidi, credo
nen iam, ac tibi author ſum, vt credas. cur
is vti rectore familiariter? qa vtitur ille.

cur non credis Rectori? quia credit ille. apageſis iſtas voces, iſtas cogitationes apage ſis. puerorum ſunt, ſtultorum ſunt. ſi iſti mali ſunt, turpe eſt te vinci in re bona à malis iſtis ac ineptis hominibus. ſi boni ſunt, cur non perſequeris veſtigia bonorum? eunt illi ad Rectorem frequentes, vt videantur boni? eas tu, vt ſis bonus. faciunt omnia ad præſcriptum hypocritarum more, vt aucupentur gloriolam? facias tu omnia ad præſcriptum, vt gloria Dei in tuis actionibus eluceat. ſunt lupi, videntur oues? ſis tu ouis, nec videaris lupus. age ergò, ſume animos (nam non deſunt tibi vires) ac rem Dei aggredere citò, ſeriò, vt poſſis tueri illam expectationem, quàm tuæ virtutis ac doctrinæ excitaui, excitatamq; alam, perpetuoque fouebo, ſi pergas iam tandem mihi credere dicenti benè, qui credidiſti Romæ facienti malè. ſcio tantò tibi difficilius fore credere dicenti, quantò fuit facilius ſequi facientē. at ſi potuiſſem exprimere, quàm intimis nunc ſenſibus angar, quòd nō fecerim aliquando, quæ dico nunc, crederes verbis pœnitentis, non inhæreres veſtigiis peccantis. vis vt dicam? pudet fuiſſe victum à pueris, à ſtultis, ab ineptis hominibus, ac ſic pudet,

det, vt pigeat frontis; ac ſic piget, animi; ac ſic pœnitet, vt ſum ā iam culpa. nam quicquid ago, ago cu cum pudore. ô vindictam. non imit ne ſubeas pœnam. ac ne German finxiſſe, ex illis vnum (noſti ſen entia mea me fecit gratum in amor oculatum in tuis rebus. tua dolem, naturam, ſpem, ſuauitatem nem in ſtudia, ne viuam, ſi non am amem, vt meus amor, tanquam diutius quibusdam quaſi cineribus tuerit, eò iam vehemētius erumpat clarius in iſtis etiam tuis rebus, qu gij, quæ erunt Bauariæ. audin'? quantum momentū ad res tuas hîc c allatura ſit cōmendatio Rectoris, cu in illius gratiam? vellē te conficere cursum, vellem te venire ad nos orna ſcholæ laurea, vellem te defendere, t ſcribere Sereniſsimo noſtro duci, ve quàm honoratiſsimum eſſe Roma in hîc in Bauaria, at hæc cum non poſ vultu Rectoris ac adeò animo, cur non in eius gratiam? immò ſi non poſsis irrep

m irrumpis? ſtultè verecundus es. Ingol-ſtadii.

CXCIV.

OBERTVS TVRNERVS Nobiliſſimo Doctiſſimo Domino N. ſalutem.

Vide infœlicitatem meam. Cogitabam rectà ad te Auguſtam. ſed excluſit cogitationẽ neceßitas impoſita à negotio. quod tanquã ancilla, elabitur mihi è medius digitis, niſi calidũ m abore amici vrgeo. Noſti tu pro vſu, quem rebus humanis habes, oportunitates optimas rti momento, illumq; haberi (vt inquit Flo-s) ſtultißimũ, qui ex mammilla fortunæ, ob-a, & puncto, & plenè non haurit. Sed quam hi mentẽ veniendi ad te inuertit neceßitas, m non tamen euertit. Nã poſt hoc negotium, od iam ago confectũ, illud proximũ erit; ve-re ad te. Interea temporis largieris mihi te, in gotio, nec nauci, nec momenti. Quæritur, quod ſcis, qui Bromero operam ſupponat vicariã, re libraria, tuo arbitratu, inſtituenda. q iſtud omero poteſt ſcientius inuenietur nemo. ſed ũ ſæpius cùm diſtineant podagra, fluxio ca-

pitis,

pitis, febris, ætas, alij morbi: meret
gentia hominis moleſtiarum teli
non dico rudem (magnum certè n
hominem rei librariæ tàm gnarum
riari) ſed aliquam tamen vacatio
ribus, qui te præſente, videntur ſ
tui. horum laborum ſocium Brome
guſtæ, nec per Muſas ipſas, alibi qu
Monachium ſubminiſtrabit tibi
mum à corpore, nauum, ſcitè pinge
rum plenè in tuo nutu, & politum
quæ te commendant orbi. Nomen
ſens præſenti. Nunc te tantùm rog
quem innuo, præferas reliquis, qui
aut prenſaturi ſunt, omnibus. erro
putas aliquem. Egon' tantuli cerebri
vt obijciam tanto negocio? Vt ſis ext
nem curam, vir eſt ſupra omnem al
nis ſcilicet Monacenſis, qui fortunas ha
tute tàm benè fundatas, vt poſſit à nu
dere, velit tamen à te. eccum tibi homi
ſtomachum tuum, qui videtur quærer
ex labore fructum, ſed ex tua conſuet
laudem. Videor ab homine impetraſſe
videas hominem: vidiſti? Amabis, at

Ca 5

pleeteris; non vt laudatum à me, ſed audandum ab omnibus. ſaluebit ille Mu- m (ætas hominis non ſinit, vt dicam) fi- , filius tamen aureolus Occo ille tuus. e.

CXCV.

OBERTVS TVRNERVS obili Domino Hiltprando Meckhe- ro à Bulghaim I.V.D. amico S.P.D.

ROTVILLAM.

Bfui domo iam multis diebus, redeunti ob- riiciuntur binæ tuæ literæ: in quibus amas de quibus amo te. Nam amori merces ſolus or. De rebus meis id vnum eſt certum, om- eſſe incerta. Adhuc nihil eſt confectum: nia tamen ſpero. Hactenus præter ſpem m, inueni in homine fidem, facilitatem, ſtantiam. Nihil certius, quàm rem exiturã voto meo. Princeps valet, & vt diu valeat leſiæ, & diœceſi, faxit Chriſtus author Ec- e & diœceſeos. Extra hoc nihil noui, niſi rtè ſit noui, Vlmerum ſucceſſurum in lo- cum

cum meum. eſt bonus vir, & il
Id vereor, ne quidam hîc eum vio
lancinent. ſi hæc ſit (certè ſit, pre
certè bonus vir erit ouis coràm
immò lancinantibus. Nam bon
eſt, modeſtus, paratus, pati ſecur
tem, omnia. Nihil eſt eo meliu
de Gallia ſi quid noui, fac me cert
Friburgo manet mens, & mane
viuo. Qui fuerunt, & (vt Frider
ſunt tam prolixo in me amore, ec
infinito complectar, infinitæ certè
litiæ. Poſt fuſius: nunc morbus n
minus poſſum, quantum vellem,
vellem. Valeas. Eyſtadij. 23. No

CXCVI.

ROBERTVS TVRN
Reuerendiſſimo in Chriſto D
N. S. P. D.

GAuiſus ſum intimis ſenſibus, te
ſaluum. Nam iter Monacenſe
illud, & planum, cum ventrem mih
rit, viresq; reliquas penè attriuerit:

tibi à monte, à mari, ab aliis difficultati-
uæ plurimæ tàm longam viam neceſſariò
epiunt. ſed emerſiſſe te, ſi tibi fauſtum,
ertè eſt feſtum. hæc amor in te meus &
antia voluit, immò debuit præfari. Dere
egi. Vale.

CXCVII.

BERTVS TVRNERVS
erendo N. Societatis Ieſu S.P.D.
Scripta nomine Ioannis Epiſcopi N.

On potui non gaudere, cùm ex literis P.
Schererii intellexeram, cauſam meam V.
iſſe non cordi tantùm, ſed etiam curæ.
cùm veſtræ cogitationes in cœlo maxi-
cleſiæque rebus fixæ ſint, me in harum
rum cogitationum partem veniſſe, tan-
nſe habet voluptatis, quantum ſcribendo
ne vix quidem conſequi poſſum. ſed
eſt ſuprà facultatem, cùm non poſſit nec
t cadere in rationem debiti; erit veſtræ
manitatis benè mihi feciſſe, ſic charita-
nc meam gratam de veſtro officio men-
ui bonique conſulere. Non poſſum in
veſtram

veſtram Reuerentiam ponere be
quod, vel quòd meæ fortunæ teni
ſinat, vel potius quòd veſtri ordini
ſita eſt ſupra omnem humanæ
cultatem: id tamen Reuerentia V
tuat, meam fortunam ita totam eſſ
veſtrique ordinis poteſtate, vt tùn
arbitraturus me fœlicitatis expleſſ
cùm hanc meam voluntatem aliqu
ſto toti orbi declarauerim. Non ad
mea natura poteſt, nec veſtra in m
merentur: liberè dico & ſanè libent
bus beneficiis, quibus me Deus or
lũ me agnoſcere maius, quàm id qu
me ex veſtræ ſocietatis beneficio & a
eſſe. huius meæ mentis Deum iam hab
& teſtem certè faciam terram ſi vnq
occaſio. Interea temporis V. R. me
gratum, & ſocietas tua ſacra filium
le, meq; aggrega tuis. Monachi
20. Auguſti. 1592.

CXCVIII.

ROBERTVS TVRNERVS Illuſtri Georgio Talbotto S.P.D.

MONACHIVM.

AVla habetnè tantùm boni, quantũ belli? ænigma verbi nullus puta. bellum dico, nõ Bellonæ (quanquam bellum ibi huius generis, bellum ſcilicet inuidiæ, quod te non tanget) bellum dico, politulum illud, & limatulum, quod oculo, aure, manu, alia corporis vel conformatione, vel Venere metiuntur veſtri, qui ex aula, tanquam arce, nos miſeros, & humi ſtratos diſpiciunt & deſpiciunt. omnia, vbiuis aularũ, ad hanc normam bella. nunquid æquè bona? ô bonum iudicem, ſi taceas. nam nihil, ſat ſcio, loqueris ad meum palatum. incidi, neſcio quo pacto, incidi tamen in Cyrcæam potionem, qua factus alius nihil cõtentius clamo, quàm aulæ delicias, non diuitias tantùm. etiamnè? Diogenes nouus meas mihi rides delicias? dolium, dolium tibi, non aulam: neq; tamen alter ego Alexander patiar tibi dolium tutum. multabo, multabo te male

mala fronte, malo calamo, malo verbo *gitulo vno probabo, aulam*, cæli; aulico *gelorum; Principem, Dei* præferre for *veram formam, viuam formam.* fru *tergiuerſaris de aulicis*, ſæpè malis. aula *video, verum cælum*: vbi ſunt aliqu *quos Deus, tanquam Princeps*, multet *ctet, pellat. At ego* dudum reus ma *tis, qui dudum omnem* aulam, ſordem *ium dixeram infernum. Vnde* hæc mi *ua oratio? ex mente. vnde* mens? ex cæ *eſt, aula mea, Alexander*, non Oedipus *mea. At mihi aula vnde?* Ardelio tu qu *mihi, πολυπράγμον.* vt magis credas Ale *drum, Græcam iterum* audi contume *πολυπράγμον. tantumne* mihi, nouo Prin *credas à negotiis otij, tibi* vt omnia quæ *quiritanti, velim reſpondere?* Tui tamen *ſa, ad punctum temporis*, perſonam pono *xandri, ſumo Turneri. V*enit ad me vir n *nominis, hæſit biduum*, & carmine elegan *gutatur, meam bibliothecam*, aulam, ſed a *doctorum; me Alexandrum*, ſed bis, *condiit ſal Muſæ, Alexandrum.* apud *enim Principes ſe fuiſſe*, nullibi tam

tius ſibi aut lautius, quàm apud me. ô ſordem, mi Talbotte, ſordem Principum, præ hoc Alexandro. ſatis irriſi, ſcholam, aulam, mundum, & (ne ego ſolus videar non pars mundi) ipſum me. ſeriò iam hoc vnum apud te, nouum aulicum, ne contemnas literas omnia nugacis. Sidonius Apollinaris (ô dium authorem) Principem comparat igni. proximus es? fuge, mi Talbotte, fuge. cōburit. longiſſimè abes? accede mi Talbotte, accede. non attingit. medius es, & intra Principis, tanquam ignis, vim potius, quàm flammam? hære, mi Talbotte, hære hic. calfacit. breue iſtud dictum ſed grauidum ſenſu, dignum Apollinare magiſtro, dignum te diſcipulo. Vale, & in media aula aliquid ſepone temporis, contemplationi mei in te amoris. Iter tuum vix probo. nonne vides inſidias? & meras ſanguinis tricas? ſi hoc te loco mouerint, facilè te putant in Angliam traductum iri. ex loco hæc conſtantia, & non ex mente tua? melius (ſi quid tamen poſſum ſentire melius te) melius feceris, ſi patrem doceas literis, te ſequi ocellum & fortunam Principis Bauari; nec quo puncto ingreſſus es aulam, eodem te poſſe cum honore egredi, ad tantum iter. quare expectari à te aliā

patris

patris mentem, aliam penitus, aut ſi i liam, hanc iterum explicatam. Sic & i effluet, & tu eris boni patris bonus fili potius inconſiderati patris conſideratus Eyſtadij.

CIC.

ROBERTVS TVRNE[R] admodum Reuerendo & Do- ctiſſimo N. ſalutem.

ROMAM.

ETſi non multa mihi tecum conſuetud ceſsitudo nulla: ſingularis tamen qu tua humanitas, dicta aliis, probata amicis facit, vt cum nullo iam Romæ optem mi ctiorem neceſsitudinem, non conſuetu tantùm. Nam cum res meæ penè requirar ſim Romæ; valetudo, vt in Germania: e tè trudor anguſtiarum, vt tertiam perſ viam, qua & Germania, altera patria, m uet ſanum, & Roma, ſola fidei & Theo magiſtra, me abſentem habeat, tanquan ſentem. Illa via, ex te & in te eſt. explic verbi. Rationes meæ poſtulant, vt quand am in Adelſach Parochiam Canonicatu

ti

tislauienſi (cuius poſſeſſor eſt, Reuerendus D. Fridericus Staphilus) commutem. Vt autē commutatio Romæ fiat, res requirit aut præſentem me, aut alterum, tanquam ipſum me. Quare cum multi tuam mihi prædicarint fidē, candorem, probitatem, diligentiam: nullum in tota vrbe ſepono, cui mallem meam ſiue perſonam, ſiue rem credere, quàm tibi viro integerrimæ vitæ & fidei, in huiuſmodi negotiis verſatiſſimo, & cui mecum aliqua conſuetudo, vt anteà ſcripſi, etſi non magna neceſſitudo. Anglus enim is ſum, q Collegij Germanici alumnus ante tredecim plus minus annos ſæpè cum Gulielmo Affinio Louanienſi ad te ventitaram, expediundi canonicatus Traiectenſis (quem bonus vir Romæ tuum ſecutus filium impetrarat) cauſa. Rogo contentione, quanta poſſum maxima, in hac cauſa vt tu me induas & facias, dicas, cogites, id quicquid ad huius rei telam ordiendam, pertexēdamq; pertinere videbitur. Vt hoc poſſit ad normam iuris, expediui hîc literas (quas Practici vocant Procuratorias) quarum vi poſſis, quantum in hoc negotio ego præſens velim aut debeam, idq; (quod clauſulæ intertextæ præferunt) ſine tuæ non ſolum fortunæ,

tunæ, aut conſcientiæ labe vlla, ſed etiam labis periculo omni. De labore tuo ero gratiſſimus per Nicolaum Fitzherbertum, Anglum, virum ea apud nos nobilitate, vt certet cum primis; ea integritate, vt in eius vita non habeat, aut hoſtis, quod accuſet, aut ipſe, quod excuſet. vt fidem tu hîc mihi probes & diligentiam, non rogo: Eſt enim tua & fides notior, quàm vt debeat; & diligentia clarior, quàm vt poſſit vocari in dubitationē. Id tamē promitto, ſi intelligā te mea cauſa ſeriò ſincereq́ velle: me tua cauſa, quæ poſſum, velle omnia. Eyſtadij.

CC.

ROBERTVS TVRNERVS
Nobili & Magnifico N. ſalutem.

OMnia à tribus menſibus auerſa & aduerſa, valetudo, dolor, pes luxatus, bonorum hinc diſceſſus, malorum hùc aduentus, Iouis noſtri ira, incerta vitæ meæ ratio, me mihi abſtulerunt Quæ res nos hac carnis caligine obſepti putamus malas, illas plerunq; eſſe nobis optimas, cùm multa docent, tùm omnium optimè exemplum Pauli. Quàm acer hic in Chriſtum! ſæuiit homo in Deū, & omni crudelitate graſſa-

tus eſt. Deus verò quid? ſternit, ſed non perdit, imò erigit, dum ſternit; ſanat dũ vulnerat; reddit illi mentis, dũ aufert corporis oculos; & cui angelum immiſit percuſſorem, ei Ananiam parat Medicum. quantum huius mali bonum? affligitur Saulus, vt fiat Paulus. iſtis dieb. Saul^o, id eſt, ex magni mali radice præcerpſi magnũ bonũ. Nõ facilè dices orationẽ meã exire extra lineam, poſtquam audis me tanquam alterum Paulum, ex equi lapſu accepiſſe maximũ bonũ, quia maximummalum. Vlmerum, qui in meã hîc conditionem ſubiit, comitor diſcedentem, lapſo ex equo, luxo pedem. eheu, inquis, malum. Iò iò, potius bonum: vt verè poſſim vſurpare illud illius, periiſſẽ, niſi periiſſem. Quare cùm tuæ mihi literæ obferant Friburgum, ſpem meã, deſiderium meum, amorem meũ, accipio, ambabus vlnis accipio, agoq; tibi & omnibus qui hîc incũbunt mẽtibus, pro immortali beneficio immortales gratias. Cur hoc puncto nõ ingredior iter, multæ ſunt cauſæ, pes non omninò ſanus, debita vel colligenda, vel ſyngraphis prius firmanda, quã pateat de lõginquo meo abitu, ſed præcipuè fides mea, Principi prius data, accepta hac formula. Ad paſcha ceſſi conditionẽ hîc meam Vlmero,

mero, ſed quia habeo & multos in nominibus, & in horreo triginta quatuor modios (mattas vulgus noſtrum vocat) frumenti: promiſi Principi, me ad feſtum corpori Chriſti ſacrum expectaturum Vlmerum, hac conditione, vt Princeps manum mihi ſuã præſtaret in meis debitis corradendis, quæ ad 450. floren. veniũt. Dies Pentecoſtes dicta eſt vltima creditoribus meis, vt vel ſoluãt, vel bonis cedant. Quare niſi velim facere iacturam quingentorum plus minus florenorum, omninò expectanda eſt dies corpori Chriſti ſacra. intra quod tempus facilè etiam frumenta mea etiam præſenti pecunia addixero. Noſti enim pro vſu, quem in noſtris rebus habes frumentis emendis, auehendis plurimos id temporis ad nos Sueuos adfluere. Quare do ad te has literas, vt & has neceſſarias meæ moræ cauſas narrent, & certum meum aduẽtum ad id tempus nuntient. Tu pro tuo in me amore perpetuò cauebis curabiſq; fideliter, ne tantula mihi mora fraudi ſit.

Eyſtadij.

FINIS.

EX OFFICINA
TYPOGRAPHICA
Ederiana apud Andream
Angermarium.

ANNO M. DCII.

Digitized by Google

EDMVN-DI CAMPIANI SOCIETATIS IESV MARTYRIS IN ANGLIA,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Orationes,
Epiſtolæ,
Tractatus de imitatione Rhetorica.

A

ROBERTO TVRNERO
Campiani diſcipulo
Collecta.

Et nunc primum è m. ſ. edita.

INGOLSTADII,
Ex officina Typographica EDERIANA, apud ANDREAM ANGERMARIVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

EDMVNDI CAMPIANI SOCIE-TATIS IESV MAR-TYRIS.

ORATIO DE TVTELA ET DEFENSIONE MARIÆ VIRGINIS A BALTHAſare Ingelio Recitata.

CVM multis mihimet ipſe nominibus (præſtantiſſimi auditores) hoc catholicæ iuuentutis contuberniũ gratulor, in quo tanquã in ſeminario virtutis, & bonarũ artium ad omne decus honeſtatis, & ſcientiæ fœliciter informamur, tum intra hoc Collegium illud in meis maximis commoditatibus, fructibusq́; iucũdiſſimis repono, ꝙ à ſingulari Dei beneficio tale ſodalitium erectum, & inſtitutũ viderim cui beatiſſima virgo peculiari quadam ratione, tutelam & patrocinium præſtare

 cognoſca-

cognoſcatur, cuius ego ſodalitatis etſi pars infima, atq; poſtrema ſim; tamen meam lætitiam, quam ex hac mea conditione concepi, hodierno ſane die diſſimulare non potui: quid enim poteſt adoleſcenti lubrico, & infirmo vel gratius, vel glorioſius exiſtimari, quàm illius virginis propinquiori quodam niti patrocinio? cuius virginis tanta eſt in defendēdo potentia, tanta in deprecando gratia; vt nullam penitus apud ſuum filium, quem pro mortalibus interpellat, repulſam patiatur. Quare patimini obſecro paucis apud vos, qui ampliſſimam huiuſce virginis dignitatem reuerenter colitis, de hac ipſa tutela ac defenſione potentiſſima, quã Maria mater Dei fidelibus vbiq; repræſentat, & exhibet, ſimpliciſſimè differentem. neque enim non maximos & vehementiſſimos habere poteſt aculeos, ad incitandos omniũ noſtrûm animos, vt frequenter & fideliter huius ſacratiſſimę Virginis implòremus auxiliũ; ſi hoc prius fixum & intimis ſenſibus incluſum teneamus; quàm illa libenter, quàm cupidè, quam validè, quàm aſſiduè, quàm etiam in grauiſſimis, ac deſperatiſſimis alioqui negotiis humano generi ſuccurrat. Et certè nullum eſt fundamentum aut firmamentum ſtabilius, eorum ſuffragiorum quæ à diuis cœlitibus expectamus quàm ille ipſe feruor & ardor charitatis; quo illi tanquam propitia Sydera, ad noſtras miſerias ſanandas atque mitigandas feruntur.

tur, cùm humanis tenebris illuceſcunt. Quod ſi ita eſt; quanta ſpes, quanta lux, quanta fiducia, nobis merito refulget, auditores, quoties ab ea ſalutem ſuppetiasq; depoſcimus? cuius amor, dilectio, flamma, fax, incendium charitatis, nõ ſolum hominibus, ſed etiam angelis gaudium ſolatium, miraculum excitauit. Hæc quia ſuper omnes Chriſtianos dilexit ac diligit, præ omnibus etiam tenerrimè Chriſtianorum calamitatibus miſeretur: hæc quia puriſſimè cuſtodiuit innocentiam; idcirco diligentiſſimè peccatorum ſordibus inquinatos repurgari cupit: hæc quia totius domicilium, & vaſculum ſanctitatis fuit, propterea curat auidiſſimè, vt fideles ad ipſam confugientes pulcherrimarum virtutum acceſſionibus augeantur, nobiliſſimis theſauris locupletentur, vberrimis gratiæ donis fœcundentur. Atque hoc illa præſidium, remediumq; præſentiſſimum nõ ſolum in periculis animarum ſemper contulit, ſed etiam in diſcrimine corporum fortunarum, amicorum bonorum, patriæ, libertatis, quantum fragilitati noſtræ expedit, ex iſtis difficultatibus vindicari. Plena ſunt exemplis, ac teſtimoniis ſacella, monumenta, ſtatuæ, tabulæ paſſim veluti trophæa quædam in huius beneficij memoriam dedicata, quæ Mariæ miſericordiam terra, mariq; laborantibus opportunè præſtitam conteſtantur. Ille barbaricam tyrannidem & ſeruitutem Turcicam perpeſſus, ab hac

virgine ſolatium expetiuit; & præter omnium ſpem, ac opinionem ereptus ex carcere cathenas ipſas, & vincula quibus tenebatur, in Eccleſiam eiuſdem virginis importauit. Ille oppreſſus per calumniam, nihil iam aliud, niſi carnificem præſtolatus, ictumq; capitalem, huic virgini ſuſpirium religioſum cum voto emiſit, ſtatimque ſic reſtitutus & aſſertus in priſtinam ſecuritatem fuit, vt mutationem tam repentinam ac ſubitam vix ipſe qui optauerat auderet credere. Ille fœdiſſima & horridiſſima cruciatus ægritudine, hanc ſibi extremo ſuo difficiliq; malo patronam aduocauit, neq; multò poſt ita reſpirauit atque reuixit, vt ſuam ipſe curationem obſtupeſceret. Nam quid ego nunc illas publicas, & omnium Chriſtianorum communes ærumnas atq; calamitates perſequar, quas illa niſi minueret, molliret, releuaret, auerteret, quid putatis in hoc tam deprauato & exulcerato ſæculo, cũ rebus humanis ageretur, quæ plagæ ſcelerib' noſtris debitæ volitarent, quæ peſtes graſſarentur, q̃ fames viſcera miſerorũ ac inteſtina corroderent, q̃ cruces hanc impuram & flagitioſam carnem affligeret; q̃ bella monarchiam noſtram euerterent, qui turbines ædificia noſtra quaterent, q̃ intemperies aëris elemẽta nobis ipſa cõfunderent, terręque fructus & mortalium alimenta diſperderent? cur iſta non accidunt? ſi olim aquis, ſulphure, gladio, inedia, terræmotib', ruinis

ruinis nefariæ gẽtes exciſæ, vaſtatæ, diſſipatæ perierunt, fuitne vllum tempus aliquando in quo plura ſacrilegia, maior inceſtus, horribilior plaſphemia, nequiores inſidiæ, duriora pectora, effrenatior libido, intolerabilior ſuperbia regnauerunt? ſi q̃ gens propter luxuriam conſumpta eſt, ecce tibi tempora in quibus non ſolum adulteria dominantur, ſed etiã caſtitas atq; virginitas Deo cõſecrata inter ſumma flagitia numeratur. Si qui Gigantes in DEVM contumelioſi iuſtis ſuppliciis fracti quaſſatique fuerunt: ecce tibi ſeculum in quo tot hæreſes, tantas blaſphemias eructant, vt credibile ſit inter ipſos cacodæmones damnatosque ſpiritus huiuſcemodi voces ſummo cum tripudio frequentari. Cur igitur paribus peccatis, paria ſupplicia non inferuntur, imò cur non ætati noſtræ multo magis execrabili, quàm illæ ſuperiores fuerunt, non ſaltem æqualia tormenta DEO vindice iuſtiſſimoque iudice infliguntur? Equidem videre mihi videor CHRISTVM læſum filium DEI viui tot iniuriis laceſſitum iam iam tela manu corripientem atque vibrantem; quibus hanc progeniem, tam diram, tamque peſtiferam feriat, comminuat, exterminet. Sed ex altera parte diuiniſſima ipſius mater, mater miſericordiarum maternis affectibus incitata; ſupplici rogatu, pœnas intentantem continet; & coram filio gratia plena genitrix pro-

uoluta, quotidie ſuſpenſionem vindictæ, dilatio-
nem vltionis, expectationem pœnitentiæ, orat,
obſecrat, obteſtatur. Vide inquit, dilectiſſime fili,
palmas extenſas quæ te infantulum contrecta-
runt; agnoſce vbera quæ ſuxiſti; intuere faciem
cui tot oſcula tam dulciter impreſſiſti; aſpice vir-
gineum pectus, quod tuo paſſionis gladio pene-
traſti; cerne brachia quibus portari ac ſuſtentari
voluiſti; conſidera gremium in quo nunc vagi-
ens, nunc dormiens, nunc mamillam preſſans
iacuiſti; miſerere membris tuis, carni tuæ, generi
tuo, fratribus tuis; quos vt redimeres non ſolum
labores infinitos exantlaſti, ſed etiã illam ipſam
carnem quam ex me ſumpſiſti, patibulo crucis
addixiſti; illum ipſum ſanguinem quem de meo
hauſiſti, copioſiſſimè profudiſti. His ille vocibus
interpellatus, Auditores, ictum paratum iam, ac
deſtinatũ cohibet; matremq; puriſſimam con-
templans, nihil tam graue, tamuè arduum æſti-
mat; quòd nõ huius interceſſioni liberaliſſimè
concedat, amantiſſimè remittat, clementiſsimè
cõdonet, munificentiſſimè largiatur. Quid enim
in illa cœleſti curia, quid in illa celſiſſima Dei
maieſtate cogitari poteſt quod non inflectat at-
que promoueat huiuſce virginis conſpectus?
quid in illa ſanctiſſima trinitate poteſt concipi,
quod non huiuſce preces interuentuſque per-
ſuaſerit? quid ei Deus pater ſempiternus dene-
get cui filium communicarat ſuum? vt qui in
cœlis

cœlis ab ipſo ſine matre ſit genitus, ab hac in terris ſine patre naſceretur? quid ei Dei filius non aſſentiatur, cui honorem & reuerentiam parenti debitam ſemper exhibuit? quid ei Deus Spiritus ſanctus non contribuat, quam ſibi in tanto myſterio verbi geniti ſponſam delegerat illibatam? Et certè crediderim etiam tum cum hæc virgo procurationem noſtram ſuſcipiens ad calamitates noſtras deprecandas prodierit, tum, inquam, vniuerſam illam regalis aulæ coronã, tum illum conſeſſum beatiſſimum angelorum ac diuorum omnium, vna ſeſe ad ſupplicandum dedere, ſeſe proſternere, voces attollere ſuamque reginam ſupplicantem ardentiſſimis votis cingere pleniſſimiſque ſuffragiis comitari. Tantæ potentiæ, tantæ gratiæ, tot honoris, tot charitatis inſignibus, quid quæſo non celerrimè dabit ille Deus, qui maximè gaudet cum plurimas parcendi & miſerendi cauſſas ſibi præbitas & ſubminiſtratas videt? Quare currite ad Mariam patres, currite fratres, currite ſodales, currite filij, currite matres, currite virgines, currite omnis ætas, omnis ſexus, omnis conditio. Si premunt; afflictio, ſeruitus, egeſtas, morbus, tyrannis, prælia, fames, vllum genus, vel præſentis, vel imminentis mali; habetis eam, quæ extremis difficultatibus ſupra ſpem ac ſupra fragilitatis noſtræ confidentiam iuuare & remedia ſolidiſſima curare ſolet. Audite quæſo hiſtoriam memorabilem. Cum Iu-

lianus Apoſtata vaſtitatem & excidium Cæſarienſibus chriſtianis minaretur, ſi de bello Perſico reuertiſſet incolumis, populus vniuerſus indicto ieiunio ad templum Diuæ virginis cum Epiſcopo Baſilio in montem Didymi conuolauit: Ibidem ſacratiſſima virgo apparens orante Baſilio Magno acciuit ad ſe ſe Mercurium martyrem (cuius corpus erat Cæſareæ conditum) & Interfice, inquit, Mercuri miles fortiſſime Iulianum Cæſarem maledicentem DEO, & meo filio. Eadem nocte qua hæc geſta & viſa ſunt, Sanctus Baſilius ad tumulum Martyris accurrens arma quæ iſtic adſeruabantur deeſſe notauit; & poſtridie vniuerſus cum ipſo populus ad eandem Baſilicam regreſſi haſtam Mercurij martyris, loco redditam, ſed imbutam ſanguine conſpexerunt. Ecce autem attonitis omnibus, ſubito Libanius Quæſtor interuenit, qui nunciat repentinum interitum Iuliani; idq́; eo modo ac ordine vt omnes Mariæ virginis auxilium experti, viſionem Baſilij cum rerum exitu conſentientem cognoſcerent. Narrauit enim Libanius, qui etiam permotus eo miraculo fidem Chriſtianam eſt complexus, quendam ignotum militem inter medias excubias perrupiſſe, qui Iulianum ad Euphratis ripam lancea confoderit; atque ita Tyrannum confecerit, immaniter vociferantem, & infœlicem animam cum

tetris

tetris blaſphemiis euomentem. Intellexerunt ergo fideles Chriſtiani, quàm prompta, quàm præſens, quàm oportuna DEI genitrix in ipſorum periculo ſubleuatrix & adiutrix extitiſſet. Sed fortè in rebus externis, non multo plenius in ſalutaribus animarum noſtrarum negotiis, hæc benigniſſima virgo ſuam operam, ſuumque ſtudium collocare ſolet? Accipe igitur ſi non eſt moleſtum aliam hiſtoriam quam grauiſſimus author Metaphraſtes prodidit, vt ex vna narratione luculenta, cætera generis eiuſdem quæ ſunt innumerabilia colligatis. Theophilus, per ſtomachum & iram pernitioſam, cupidus vindictæ, cupiduſque dignitatis quam amiſerat; monitus à Iudæo ſceleratiſſimo, magicisq; artibus inſtructiſſimo, principem ipſum tenebrarum in ſolio reſidentem, pronus adorauit; ipſique Diabolo pedes deoſculatus Chirographum ei ſuum tradidit obſignatum; in quo Ieſum Chriſtũ, & Mariã virginem abiurauit: hac ille mercede cum oppigneraſſet animam, facilè priſtinum honorem Diabolo procurante recuperauit: Sed non multò poſt cum tortus, & laniatus miſera conſcientia, velle cœpiſſet ad pœnitentiã revocari, grauiſſima diffidentia perculſus & tartareis q.b⁹dã furiis exagitat⁹, acerbiſſimè vexabatur: q̄d faceret? ſperare nõ audebat, deſperare nõ debebat. Adhibitis ergo ieiuniis,

fletibus, lamentis, cæteriſque aſperitatibus, quibus tantum facinus expiandum fuit, in templo diuę Virginis coram ipſius imagine dies noctesque plorãs, & eiulãs habitabat; Quid accidit? attẽdite nouũ & inauditũ prodigium. Sopito Theophilo. Chirographum illud ipſum, quod Satanæ detulerat; quo ſe gehennæ mancipium forę perpetuum obligarat; quo Chriſtum & Mariam deteſtatus fuerat; ſupra pectus iacentis beatiſſima virgo depoſuit; quod ille expergefactus cum ſenſiſſet, volauit ad Epiſcopũ in Eccleſia, ſuum ſcriptum de loco ſuperiori legens publicauit; ingentem audientibus ſtuporem lætitiamq́; concitauit: ſuam nequitiam miſerabiliter faſſus eſt ac pœnitentiæ remedia ſuppliciter poſtulauit. Deniq; reliqua in vita ſic profecit in virtutibus, vt poſt mortem aſcriptus Diuorum catalogo, nunc inter egregios confeſſores ab Eccleſia Catholica celebretur. O bonitatem, ô felicitatem, ô manſuetudinem, ô lenitatem, ô pietatem ſingularem, mirificam, admirabilem, eximiam, & omnibus omnium gentiũ linguis & literis prædicandam. Tenè celſiſſima, & potentiſſima virgo, quam ille ſpreuerat, læſerat, abnunciauerat, tenè ſpretam, læſam, abnunciatam, illi miſero ſalutẽ & refugiũ præſtitiſſe à qua ſuo merito pœnã nõ remediũ expectarę poterat? Quid facies illis q te colũt, qui te ſuſpiciũt, qui te implorant, qui te humiliter venerantur? Si propitia fuiſti peccato

ato illius qui te reiecerat tuamque dignitatem
erbis & ſcriptis malitioſiſſimè violarat; certè,
nea lux, licet indignus & impurus ſum, licet fa-
tis & operibus meis à tua maieſtate deficio; ta-
nen fide, & proteſtatione libentiſſima, tuum fi-
um ex te natum confiteor; in ipſius eccleſia cõ-
ſto, àtque maneo; audiẽte Satana, numen illud
empiternum, tuamq; auguſtiſſimã celſitatem,
claritatem pronuncio; tibi corpus & animam
ommendo meam, tibi me credo, atque com-
itto cõfidenter; neq; quicquam magis in votis
abeo quàm vt ex dotibus, & ingenio quantulo-
unq; meo aliquis in te aliquando poſſit honor
dundare. Idem hoc quoniam ab omnibus no-
s maiori ſpiritus alacritate cogitari, & offerri,
io, ornatiſſimi auditores, quàm ego aridus &
ſipidus profari aut explicare queo, propterea
rtari vos, atque ideo iubere non verebor, vt
mis & infractis animis, hanc virginem quam
religiosè colitis propitiam, vobis futurã, per-
aſum certiſſimè conſtituatis: gaudet enim hoc
o tam excellenti bono, idq; vehementer cupit,
tales quales nos præſertim eſſe vultis effunde-
Vos precor vt & animas veſtras in huius vir-
nis cuſtodiam tanquam in aſylum quoddam
onatis & quæ veſtra charitas eſt, vt hoc quo-
e tenerum ſodalitium, eorum qui ſe in obſe-
ium huiuſce virginis dediderunt, meritis ac
cibus veſtris apud eandem cõmunem matrẽ.
ſtrum omnium prouehatis. Ora-

ORATIO DE SANCTO VVENCESLAO PATRONO BOEMIAE A R. P. EDmundo Campiano *Pragæ in collegio ſocietatis Ieſu, in promotione ſtudiorum habita.*

QVantum Academiæ noſtræ cum ſolenni lætitia dignitatem initia menſis Octobris adferant; ſtudiorum auſpiciis, virtutum præmiis, tali conſeſſu decorata (præſtantiſſimi auditores) non modò voces multorum quas frequenter inaudio, ſed etiam hi vultus & oculi quos inſpicio, pleniſſimè conteſtantur. Quis enim non intelligat eo die maieſtatem quādā rebus adeſſe literariis? quo die & ingenia florentiſſima veris laudibus excitantur; & artes optimæ debitis honoribus nutriuntur; & ſuauiſſimi labores anniuerſario ritu repetuntur; & hæc omnia præſentibus, fauentibus vobis illuſtrantur. Sed tamen eſt quiddam profecto maius atque diuinius in iſto tempore, quod Academicam iſtam celebritatem, quod noſtros omnium conatus, hodie congreſsusque nobilitat, cuius neque ignari, neque immemores debemus eſſe, niſi vel rudes in hac repub. vel turpes in officio videri volumus: rudes; ſi negotium hodiernum in ſacratiſſimas D. Principis ac Martyris Wenceſlai ferias incidere neſciremus: turpes; ſi cum ex hoc loco varia quotannis audiantur, non etiam

quan-

quandoq; PatronumBoëmiæ ſingularem,panegyricè ſaltem coleremus.Itaque delatũ hoc mihi mandatumq; iuſtiſſimæ laudationis argumentũ ſuſcepi,fateor,(auditores) non minus equidem ibenter,quã nũc ſuſtinere confidenter. Nã licet :go ſim is quem rei moles premat & magnitudo; amen is eſt Wenceſlaus qui vel oneri ſuccumentem facillimè ſubleuabit: non. n. aliquem è :etuſtis illis, & priſcis Græcorum, aut Romaıorum, aut Barbarorum ſtrenuis ducibus vel mperatoribus proferam; quorum gloriam fals virtutibus adumbratam mors horribilis & fueſta poſſidet; quique buccinatorib⁹ nihil quicuã (vt leuiſſimè loquar)gratificantur ſuis: Sed ım cuius admirabilem vitam fœlix æternitas tuetur: eum qui ſuis clientibus immortalia ›fert beneficia:eũ qui hæc tecta,qui hãc coroım literatam, ipſe quoq; iuuenis olim & pius doctus & diligens, nunc de cœleſti palatio umphans contemplatur:eum qui nos audiens qui me dicentem excitat & confirmat: eum ius præconia nullæ gentes, nullæ linguæ,nuls vnquã diuturnitas tẽporis cõticeſcet. Ingreır igitur in pſtantem cauſſam & fœcũdã,cœlo raq; plaudentibus,auditores, & ne multiplici ſipatus materia aut prolixus fiam, certos mihi minos cancelloſque circumdabo, quibus ea nplectar non q̃ dici poſſunt omnia, ſed quæ eteriri nullo modo poſſunt.

Triplex

Triplex in vita ſanctiſſimi Wẽceslai rerũ geſtarũ varietas & viciſſitudo apparuit temporũ, quorum primum difficile ac turbulentum; ſecundum tranquillum & honorarium; tertium, palmarium ac triumphale fuit: Quibus in ſingulis memorabile virtutis decus ac inflammatæ lumen charitatis emicuit. Etenim à prima pueritia cum orbatus Wratiſlao patre, Duce Boëmorum potentiſſimo, Drahomiræ matris debilitari potuiſſet illecebris, magno tamen & infracto animo fidem profeſsus Chriſtianam, auia Ludmilla potius, innocentiſſima fœmina, quàm Ethnica matre & ſacrilega teneram ætatulam oblectabat. Acceſſit Pauli ſacerdotis venerabilis viri prudens & grauis inſtitutio; quam beatus puer ſic inſuxerat, vt fœliciſſimam illam terrà verè poſſes agnoſcere in quam ſpiritalis agricola puriſſimum ſemen iniecerit. Et hoc quidem minus mihi mirũ videretur, ſi rebus ad voluntatem fluentibus, ipſe virilibus annis maturior, hominum fortuna conſpirantem, & florentem gratia tam ſedulus obſeruaſſet; ſed quod puer in illis procellis, & fluctibus tempeſtatum, quibus pauculi & miſeri Chriſtiani tunc affligebantur, diſciplinam ſeniculi præceptoris tot aulicorum & procerum corruptelis antepoſuit, is profecto declarauit, & quam ſapidè guſtaret Euangelium & quam ſincerè vitam informaret, & quanto fortius paradiſum quàm Boëmiam, illius regni ſpacia, quàm haſce terrarum anguſtias

mente conciperet. Hunc ergo preſbyterum audiebat, huius monita concoquebat, huic ſacrificanti miniſtrabat, huic animam expandebat, in hunc ſe totum reponebat. Cæterum dum hæc ille apud auiam primùm, mox Budeci degens in teris meditabatur: interea mater Drahomira ſœdiſſimum dæmonis mancipium quæ impubere filio principatum inuaſerat, oblita viri, oblita modeſtiæ muliebris, ſupſtitionibus, & idolis eria Pragæ deſæuit in Chriſtianos, exuit opibus & honore, bona proſcribit, affligat carcere, damnat exilio, mactat ſuppliciis, ſcholis & concionibus interdicit, inuolat in ſacra cultus & ceremonias noſtras abrogat, quin & audacia DEVM, deoq; furentior domiciliis ipſis Diuorum B. Virginis pro curia, & in arce D. Georgij quæ ſoli propemodum hic extabant, ferum & immane molitur incendium: non minus infeſta ſacrificio miſſæ quam noſtro ſæculo Martinus Lutherus fuit, quem infamiæ cauſa nomino. Nullam Chriſtiano tutus in hac vrbe locus ſuperat, non forum, plenum ſicariis, non prætorium, carnificina Drahomiræ, non templa, ferro flammaq; violata, non priuatæ domus inſidiis poſitæ & dominorum ſanguine redundantes. Quoties in ſenatu per calumniam, quoties in platea per vim, quoties in ſuis ædibus, quoties in ſuis lectulis necabantur? Quibus in conflictibus quis fortè fidelium quenquam ex hac peſtifera

factione prodidiſſet, continuo decẽ inermes & parati in iudicium arrepti, vnius interitum velut inferiæ compenſabant. Sed quid ego decem numero, cum turmatim ſæpiſſimè vna etiam nocte dum Chriſtiani pace pacta q eſcerent, pluſquam trecenti ſemiſomnes in cubiculis obtruncarentur? Agnoſce Praga Tragœdias tuas agnoſce vindicem libertatis tuæ: hic niſi clementiſſimus Deus egregium adoleſcentem ex ipſo ludo literario ad te liberandã euocaſſet, illamne deinceps gloriã aut vlla religionis veſtigia tenuiſſes? Accit' igitur Wenceſlaus vt amicis, vt patriæ, vt fidei ſuccurreret laboranti, conſilia cum Ludmilla & cũ optimis quibusq; cõtulit. Quid faciat? eat? ma trem qualẽ illã cunq; matrẽ tamẽ oppugnabit. Nõ eat? amabit Tyrañidẽ, prodet iñocẽtes, Chriſtũ deſeret. Vicerũt piorũ lachrymæ, bonitas cau ſæ, periculi magnitudo: iuit & laborãtis Eccleſiæ triſtiſſimã calamitatẽ nõ terrore belli, ſed authoritate nominis attenuauit: aduentu pſidioq; ſuſtulit, ac ſepeliit. At quo tãdẽ ſpiritu? Nõ ille diſſimulãter, lãguidè, pedetẽtim, ſed apte, ſerio, fortiter, animosè, Dei causã & ſalutẽ æternã ciuiũq; tuẽdã exiſtimauit. Magna res eſt anima, pſertim hominis Chriſtiani; magna dignitas, magna redẽptio, magna expectatio: hic niſi quiſpiam vel matterculã ſuã, vel neceſſarios ſuos, vel patrimoniũ ſuũ, vel iacturã, non dico, vnius vrbis ſed toti' orbis nominabit. Pereãt omnes omniũ fortunæ, valeãt regna, terra dehiſcat, cœli machina, diſ-

iſſoluatur poti⁹ quàm vel vna anima p̄cipitetur d inferos. p̄cipitetur dixi? imo, q̃ vel momẽtũ ẽporis in vni⁹ flagitii turpitudinẽ prolabatur. I-ą; ſanctiſſim⁹ adoleſcẽs, cũ nõ neſciret quibus õtumeliis, cõfœderationib⁹, iniuriis potẽtiũ vi-rũ inſaæq; multitudinis, caput ſuũ obiectaret q exillũ Chriſti nõ iã in latebris ſed in luce Reip. cfixur⁹ erat cũ in ꝓfitẽda ſide periculũ & odiũ ræſentiret; in tollẽdo peſtẽ & ꝑniciẽ animarũ, mnia maluit adire formidoloſa & aſpera, quàm ergiuerſando, & aſsẽtãdo naufragia pietatis au-ere, neq tiæ, cupiditatis alere. Ergo in conuentu ublico frendẽtibus inimicis malitiaq; tabeſcẽ-ib⁹ illius ſe Chriſti diſcipulũ publicauit, cui⁹ illi rucẽ cõtẽnerẽt, gloriã obſcurarẽt, ſacra peſſũ-arẽt, cultores maledictis & iniq tate ꝓſcinderẽt: Matrẽ verò p̄ſẽtẽ & diruptã inuidia ꝓtin⁹ exau-toraui timperio; rẽ Chriſtianã velle ſe opib⁹, affi luitate, cõſilio, potẽtia, cũctis virib⁹ amplificare pfeſs⁹ eſt. Inter hæc initia grãdis ei luct⁹ & inſpe-atus generoſã mẽtẽ ꝑculit. Nã Ludmillã Dra-iomira, nur⁹ ſocrũ, venefica, mulier religioſã & elatã viduã, ſociã eorũ cõſiliorũ qb⁹ Wẽceſlaus lumnus auiæ Chriſtũ propugnauerat; Hãc in-quam, ſatellitibus imiſſis orantẽ & præſtolantẽ ata ſibi diuinitus indicata, curauit ſuffocari. Cũ lla Spirit⁹ ſancti afflatu p̄monita, inſtãte iã mar-yrio, qcqd in penu, qcqd in cella qcqd in hor-eis, qcqd in loculis haberet id oẽ ſua manu ꝓ-fudiſſet in pauperes; deniq; Paulo ſacerdoti cõ-

feſſa labeculas ſuas, ab illo viaticum vitæ percepiſſet, ac in eodem ſacrario quo ſtrangulata fuerat ſupplex prouoluta, horam exitus ſui gemitib' & precibus muniſſet. Hoc facinus tam dirum, multorum licet iudicio pœnas exquiſitiſſimas poſtularet, neq; vllum naturæ vinculum tali portento ſeruandum videretur; tamen reueritus vmbram ipſam materni nominis *Wenceſlaus*, non quid illa, ſed quid ſe dignum eſſet cogitauit, vbiq; temperans ab iracundia, cæteros ab vltione coërcuit. Mœrebat *ille* tamen, cùm oculis Ludmillam requireret, nõ caſum aniculæ, quæ cum trophæis euolauerat, ſed ereptam ſibi commoditatem illius cuius ad exemplum tanquam ad ſpeculum ſe componebat, cuius præceptis in omni ætate iuuabatur, qua cum ſolebat vigiliis & inedia concertare. ſed hoc deſiderium inſignis moderatio & plenioris cuiusdam pietatis abundantia reſtrinxit, præſertim cum beata Ludmilla iam etiam miraculis inclareſceret, cui triennio poſt ad D. Georgij templum tranſlatæ, nepos, auiæ fæliciter & magnificè parentauit. O tam diſſimili metallo effictam & in vtramq; partẽ ſatis nobilem *Wenceſlai* familiam; auum patremq;, cõſtantiſſimos in fide, matrem obſtinatiſſimam in perfidia, ſanctam auiam & martyrio coronatam, germanum fratrem turpificatum parricidio. docemur id quod res eſt, nullum perpetuum & ſtabile, niſi virtutis decus exiſtere, nullam coniun-

cõiunctionẽ ſanguinis glorioſam q̃ ſcelera dehoneſtãt, nullã odioſã q̃ cõtagione peſtis careat. Hæſiſſe mihi diu videor in illis primorũ tẽporũ flatib⁹ (Auditores) nũc placidiſſimũ & laudatiſſimũq́ſo cognoſcite principatũ. Sic enim præfuit, vt nemo ſeruire poſſit laborioſi⁹; ſic ſeruiuit vt nemo præeſſe queat magnificẽtius. Cum honor publicus ageretur, pompam ducebat; cum ſibi redderetur, ſolitarius excubabat: Auro fulgidus, perſonam ſuſtinebat; cilicio conſtrictus animã repurgabat: equis & vehiculis interdiu portabatur; noctu ligna ſuis humeris ad pauperum tuguria comportabat: apparatu regio ſceptrũ geſtabat, nudatis pedibus obibat eccleſias. idq; cùm Podiuagius famulus comes & conſcius itinerum ſecretorum præ niuibus & frigore congelatus & algidus ferre non valeret, in veſtigiis Domini iuſſus inſiſtere, totus deinde concaluit miraculoq; prædidicit quantũ ducem ſequeretur. Num quid ego illa quotidiana commemorarẽ tã in hoc vſitata vt vbiuis omniũ ſermonib⁹ decãtẽtur? Eleemoſynæ effuſiſſimæ, ieiuniũ, & preces coniungebantur ſuſpiriis, fletibus, pernoctationibus. Et hæc familiaria. Illa magis illa cõtueor & ſuſpicio quæ minimè ſpecioſa, maximè fructuoſa, condocefaciunt animos rerum ſucceſſibus inſultantes, quæ frangunt impetum ſuperbiæ, diſpellunt fumoſas imagines vanitatum homineſq; miſeros & lubricos ſuæ vilitatis &

mortalitatis admonent, intrare ad hoſpitia languentium, adeſſe decumbentibus proſeq. ſepulturas, laborãtium incommoda, ſquallores, anhelitus, fœtores perpeti, nullam niſi peccati maculam, nullam ſaniem, nullas ſordes, nullam ſentinam horribilem & execrabilem iudicare. Hæc ille pietatis & humilitatis officia cum frequentaret, cùm in opulentia terrena veriſſimam paupertatem coleret, cum in ſumma poteſtate ad infima ſe dimitteret, cùm vlceroſos & ſqualidos libentius quàm cincinnatos & calamiſtratos adſpiceret, cùm hilarior in ſacello quàm in ſolio cerneretur, cum hoſtiæ manna ſuis ipſe manibus intereret, ad ſacrificia vinum exprimeret, Pſalmos ad latus appenderet, ſacerdotes & clericos haberet in pretio, ad omniũ ſe pedes tant⁹ princeps abiiceret, Inuẽtus eſt non nemo (vt ſunt iſti filii tenebrarum hebetes & craſſi) qui ſplendorẽ virtutis, ignauiæ nominibus obſcuraret, & min⁹ idoneum rebus gerendis diceret Wenceſlaum, cuius omnis & vox & ſenſus anhelabat cœleſtia. Inflatior cæteris * Curimenus Princeps Deiſlaus non dubitauit incurſionem facere, occaſionem ſibi ad occupandam prouinciam oblatã eſſe arbitratus. Tum vero ſatis patuit, quantam animi celſitatẽ ſimplicitas illa mitis & generoſa tege-

* Ioan. Dubrauius ep. Olomucenſis. li. 4. & 5. hiſt. Boemicæ vocat Radislaum Gurimenſem principem.

ret.

:et. Nam qui imbellis habebatur, non ſolū copi-
ıs in aciē luculētas eduxit, ſed etiā bellicoſiſſimū
& ſuperbiſſimū hoſtē ipſe (quo multorū ſāguini
parceretur) duello excepit. Fingite vos auditores
huic ſpectaculo (ſi placet) intereſſe. Videte prin-
cipem Chriſtianum ſuper cilicinam veſtē induta
oricula prodeuntem, paruo gladiolo ſuccinctū,
crucis figurā in frōte pingentē, ardentē & alacrē
n arena conſiſtentē. Videte nūc alterum Cata-
phractum, haſtatum, tela vibrātem, viribus p̄fi-
dentem. Quis hunc putaret effrenatum iuue-
nem, q̄ ſe ante firmauerat, niſi Bohemia ſibi tota
n ditionē tradita, nolle quieſcere, in ipſo puncto
certaminis, omne pugnādi conſilium ſubito de-
ſerturum? deſeruit. tela proiecturum? proiecit.
ruiturum in terram? proruit. veniam pro auda-
cia petiturum? petiit; Qua impetrata Baptiſmū
etiam recepit cupidiſſimè, nec humano tantum
ſed etiam diuino fœdere, ſuo ſe principi conglu-
tinauit. Angelos nam à ſe conſpectos aiebat, q̄b'
interminātibus deſilire de equo & ſupplicare co-
geretur. Nō hoc in Wenceſlao nouū fuit, ſtipā-
tibus eum Angelis, ab iniuria munire. Nam &
Cæſar cū Ratiſbonæ principes Imperij cōgregaſ-
ſet, ducemq; Bohemum aliquādo deſiderans in
ſenatu, per ſtomachum præcepit, vt ingredienti
tardiuſculè, nullus aſſurgeret. Is ipſe hanc mul-
tam primus omnium inuſitato genere hono-
ris & venerationis mutauit, Deiq; ſeruū advētā-

BIBLIOTECA

tum præoccupauit reuerentia, inflexo poplite ſalutauit, in Imperatoria ſella collocauit, humilis ipſe reſidens. Angelos namq; aiebat à ſe conſpectos qui vetaſſent ne qua Wenceſlaum exciperet contumelia. Sinite me (Auditores) feſtinantem ad id quod è tribus extremum propoſueram multa conſulto prætermittere q̃ mihi diem auferrẽt ſi paulo fuſius dicerentur. Sinite me tacere ſumptus quos fecit in Eccleſias, non commemorare quot ille templa matris olim Tyrannide quaſſata redintegrauit: quot à fũdamẽtis erexit quot locupletauit. Tranſeo S. Vitum cuius cum brachiolũ, optione ſibi à Cæſare facta, de tot theſauris Imperij delegiſſet, tẽplũ & religioſiſſimũ & auguſtiſſimum exædificauit in capite ciuitatis. D. Petrũ cui celeberrimũ templũ quod & Romanũ vocitarũt exſtruxit ſileo & ſuperſedeo ſacris ædibus numerãdis quas nominatim D. Michaëli, Diuo Laurẽtio, D D. Martyribus Coſmæ & Damiano condidit. ſacerdotũ prætergredior collegia q̃ ſuſtentauit, puerorum greges quos educauit. O ſuperi in quæ tẽpora ſeruati ſumus. Redi Redi ſanctiſſime Wenceſlae & in hac florentiſſima nobilitate, quia tui ſunt & haberi volunt excita nobis aliquos, aliquando, qui te potius in fundãdis, quàm Ziſkam in diripiendis Eccleſijs imitentur. Veniam nunc ad años vltimos & aureos Wenceſlai, quos ille velut ſuæ ſtadium vitæ propediem decurſurus, diuinioribus quibuſdã

virtu-

;irtutum notis impreſſit & inſigniuit. Iam in Bo-
ıemia, paſſim Barbara ſuperſtitio refrixerat, iam
ides radicibus altis germinarat, iã timor omnis
b hoſte reſederat, iam foris exiſtimatio, pax gẽ-
is & opulenta ſerenitas inualuerat, cum beatiſſi-
nus Princeps quotidiè magis magisq́; rerũ per-
æſus mortaliũ altiora quædã conſilia verſat ani-
no, non iam cum ſuo Domino portiones diui-
ere, ſed holocauſtum ei pingue & opimum da-
: cogitans. præclarum eſt amare in CHRISTO
auperes; præclarius cum Chriſto eſſe pauperẽ.
.iberale eſt tribuere facultates; liberalius ſemet-
ſum. generoſum eſt velle colligere mendicu-
s; generoſius velle viuere mendicato. Rarum
t de ſolio pannoſos & laceros paternè reſpice-
; rarius eſt ſolium & ſceptrum pannis & ino-
a commutare. Huc huc volauit ſpiritus expe-
itus & feruidus, vt cum Romano pontifice tra-
aret per internuncios de religioſorum inſtitu-
, & habitu capiendo, principis exuendo. Au-
t propoſiti firmitudinem virginalis integri-
s, quam in omni vita puriſſimè conſeruarat.
: ne vero? potuit in ſumma rerum affluentia,
ſumma fortuna quæ ſummam licentiam &
ıpuritatem generat, vir tantus tam floridus &
uidus illibatam præſtare, quam iſti viles ho-
uli poſtquam iurarunt, perrumpunt & violãt.
ıam alij multi velut onus quoddam Æthna
auius aduerſantur? At enim liberi defuerunt

vt quid liberi? Qui propagarent familiam? ſi quid hoc ad rem pertinet, frater ſupererat Boleſlaus prole quam virtute fœcundior. Vt quid liberi? qui cum hæreditate nomen & memoriam paternam alerent? Vter ergo è duobus iſtis fratribus proſperitate felicior, parricida ne, cuius ad aliquot annos durauit progenies, an Virgo & Martyr qui ſæculis viget vigebitque omnibus, qui velut Abraham quiſpiam hæredẽ ſuæ fidei Bohemiã reliquit vniuerſam? Tales ille filios quàm cupidus acquiſiuit, vel ex hoc ſatis manifeſte apparet, quod multos ab ipſis infidelibus ingenti pecunia coëmerit, vt ex ſeruis Dæmonũ, libertos Chriſti faceret; q̃b⁹ ille docẽdis & fouẽdis munificentiſſime prouidit & ampliſſimam domum ſub D. Antonii titulo conſignauit.

Quid vobis videtur, Auditores? tam excellens, tam admirabilis vir & princeps, quem omnes boni ſuperſtitem eſſe diſcuperent ad ætatem grandem & nouiſſimam lineam ſenectutis, debuit ne ante tempus mortem oppetere? debuit ne per inſidias interfici? debuit ne à ſuis? debuit ne à fratre? & ab eo fratre cui ſenſa communicauit ſua, vt eum, à teneris quidem vnguiculis Chriſtianum, ſed maternis conſiliis deprauatum, inflecteret ad æquitatem & manſuetudinem, ſibiq; relinqueret ſucceſſorem. Hoccine mõſtrum de tali ſtirpe fuiſſe genitum? non

potu-

potuiſſe dies paucos exſpectare, quin quod celerrime beneficio fratris obuenturum eſſet,illud occiſione fratris importunè præcipere maluiſſe? Rogat obnixé fratrem ſimiolus iſte, vt ad ſe Boleſlauiam dignetur excurrere, feſtum ibi lætum, & ſolennes Epulas, nato ſibi recens filiolo, cum baptiſmo celebranda. At Wenceſlaus, cùm neque pium officium detrectaret, & inſtinctu quodam cœleſti præſagiret obitum; licet nunquam ad mortem exiſteret imparatus, tamen illis rite diebus ea dixit & fecit abundantiſſime, quibus occupari conueniat animam euolaturam de cuſtodia, cœlo quàm terris digniorem. Expiatur pœnitentia, Eucharistia paſcitur, valedicit ſuis, orat prolixè, vaticinatur futura,omnibus horis ad migrãdum componitur. Et quia Boliſlaus conſtitutãm cædem in multam noctem parricida protraxerat, ille ſuas preces more ſolito redditurus, ad limina templi properat, ne quo in loco niſi ſacro ante intentus ſacris deuotus ille DEO ipſius corporis vinculis ſolueretur. Ibi fratrem, ibi Principem, ibi hoſpitem, ibi inermen, ibi antelucanis precibus vigilantem, ibi minimè paratum ad reſiſtendum, optimè paratum ad moriendum adoritur, ſauciat, proſternit, concidit excipientem lethales ictus ſine murmure, inſidiator nequiſſimus immaniſſimus gladiator. Adde Boliſlae, ſi quid

potes

potes ad hanc impiam crudelitatem crudelem impietatem tuam. Tu enim addidiſti & ſeminecem fratrem militibus ſuis laniandum & conficiendum obieciſti. Perge ſi potes & in mortuum quoq; ſæuitiam & furias exerce tuas. Tu enim exercuiſti; & gloriam Martyris eleuare verbis & infamibus edictis opprimere conatus es, donec vociferantibus & clamitantibus miraculis tam euidentibus tã varijs, quæ neq; calumniis eludi neq; tenebris occludi quiuerant, victus & fatigatus contremiſceres, & ad Baſilicam Martyris virtutem numinis adeſſe p̃ſentiſceres. O exoptanda vulnera quæ talem animam corporis ergaſtulo relaxant; cicatrices amabiles quæ martyrium teſtificantur, venerandas reliquias q̃ potentiſſima deſignant opera; dulces exuuias, q̃ tantum Patronum repræſentat; Honorabile ſacellum quod Cœleſtem theſaurum poſſidet; terram nobilitatam, cui fidelium Anteſignanus præfuit; fortunatam vrbem, quam incoluit. Te te inquam fortunata Praga, quam ille iuuenis è Tyrañorum ac Diaboli faucibus exemit, quam ille princeps dotauit ſacroſanctis ædificiis, illuminauit pietate, quam ille nunc Cœlum obtinens tutela protegit & comprehendit ſua. Tune verò illius exemplum & fidem non imitere? per quem effectum eſt vt in te hodie templa DEI ac non Apollinis delubra cernerentur, vt intra muros tuos Oracula prophetica non Delphica cole-

colerentur; Ieſus Chriſtus Dei filius, nō Iouis adulterio nati Mercurius aut Hercules à tuis ciuibus adorarentur; vt Maria, non Minerua, vt Angeli non Dæmones, vt Martyres, vt pontifices, vt virgines vt reliqui Cælites, non Fauni nō Satyri nōn Veſtales horum ſermonibus honorētur? Dic illis q̨ te ab Eccleſia Catholica præcidere voluerūt. Reddāt tibi Wenceſlaos, reddāt Adelbertos, reddāt Procopios, reddāt ſaltē Carolos parētes Patriæ, quorū teſtimoniis nitare poti' q̃ aut leuis cuiuſpiā Magiſtelli aut ſcelerati militis, aut turpis Apoſtatæ, qui tot ſectas tā diſſectas tātam impuritatē vitæ, tantam ignorantiā, tantā malorum colluuiem intra tua mœnia conuexerunt. Quid agimus auditores? quid conſilij capimus? quos tandem ſequimur? proſtituimus aures hominibus (attendite quid dicam) tam indoctis, tam improbis, tam paucis, tam inter ſeſe dimicantibus? An credimus auitis luminibus Eccleſiæ, morum iñocentiæ, cœtui fidelium, vnitati omniū? hoc faciemus, ſi ſapimus; & eam in terris Hierarchiam venerabimur ex qua Cœleſtis Hierarchia (vel aduerſariis teſtibus) augetur. In qua cùm D. Wenceſlaus, cui noſtrum officium qualecunq; detulimus, tam excellenti gloria perfruatur, confidere debemus, eum ipſū qui huic loco gentiq; præſidet, labes & peſtes Bohemiæ ſuæ profligaturum aliquando; & ſanctæ fidei, quam periculo capitis vindicauit, quā

eſtuſo

effuſo ſanguine obſignauit, benignè proſpecturum. Certè vel propitio Deo, Cœlitibus iuuantibus, iſta reſpublica redibit ad vnitatem Eccleſiæ Romanæ; vel irato Deo, triumphante Sathana in tetras, & ſpiſſas nouarum ſectarum tenebras immergetur & peribit. Nulla vnquam Hæreſis in vno genere potuit erroris conſiſtere diuturna. Sed ominemur & ſperemus huic florentiſſimo regno meliora cui præſertim indigena, pater, princeps, virgo, Martyr patrocinatur Wenceſlaus, qui & apud illum potens eſt, qui poteſt omnia, & illi præſens eſt qui vult omnia, multòq; nunc ardentius, quàm cùm in viuis eſſet, cauſam religionis & hominum ſalutem complectitur.

ORA-

ORATIO H. D. M. EDMVNDI CAMPIANI, AD IVVENES.

DE IVVENE ACADEMICO.

QVod intelligo, mearum eſſe partium, Auditores, vt hoc tempore dicturus, in hoc cœtu tractarem ea, quibus hæc iuuentus florentiſſima, & mihi ſanè chariſſima Iuuentus, incitetur ad omnia virtutis literarũq; ſtudia perſequēda; illud nulla ratione fœlicius efficere poſſe videor, quàm ſi quoddam exemplar, & quaſi ſpeculum iuuenis excellentis (quem tamen nunq̃ viderim, nec fortaſsè videro) cuius vitam & doctrinam animo tantum & cogitatione dimetior, omnibus nobis contemplandum & inſpiciendum propoſuero. Nam cùm multum valet ad prouehendam induſtriam alienæ laudis æmulatio tùm ad ingenuas mentes ſalutariter informādas plurimum ponderis & commoditatis habet idea luculenta, illius nimirum effigies quædam & cōprehenſio boni, quod in vnoquoq; genere perfectiſſimum. Hoc meum conſilium, ſi cui nouum & inſolens apparebit, tuebitur me Platonis, Xenophontis, & Ciceronis authoritas, quorum ille Remp. ille Principem, ille Oratorē huiuſce formæ effinxerunt. A me verò ſi propterea cenſebitur non oportere hoc fieri, quia cum

cum primis arduum & odioſum eſt, ad vnius conceptum aliorum ſenſus exigere, eſſet certè aliquid, quod cenſetur, ſi tabellam, quam inſtituo, non ex aliorum potius grauiſſimorum virorum inditio, quorum me colloquiis intereſſe cõtigit, quàm ex meo præſcripto delineandam cogitarem. Neq; illud quidem mereor, ne ipſe rudis non debuerim hanc laudationem attingere, & aliis imaginem commendare, quam in me ipſo non expreſſerim, cum ſciam in officina ſtatuaria non ſolum artifici perito, ſed etiam mediocri ſigna rigida minùs placere, quàm venuſta, facilèq; diſcerni etiam ab ignauis & ignaris quæ corpora, quam fœliciter ac ingenioſè dotata fuerint. Quare quantum obſeruare mihi multis iam annis, multis in locis, ex multis ingeniis, quantum haurire licuit ex multorum ſermonibus, conabor quaſi penicillo quodam adumbrare vobis ACADEMICVM iuuenem: & quas dotes in ſingulis conſpexi, memorabiles, eas, vndecunq; potero, mutuabor, ab vno capitis, ab alio corporis habitudinem; à vobis quoq; certos articulos deſumam: quibus omnibus, cum hunc videbitis exornatum, eum ſanè libenter imitandum ſuſcipite, & qui non vultis eſſe poſtremi, ſemper ad ſumma contendite; ſic. n. fiet, vt ſi prima non tenebitis, tamen paulo poſt prima conſiſtatis, tanquam noſter Academicus, cuius vitam ad annũ ætatis. 23. (quo innuente, Theologiæ,

logiæ ſtudium eſt ingreſſus) hac oratione deducam.

Patria quidem Coſmopolites fuit, fortuna opulenta, benignè ac liberaliter educatus, perſona tali, vt factus ad honeſtatem & decus videretur, firma valetudine, robuſtis lateribus, ingenio ſubtili, feruido, luminoſo: memoria fœliciſſima, voce flexibili, dulci & ſonora, inceſſu, motu, & actione tota, tam viuidus, tam compoſitus, tam maturus, vt aptum ſapientiæ domicilium crediſſes. is, quam primum potuit ſapere, fidem inſuxit Catholicam, cum elementis puerilibus, non à quouis ex plebe Magiſterculorum, ſed à perito & docto viro didicit, cuius ad figuram & normam, cum palatum, os, labra, deniq; vultum vniuerſum conformaſſet, pronunciauit ſuauiter & diſtinctè, minimoq; cum negotio venuſtatem oratoriam factus adultior eſt conſequutus. paucorum deinceps añorum curriculo cum & in Gymnaſio publico Magiſtris ſcientiſſimis vteretur, & domi optimo præceptore, difficultates omnes Grammatices & hæc rudimenta ſcholaſtica prætervectus, multorum in ſe oculos admiratione conuerterat; latina callere, verſus effundere, Græca non neſcire, materna lingua diſertus & affluens (in qua etiam Rhythmos & Epigrammata faciebat) norat pingere, pulſare fidibus, & ex arte canere, celeriter & ſcitè Characteres exarare, tenebat Arithmeticam,

loquebatur expeditiſſimè, ſtylum frequenter exercebat. Quibus initiis tam fortiter & continenter inſtitit, vt ephebus iam ad philoſophiam & reliquas artes aſcenderet, cum illuſtre *ſpecimen* futuræ dediſſet eloquentiæ, pluraque Ciceronis opera deuoraſſet, græca literatura mediocris, poëta mirificus, vt nemini dubium foret, quin afflatu quodã ad poëma pangendum, quaſi diuinitus tangeretur, ſic Iambicum vibrabat, ſic exultabat Lyrico. Has dotes magis conſpicuas & amabiles reddebat natura ſimplex, aperta, tractabilis, & veriſſima pietatis Indoles, quæ ſemina cum per gratiam DEI maiorumque ſolicitudinem adoleſcenti floſculum quendam puritatis & innocentiæ generarunt, ex quo virtutum omnium ſolidiſſimi fructus procreantur. Quorſum enim attinet animã excolere ſciẽtiã, niſi fontem ſcientiæ recognoſcat? ad quẽ finem ſtudetur, niſi finis ille præfigatur? Quæ ſtultitia, ingenium veſtire vt miniſtret diabolo? quæ vanitas locupletare mentem, vt diues & docata præcipitetur ad inferos? quæ fœditas carmen occinere, quo ſathanas oblectetur? quæ pfidia armari eloquentiã, vt pro teterrimo carnifice contra ſuum Dominum prælietur? Erat igitur in hoc puerulo pietas, & probitas ſanè ſingularis, ſemper habebat in ore S. Ludouicũ Regem Galliæ, qui puer inter delicias & illecebras voluptatum, in ſumma peccandi impunitate

atque

atque licentia, decretum ſibi fixiſſe legitur, ne vlla de cauſſa vel prætextu, vel ſi Cœlum quidem ac terra ruinam minitarentur, vllum in ſeſe mortiferum peccatum admitteret. Idem hoc noſter curauit Academicus, & ſe totum in hanc ſedulitatem dedit, vt cogitationes tales in Theſauro cordis reconderet, ex quibus verba & acta ſalubria emanarent.

Horarias preces B. Virgini & quidem memoriter quotidiè recitabat, diem ſine ſole diceret abiturum, quo ſacrum non audiſſet. orabat ſupplex in vtroque genu, nunquam inclinans cubitum, cupidiſſime ſacrificanti ſeruiebat. aliquoties in menſe confitebatur. frequens, exquiſitiſſima ſemper diligentia repurgatus, ad diuiniſſimum illud ſacramentum accedebat; Patri ſpirituali credebat omnia confidenter, eiq; non tantum ſub ſigillo, ſed etiam in ſecreto colloquio totam prorſus animam volebat expandere: Inde factum eſt, vt ſtultam verecundiam penitus debellaret, & guſtum hauriret ſuauiſſimum pœnitentiæ, & præſentiſſima pharmaca contra dæmonum reportaret inſidias. Neminem in vita Catholicum præterüt ſacerdotem, quantumuis humilem, & deſpectum, quin ei caput aperiret, tantoque cauebat accuratius ne in hoc genere laberetur, quanto magis aduerterat huiuſcemodi obſequia vilu-

iſſe.imaginem crucifixi quibuſcunq; in compitis viarum plateis,locisq; ſpectabilibus honorificè ſalutabat,deriſus ab hæreticis in lucro ponebat ſuo,ſic enim eſſe conſentaneum vt *crucifixi* diſcipulus cum ſuo Domino pateretur contumeliam. Dabat pauperibus cum multa ſæpè, tum ex iis non raro quæ ſibimetipſi per abſtinẽtiam ſubduxerat, frangebat ſe, vt eorum ſordes & vlcera ſine faſtidio cerneret & contrectaret: ſi quis erat in ſchola contemptior, cuius tamen virtus enituit,ei conſortium & ſolatium præbebat,ſodalibus gratificari modis omnibus,conditionem curare, lectiunculam deſcribere, calamos adaptare, vocare ad claſſem; inuiſere decũbentes, fraternè colloqui.in ſermone quietus & placidus,in ludendo remiſſus & alacer, in ſtudẽdo collectus & ſerius,comis & manſuetus erga omnes, maiorum natu obſeruantiſſimus. ô ſe mentem,ô herbam, ô florem, ſi quidem poteris matureſcere,quam lætam ex te ſegetem polliceris? quantum exemplo,quantum voce, quantũ tibi,quantum tuis,quantum Reipub. quantum Eccleſiæ proderis? Ille vero maturauit, Auditores & non,ſicut iſti faciunt ignobiles pueri, tantiſper ſe continuit,dum per ætatem frenaretur; relaxatus non deferbuit; & tot res, tot ſpes, tot ſuos,aliorumq; labores nequiſſime profudit,ſed cum hactenus viciſſet omnes, reliqua ætate ſeipſum ſuperauit.Ergo ſeptennio toto, quod ei

ſuper-

ſupererat ad initium vſq; ſtudij Theologici multa præſtitit, & præclara & fructuoſa, & ad illud vitæ genus quod meditabatur, valde neceſſaria. Curſum philoſophicum ſuo confecit tempore, eloquentiam latinam pertexuit, græca laudabiliter adiunxit; hiſtorias primum ſuæ nationis, deinde Romanas, tertio græcas, poſtremo omnium gentium expilauit: illam philoſophiæ partem quæ ad mores & Remp. ſpectat ex Ariſtotele potiſſimum & Platone perdidicit; Mathematica peruolauit; deniq; nihil erat artium liberalium, quod non quantum ſatis haberetur imbiberit. Miror ipſe, cum rem conſidero, tantam ei varietatem nihil obfuiſſe, nullam confuſionem, nullam diffidentiam, nihil creaſſe periculi. Erat enim in multiplici carmine tam fœcundus & elegans, ac ſi ad ipſam Heliconis ripam natus & nutritus fuiſſet; in dictione & ſtylo tam purus, tã comptus, tam religioſus, vt Ciceronẽ penitus decoxiſſe, & in ſanguinem ſuccumq; vertiſſe videretur ſuum; in diſputando tam preſſus, conciſus & ſubactus, vt ipſum poſſet Chryſippum configere; in naturæ Philoſophia tam acutus & penetrans, vt oraculũ phyſicum diceretur, in hiſtoria tam locuples, vt antiquitatis helluo; in reliquis tam intelligens & expeditus, vt ſolus haberetur, qui omnes omnium pyxides exploraſſet. Si tamen eſt rcddenda non, in promptu ſunt cauſæ quæ illum tam breui tempore tantum ad

faſtigium ſcientiæ prouexerunt : natura non præcox, ſed exuberans & plena; Magiſtri ſcientiſſimi, bibliotheca inſtructiſſima, *exercitatio* aſſidua, in diſcendo labor, in labore methodus, in methodo conſtantia.

Non ille ſe promiſcuis ingurgitauit authoribus, non librorum cadaueribus oppleuit; non intempeſtiuis vigiliis hebetauit, ſeptem plus minus horas dormitauit, diem induſtriæ, noctem quieti dedicauit. Pexus, lotus, accinctus, frugaliter honeſtèque veſtitus, ſtudebat ſtans in ædicula ſolitaria. Nihil eo feruentius in pietate, nihil in omni vita moderatius, nihil in proſperitate mitius, in tempeſtate ſedatius, in grauitate facilius, in negotio præſentius, in relaxatione iucundius. magnopere cauebat, ne quid in ſuis moribus abſonum & ſingulare, aut in alterutram partem notabile cerneretur, ſenſerat enim nonnullos, quocunque ſe proriperent, quaſi digitis indicari, & meritis æqualium iactari ſermonibus; quales ſunt : En ille qui portat gladiolum, ille ſtoicus, ille calamiſtratus, ille cuius pileolus ſemper ad læuam militat, ille qui hominem iugulat aſpectu, ille quæ verba præcipitat, ille qui inſufflat ſyllabas, ſicut pauperes exorbent iuſculum; præcipuè tum ea vitabat, ſi qua cum leuiuſculis peccatis vel coniuncta, vel magno vanitatis periculo videbantur implicita

Parum

Parum enim eſſe dicebat, ſi iuuenis literatus, mortiferis tantum criminibus abſtineret, libidine, ſaltationibus, ebrietate, blaſphemiis, odio, furto, periuriis, quibus delibuti, non modò ſtudioſorum hominum, ſed ne hominum quidem vocabulo digni exiſtimantur. Quid (inquit) aliud faceret ſtudioſus, cui Deus tãtam commoditatem largitus eſt animæ curandæ, cui tot impedimenta ſuſtulit, quibus irretitur vulgus, quàm vt paruulos Babylonicos ad petrã allideret, neq; principes tantum & ſatellites tenebrarũ ſed etiam latrunculos iſtos, qui per foramina ſenſuum irrepunt, & aditum hoſti præparant, in ipſo veſtibulo mactaret? Itaque noſter Academicus, euaſit quotidiè ſemetipſo robuſtior, iam neque clamoſius contendere, neque curioſius aſpicere, neque impatientius mouere, nihil negligenter, inaniter, diſſolutè, præproperè, importunè loqui aut furere, ſtultitiam damnare ſuam, ſi labeculas animæ tardius eluiſſet, quas tanto faciliùs, quanto citiùs ad Eccleſiæ tribunal deponere potuiſſet.

Nullam illi ſtudiis horulam periiſſe, quam reb⁹ diuinis impertiſſet, nec ſuffurari q̃cquã tẽporis ab officii ſacro, q̃ in negotiũ transfunderet literarium. ſtatis ergo dierum & feſtorum, & communium precibus, ritibus, concionibus,

 ſup-

ſupplicationibus, ſacrificiis, cantiunculis, primus ſemper & poſtremus interfuit. ſæpe ad publica Xenodochia currere, lintéo ſe præcingere, pauperibus & dare prandium, & miniſtrare, medicum accerſere, aſtare, lauare, tergere, plenus humanitatis, plenus diligentiæ. Quæ cum exerceret, huiusq; putredinem & fœtorē corpuſculi, ob oculos tam ſæpè poneret, facilè domuit luxuriam, contempſit delitias, reſtrinxit incendia, & hæc ſpecioſa dæmonum pabula, quibus ineſcantur Iuuenculi, mirabiliter eſt execratus.

In tanta ſanctimonia mentis & corporis, in tam ſtricta & ſolicita conſcientia, declinabat ſuperſtitiones, ſcrupulos, hypocriſim, proteruiam; triſtitiam, & iſta ſupercilia cenſoria quæ bonis operibus etiam aliquando inſidiantur. Nihil eo ſincerius, nihil humanius, nihil ad loca, perſonas & honeſtas conſuetudines accomodatius. Nec deerant in familiari colloquio, dicta quædam ipſius, & reſponſa lepida, nunquam affectata, ſemper ingenioſa, plerunque grauia, & ſententioſa. Interrogatus de remediis iracūdiæ, Speculum, reſpondit, vt quis dum ſtomachatur & furit, oris ſui deformitatem, labia trementia truculentos oculos, corrugatas nares & inflammatam faciem, contempletur. Quid eſſet homini moleſtiſſimum? Quiſq; ſibi. Cur tam lente progrederetur in Studiis? Vt celerius (inquit) abſoluam. Quid primo diſcentibus optandum? Viua

vox.

vox. quid ſecundo? methodus. quid tertio? methodus, quid quarto? methodus. quid quinto? exercitatio. Quæ beſtiolæ morderent attrocius? reſpondit, Obtrectantes. Quanquam ille ſanè, ſi quis alius, cùm eſſet in hoc theatro virtutum & omnium bonarum artium, expoſitus liuori maximè, ſic tamē ſibi tēperauit, tāta ſimplicitate atq; prudētia ceſſit æmulātib⁹, vt & inuidia loquēs ipſo tacēte vinceretur, vt victa deniq; iuuenis bonitate & ſuauitate propemodū cōticeſceret. Nā & ſua ſeuerè & aliena placidè iudicabat, & qualiacunque vel audiret vel legeret, ex bona mente profecta ſemper inueniebat, quæ iure laudaret; ſi diſplicuit ſtylus, placebat inuentio; ſi deerat ingenium, prædicabat induſtriam: ſi vox inuenuſtior, efferebat memoriam: deniq; obſeruabat omnia laudabilia, quæ commemoraret, diſſimulabat contraria. Nunquam ei tale verbum exciderat ex ore, Hic ineptus, iſte ſtupidus, ille barbarus, ibi hæſerat, ibi riſimus, nihil ſciuit. Quæ tamen opus eſſent, ea tempore & loco monebat vtiliter, & monebat eos, quorū intererat, vt & benignitas vacaret adulatione, & veritas amaritudine. Ecce nobis, Auditores, elegantem Iuuenem non pigmentis illitum, non odorifera ſpirantem, non apparatu magnifico venuſtum ac delicatulum, ſed variis & perpetuis ingenij, doctrinæ pietatis dotibus ſic nobilitatum, vt nō dubitem cum hîc in medio veſtrū,

quaſi præſentem collocare, in quem obtutus & lumina veſtra defigatis, cuius præſtantiam conſectemini.

Videte nunc illum à prima pueritia, vsque ad hunc diem in virtutibus & literis progredientem; Poëtam qui amatoria nunquam cecinerat, nunquam legerat, in cæteris quæ conducibilia fuerunt maieſtatem Vergilij, feſtiuitatem Ouidij, Horatij numeros, Senecæ Cothurnos expreſſerat: Oratorem qui pro re & cauſſa ornatiſſimè poterat Auditores ſermonis dulcedine titillare, vel diſploſis affectibus percellere, vel amplitudine rerum obſtupefacere, vel ſubtilitate conſtringere. Hiſtoricum qui Geographiam & Chronologiam Hiſtoriæ duos oculos exactiſſime tenens, faciem totius orbis terræ, ab origine mundi, & omnium Monarchiarum, rerumque publicarum initia, progreſſus, viciſſitudinem, tanquam vno intuitu comprehenderat. Græcè doctum qui ſuauius & ſecurius veterem illam ſapientiam & fontes Atticos epotauerat. Dialecticum qui pulcherrima & argutiſſima ſenſa, quaſi digitis articulatim ponderans, & ſua diſtinguere, & aliena librare, & omnia quæ tractabantur, illuminare conſueuerat. Philoſophum qui totius naturæ venas intimas & viſcera penetrauerat. Mathematicum cui cœlum ac terra tanquam libellus patuerat.

Ingenio

Ingenio valentiſſimum, ſermone vernaculo copioſum, voce geſtuque peregregium, Corpore ſolido & ſucculento, cæteris quas antea perſtrinxeram dotibus affluentem, denique quod caput eſt fide, maturitate, modeſtia, & omni charitatis officio conſtantiſſimum. Ecquid ei reſtat, Auditores, adhuc paululum? & finem facio.

Nam cum à teneris, vt Græci loquuntur, vnguiculis, quindecim totos annos in huiuſcemodi literis linguis, artibus & omni liberali doctrina poſuiſſet, memor Theologiæ, in qua reliquam vitam conſumere decreuerat, Annum ætatis 22. qui hæc priora ſtudia terminauit Hebraicæ linguæ dedit.

In toto verò ſuperiori curriculo feſtos dies, & ſubciſiua quædam tempora ſacræ lectioni cõdixerat, & ſibi ad hæc futura ſtudia viam benè munitam aperuerat. Sic enim Conciones & Cathecheſes attenderat, ſic priuatim cum Theologis contulerat, ſic recentia Catholicorũ ſcripta in quibus præſertim controuerſa dogmata ſtylo dilucido ac puro declarantur, verſauerat, tanta ſedulitate propugnacula religionis conquiſierat, Hæreſum fomenta diſcuſſerat, vt nullum eſſet aduerſarii venenatum telum, quod non quomodocunque iaceretur, facilè, ſciẽter, intelligen-

ligenter depelleret. Solebat dicere veteres illos hæreticos Arrium, Eutychen, Pelagium, Neſtorium, & quoſdam alios ſuperba ſubtilitate & ſcientia fretos, non niſi à peritis Theologis *commodè* refutari potuiſſe. At horũ tẽporũ Paradoxa, tam eſſe luculenta tam aperta ſacrilegia, vt parum exagitata ſtatim concidant, & ſine magnis vel ingenii, vel ſcientiæ viribus eneruentur. Habetis, Academici Iuuenes, Academicum quem amare, colere, ſuſpicere, imitari poſſitis, veſtitum bonis omnibus, omnium in ore volitãtem, virtutibus & multiplici cognitionẽ diuitẽ, linguis & virtutib⁹ florentẽ herbeſcẽtẽ Theologum. Iam videor mihi tacitas aliquorũ cogitationes perſentiſcere quæ hanc Ideam planè deſperabilem eſſe coniiciunt, vtpote quam nemo q̃ eſt aut q̃ futurus eſt mortalium conſequeretur. Ego verò cum in hoc vno, non tam mediocritatem hominum, quam rei dignitatem exprimere ſtuduiſſem, conſiderare debui, non quantum fiat laudabiliter à multis, ſed quantum fieri poſſit excellenter ab eo cuius ingenium vitæq; commoditas ab hac ratione non diſſentiat. Neq; tamen continuò nullus erit, aut non inſignis & egregius Academicus, qui hunc apicem gloriæ non attigerit. ſunt honorata ſubſellia ſi negantur faſces, & ſella curulis principum. Eſt corona ciuica; ſi pleniſſimus triumphus non conceditur. Celebrantur ex bello Troiano, Diomedes

medes & Pyrrhus, Aiax, Vlyſſes, Ænæas & Antenor, Deiphobus & Sarpedon, Alexander & Troilus,aliiq; permulti in eodem exercitu, quorum nemo tum aut Achillem,aut Hectorem exæquauit. Itaq; magnis animis & magna ſpe ,in hanc literariam palæſtram incumbite,vt ad figuram laudatiſſimi Iuuenis, tam propè accedatis, quàm res & tempora noſtra, patientur. Audite Patrem cœleſtem ſua talenta repetentem cum fœnore ,audite matrem Eccleſiam, quæ nos genuit,quæ nos aluit,implorantem auxilia, audite flebiles proximorum voces,ſpiritalis inediæ periclum deprecantes, audite luporum ſtrepitus, qui depeculantur gregem. agitur Patris gloria, Matris incolumitas,veſtra ſalus, fratrum ſecuritas,& poteſtis negligere? ſi conflagraret hoc tectum inſpectantibus vobis,eſſet ne perditus ille Puer qui in ſummo diſcrimine capitis omnium ſociorum,interea cantillaret vel cachinnos tolleret,vel micaret digitis,vel vt ille dicit,equitaret in arundine longa? Ecce domus Dei ſceleſtorum ſcelere in flammas & vaſtitatem vocatum eſt, innumerabiles animæ decipiuntur, conquaſſantur, abſumuntur, quarum vna quælibet pluris erat facienda, quàm totius orbis imperium. Has tragœdias nolite quæſo iiculariter inſpicere, nolite dormire, dum hoſtis excubat, nolite ludere,dum ille paſcitur, nolite ocio & vanitate diffluere,dum ille in fratrum veſtrorum ſangui-

ne

ne cruentatur, non opes, non libertas, non dignitas, ſed cuiuſque patrimonium æternum, iugulum animæ, Spiritus & vita patitur. Quare videte, chariſſimi atque eruditiſſimi Iuuenes, *nullam* vt huius pretioſi temporis iacturam patiamini, vt ex hoc ſeminario meſſem fœcundam & vberem comportetis, quæ & publicis difficultatibus ſuccurrat, & vobis bonorum filiorum præmia pariat.

EDMVN-

EDMVNDI CAMPIANI, MARTYRIS SOCIETATIS Ieſu Oratio

IN FVNERE ILLVSTRISSIMÆ Dominæ Mariæ Cardonæ Pragæ habita. Anno 1577.

Solum hoc fragmentum extabat, quod ob reuerentiam tanti viri nolumus perire.

....

laudes adiicere poſſe videatur? Quare vt nouiſſima, cum primis connectam (auditores) quoniam nihil eſt hoc inſoliti, nihil immaturi funeris, cum anus grandæua naturæ ſatisfecerit: quid ſupereſt, niſi vt eam iiſdem curſibus inflammatiſque ſtudiis ad æthera ſubſequamini? in illo æterno domicilio noſtri ciues, noſtri neceſſarij, noſtri fratres, noſtri parentes, noſtri maiores degunt. Hic in hoſpitio ſumus, vnde ſingulis momentis aliqui iubemur exire, & nouis hoſpitibus loco cedere. Illam patriam, illam ciuitatem inquiramus, in qua ſine vlla viciſſitudine membris noſtri corporis quæ nunc deſideramus & ipſo corporis immortalis capite IESV CHRISTO ſeruatore noſtro perfruemur. dixi.

ORA

ORATIO MAGISTRI EDMVNDI CAMPIANI HABITA OXONIJ in Comitiis Magiſtrorum coram regina Angliæ Elizabetha, in naturali Philoſophia reſpondentis Anno 1566.

IN grauiſſimis atq; implicatiſſimis controuerſiis, quarum mihi vni propugnationem beneuolus iſtorum cõnſenſus detulit (Auguſtiſſima Princeps) etſi conſpectura es hominem adoleſcentem iniquo Marte cum bellicoſis militibus ſingulari certamine dimicantem: tamen hortante Philoſophia pro neceſſitudine quæ tibi cum ea, literatæ Principi cum principe literarum eſt, impetrare debet, vt ſe quoq;, ſicuti cæteras florentiſſimarum artium diſciplinas, dignã putes, quam præſentia, patientia, attentione cohoneſtes & exornes & illuſtres. Non enim verear, ne non iucunda atq; optabilis iſthæc futurã concertatio ſit; præſertim cum illis de rebus ſis auditura, quibus maiores tui, diuini ſanè homines mirificè delectati ſunt. Illis de rebus, quarũ ſuauitate generoſa indoles auidiſſimè capi, teneri, expleri ſolet. Illis de rebus, quibus & Henricus auus tuus, & Henricus pater tuus operam ac oleum tribuit. Illis de rebus, in quibus nihil eſt humile, anguſtum, aut depreſſum. Tantum quantumcunque eſt (quod certe maximum eſt) totum

totum eſt elegans, ſubtile, magnificum, regale, perfectum ingenio, elaboratum induſtria.

Fœlices animæ quibus hæc cognoſcere primùm
Inq; domos ſuperas ſcandere cura fuit.
Credibile eſt illos pariter vitiiſq; iociſq;
Altius humanis exeruiſſe caput.

Quarè quod nos præſentes præſens inuiſere, quòd audire diſputantes, quòd aſſidere nobiſcum auida bonarum literarum voluiſti (florentiſſima Princeps) cum hominibus in hac mediocritate fortunæ conſtitutis, nihil tu quidem alienum facis nec auitis laudibus, nec noſtra ſpe, nec opinione omnium, nec priſtina facilitate tua. Quin etiam tibi (magnifice cancellarie, Comes Leceſtriæ illuſtriſſime) præter cætera tua diuina atq; immortalia in Academiã noſtram merita quantum hoc nomine debeam', nec diffiteri ſi velim poſſim, nec diſſimulare ſi poſſim debeam. Tu illam non nolentem excitaſti, tu illam volentem concitaſti, tu illam currentem incitaſti. O ſerua tu qui potes, hæc nobis bona, hunc obſecro vt ſeruet maieſtatem tuam; honorem tuum: te parentem; te tutorẽ. Te quæ ſic facis; te q ſic mones: te q̃ hæc ſeruas; te q hæc curas: Te quæ nos ornas; te qui nos amas: Te qui nos ſecuros; te quæ nos beatos facis. His de reb' tam multis & tam magnis non modò gratias

agere & habere tantas, quantas capere animò atq; metiri poſſumus, ſed etiam grati eſſe vehementer, ſi poſſumus, volumus. Aurum, veſtem, delicias, pictas tabulas, magnificos apparatus, q̃ nostra nõ ſũt, ſed fortunæ, nõ poſſidem⁹: q̃ poſſidem⁹, intra nos ſũt, intra nos ſũt, q̃ dono damus, dam⁹ autẽ de hiis q̃ penit⁹ incluſa, de venis & viſceribus philoſophiæ, hæc duo quæ recitata ſunt doctrinæ capita diſcutienda; in quibus quo facilius videre poſſitis, qui ſit meus ſenſus, & ſtatus, pauca præmittam, eaq; paucis, tanquam cæmẽta quædam totius ædificii & ſemina defenſionis meæ. Primũ ſic ſtatuo, & ſic animũ induxi meum, agitationem illam reciprocam patentis Oceani tam ſtupendam atq; admirabilem, quẽ fluxum maris atq; refluxum vocant, lunæ tanquam efficienti primariæq; cauſæ rectè à philoſophis aſcriptam eſſe. Qui hoc conſtare poteſt? rogas? Quære ab Aſtrologis. Quid illi? Luna (inquiunt) humidis dominatur, ibi regnat, ibi triũphat, illa ſe iactat in aula. Qui ſcis? ſiquidẽ vltima cœlo, citima terris, lumine lucẽs alieno, tantã ac talẽ vim, cõmoditate loci, qualitate ſui, differẽtia luminis, optimo iure, ſortita eſt. Audio etiam nè ampli⁹? Medicos audi. Oĩa (inqiuũt) plènilunia, nouilunia, interlunia, quartimas, ſeptimas, aſpect⁹ omnes diligẽter accurateq; obſeruam⁹, q̃ Luna creſcente àc vigente corporũ humores ſoluti fluunt & exundant, ea deficiente concreſcunt denuò. Quid tum? Phyſicos audi. A qua ma-

r:na mixta vaporibus inſigniter craſſa, arctiorem in locum tantiſper conglobata eſt, quoad in hemiſphæriũ maritimæ regionis luna conſcenderit, ac illam duritiem fregerit, cõcretiora diſſipauerit, denſiora decoxerit. Ex his omnibus hæc ſumma naſcitur: accedente luna propius mare ſolutis & liquefactis vaporibus, quibus vndique refertum atq; commiſtum eſt (non ſecus quàm aqua in olla ad ignem poſita) protinus ebulliare & exæſtuare: eo fieri vt ſtatis temporibus aqua rariori mirabiliter auctum diffluat, ac dein paulatim deferueſcentibus Lunæ radiis, ſe colligat, ad ſe redeat, in ſuum alucum ſubſidat. Id quod noſtri refluxum maris ac receſſionem vocant. Dixi de prima. Audite alteram. Hæc inferiora corpuſcula, ab illa cœleſtium vi, lumine, motione Syderum, orbium, planetarũ, afficiũtúr & gubernãtur. Animaduerterunt ſanè excellentes viri, & alta quadam mente præditi, certis quibuſdam circumſcriptis naturæ cancellis teneri omnia, moueri omnia, nihil à ſe, ab agente omnia, caduca ab æternis, infera à ſuperis, incerta à certis, ſecũda à primis pẽdere. Infinitatẽ cauſarũ ac motionũ cõmuni iã omniũ ſẽſu exterminatã è ſcholis, & explosã extitiſſe. Eſſe aliqd primũ, vltimũ, ſumũ, vniuerſale, ſempiternũ, ei⁹ in arbitrio ac nutu, tãquã in gremio parẽtis, hætere cætera oportere. Hæc agẽdi vis in cœlũ cadit.

cœlum agit; hæc aguntur: Cœlum primum eſt; hæc vltima: Cœlum ſummum eſt; hæc infera: Cœlum æternum eſt; hæc caduca: vt vno verbo multa complectar: cœlum regnat; hæc *reguntur*. Sed in hac tanta controuerſia quando tempus volat, & me vocat, quæ cautiones obſeruandæque difficultates explicandæ ſunt, eas in ipſo cógreſſu facilius & minori cum moleſtia, ſi opus fuerit, expediemus. In eo ſi quid futurum eſt, quod Celſitudini tuæ, vobiſq; lectiſſimi atq; ornatiſſimi viri, aut vſui aut voluptati eſſe poſſit, peto & quæſo à vobis, animo vt adſitis, qui corporibus adeſtis, & iſtos fortiſſimos adoleſcentes, qui contra me prælium inituri ſunt, æquiter deinceps & patienter audiatis. Dixi.

EDMVNDVS CAMPIANVS RICARdo Stanihurſto. S. D. P.

COmmentarios in Porphyrium tuos, ſingulari iudicio diligentiaque laboratos, legi ſanè cupidiſſimè, mirificeque lætatus ſum, eſſe adoleſcentem in Academia noſtra, tali familia, eruditione, probitate, cuius extrema pueritia cum multis laudabili maturitate viris certare poſſit. Macte verò, Stanihurſte, iſta ſedulitate & induſtria, abde te in literas, curſum confice, corruptelarum illecebras execrare, ingenii neruos intendito, da te patriæ, meritiſſima virtutis præmia conſe-

conſectare. Tu, qui hac ætate, tot Philoſophorum Dialecticorumque pyxides expilaris, omnẽ libidinem, petulantiam, ſocordiam fregeris, in pulcherrimo difficillimoq; conatu tã obſtinatè pſtiteris, quantus mihi videbere tũ, cùm vtrãq; Philoſophiam, poſt aliquot annos, profitebere, cum Latinas & Græcas literas affluenter imbiberis, cum omnes bonas artes exhauſeris, cum ingenium iudicio, iudicium ſapientia, ſapientiam annorum acceſſione corroboraris. Videor mihi videre diem illum, quo te omnium in ore ſermonibusque volitantem præclara tua laus editiſſimo loco, tanquã in Theatro virtutis reponet, pergas modò conſtanter facere quod facis, nec à teipſo degeneres, aut excellentem iſtam mentis aciem turpiter hebeſcere patiaris. Quod ne fiat, non quaſi addubitem, ſed quia talium exiſtimationi, qualis tu es, valde velle atque optare debeo, magnopere hortor: Simulque operis editionẽ vt matures quo Reſpublica literaria celerius iuuetur. Me certè habebis & tuarum cupiditate laudum, quarum adhuc quidem ſpem expectationemque ſuſtines, mirabiliter incenſum, & earum, quibus te hoc tempore ſtipatum video, buccinatorem. Vale, ex ædibus. D. Ioann. præcurſoris. Calendis Decembris. 1570.

Idem ad eundem.

Siue laboratam video, Stanihurſte, Catenam,
Siue Catenati grande laboris opus,

Felices artes tanto dicentur alumno,
Tuq; patens tanto munere diues eris.

EDMVNDVS CAMPIANVS IAcobo Stanihurſto
S. P. D.

MAgnum capio fructum (vir ornatiſſime) & amoris & iudicii tui; amoris, quod hoc tali in tempore tam tibi curæ ſum, quàm ſi de capite tuo (ſicuti Mineruam ferunt ex Ioue) natus eſſem: iudicij vero, quod me propemodum eiectum domo focisque patriis non ſolum hoſpitio, ſed etiam complexu tuo dignum reputaueris. Nam cum hærere in gratia cuiusuis per ſe multum valet, tum ab eo viro diligi, quem doctrinæ, ſapientiæ, pietatis nomine omnes boni diligunt, id mihi iure lætandum, planeq; palmarium ſtatuo. Itaque beneuolos iſtos imperitæ plebeculæ rumuſculos tanti facio, quanti fumulos veræ gloriæ. Probari autem & curari me abs te probatiſſimo atque optimo viro, ſic mihi cenſeo triumphandum, vt Hector ille Næuianus ab excellenti prinicpe, aut à Catone laudatus Cicero. Ne me putes hæc auribus tuis dare. Nihil ſoleo minus. Sed hæc cùm recolligo, illum intueor; qui te in iſtam mentem dedit; tibi gratulor, qui hæc veſtigia conſectere; mihi gaudeo, qui peregre profectus, in

tuam

tuam amicitiam, vel potius clientelam inciderim. Cuius enim liberalitatis & inſitæ bonitatis fuit, me ignotum & exterum in tuis ædibus tot menſes lautiſſimè tenuiſſe, valetudini meæ non ſecus ac tuo filio Ricardo (quem habes meritò chariſſimum) prouidiſſe, omnibus locorum, temporum, & hominum (vſus quando venerat) amœnitatibus expleuiſſe, bibliothecam de tuo ſuppeditaſſe, ſtudio & otio meo tam inſigniter cauiſſe, vt extra meum Oxonii domicilium, ne viuam, ſi me vnquam ſuauius in muſas abdidi. Hæc iam tanta ſunt, tamque accumulata, nihil vt accedere poſſe videretur. Acceſſit tamen. Quid? ſimul ac leuiſſimam tempeſtatis auram ſciui perſentiſcere, quæ flaret immanius, ſi Dublinii diutius hæreticorum in oculis reſtitiſſem, hoc mihi perfugium apud intimos tuos in ſecreto ruſculo patere voluiſti. De eo ſic tibi gratias ago, vt qui hactenus tot commoditatum mearum rationes tibi debuerim, nunc vero etiam ſalutem & ſpiritum acceptum feram.

Spiritum rectè dico. Nam qui cum Tyrannis conflictantur eiuſmodi, ij plerumque in horribiles detruſi cameras fœdiſſimos vapores hauriunt, reſpirare ſalubriter non ſinuntur. Nunc autem tuo beneficio & tuorum viuam (ſi CHRISTVS annuet) ab iſta periclitatione

ſolutior, & ſanè (quantum auguror) ad meum ſenſum perbeatè. Primùm Barneuallus veſter, ornatiſſimus vir, omnia prolixè promittit. Literas tuas cum legiſſet, dolenter ferre temporis *iniuriam*, de aduentu verò meo ſic exilire gaudio, quaſi qui beneficium à nobis accepiſſet. Continuò euocatus ad vrbem vxori me commendat ſuæ. Ea me habuit perbenigne: fœmina certè religioſiſſima & modeſtiſſima. Interiori cubiculò concluſus ſum opportuno loco. Ibi cum libris in gratiam redii. His comitibus, tanquam in cellula, deliteſco. Quod ſupereſt, te rogo, vt quem tot tuis meritis emiſti, cum tuo tibi iure totum poſſideas & vendices. Ego ſim planè perditus & inhumanus, ſi egregiam tuam mihi tam perſpectam in me pietatem & fidem ex animo deinceps effluere aut elabi patiar. Vale. Turuio. 13. Cal. April. 1571. Ad Ricardum ipſe do literas. Cæteris multam ex me ſalutem. Gualtero nominatim & Annæ coniugi, quæ ſi (quod ſpero) conualuit, ſaluus adoleſcens eſt, dignus quidem te parente. Itidem Margaretæ filiæ, Barnabæ, item Patritio, cui quàm ſim obſtrictus poſt audio, quàm illum videre contigit. Hermanno & Decano bonis ſenibus, Riano nepoti de ſorore, tuo. Cum nos inuiſes proximè, da (obſecro) negotium famulis, vt vna D. Bernardum aduehant. Iterum atque iterum vale.

EDMVN-

EDMVNDVS CAMPIANVS RIcardo Stanihurſto S. P. D.

DE tuis innumerabilibus in me officiis nullum (Stanihurſte) nec finem nec modum facio cogitandi. Illud acerbum eſt, quòd quam habere gratiam & poſſum, & volo, eam referre volens non poſſum. Alterum perſoluit animus, alterum facultas negat. Sed remunerandi vices nec ingeniũ tuum nec tua fortuna deſiderat. Quare mea me voluntatis & mentis conſcientia ſuſtentat, eam tibi trado ac dedico. Cætera cum requixero. Interim ſi quid iſte veteris Campiani ſepultæ reliquiæ ſapiunt, tibi ſapiunt, tibi ſeruiunt. Valde te amo fratremq; tuum Gualterum, de iſta ſolicitudine, quam nuper ſumſiſtis, meâ gratiâ, ſingularem. Tu noctu vigilas, ille vero etiam auulſus ab vxore. Extra iocum vobis magnopere debeo. Argumenti præterea nihil quod ſcribam habeo, niſi ridere vis, ſi eſt otium, & ſi libet. Dic. Taces. Igitur attende. Poſtridie quàm huc conceſſi, accingor ad ſtudia: irrupit in cubiculum de improuiſo anus quædam paupercula, neſcio quid cõcinnatura. Vbi me vidct ad læuã, prorſus ignara cuias eſſem, ſpectrum credidit. Capillus miſellæ obriguit, deſtituit color, ore ſtupet, ſoluuntur fauces. Quæro, quid veniſſet; Ibi tùm exanimata metu paululum abfuit, quin col-

laberetur. Nullum verbum proloqui, proripere ſe foras quantùm poteſt, non prius quieſcere, quàm heram monuiſſet, eſſe qui ſcriberet in ſũmo conclaui tetricum, vmbram ſibi videri. *Hæc* narrantur in cœna. Mulierculam accerſunt. faſſa timorem eſt, omnes riſu emori, egò in viuis cõpertus ſum. Vale. Turuio. 13. Calen. April. 1571.

EDMVNDI CAMPIANI SOCIETATIS IESV MARTYris in Anglia, Epiſtola ad RICHARDVM CHENEVM Epiſcopum Gloceſtrenſem.

ORNATISSIMO VIRO RICHARDO CHENEO EPISCOpo Gloceſtrenſi Edmundus Campianus. S. P. D.

NOn me nunc, vt olim, iuuenilis impetus, nec ſtyli facultatula, nec officioſa quædam ſcribendi ſedulitas ad ſcribẽdũ impulit. Olim vis animi, maior nũc neceſſitas extorſit hãc epiſtolã. Nimiũ iã diu ſeruitum eſt aurib,⁹ tempori, ſpeb⁹, gloriæ; tandẽ aliquãdo ſaluti ſeruiat, & ſubminiſtret oratio; per ego te naturæ bonitatem tuæ, per meas lachrymas, per ipſum Chriſti confoſſum pectus, & patibuli confixi vulnera obteſtor, diligenter attendito. nullum de te nec finem nec modum facio cogitandi, nec vnquã ferè cogito quin

quin me vehemẽter pudeat,& illud è Pſalmo repetã taciteq; precer : Ab alienis,domine parce ſeruo tuo.q d admiſi? Scriptũ eſt ſcilicet,videbas furẽ & currebas cũ eo;& alibi. Laudatur peccator in deſideriis ſuis,& impius benedicitur.toties Gloceſtriæ tecum,toties in ſecreto cubiculo, tot horas in penetralib⁹ tuis & intima bibliotheca fui;ſecluſis arbitris, hoc negotiũ agere potuiſſẽ, & non feci;qđq; turpius eſt, aſſentãdo & coniuẽdo ad morbũ facularadmoui.& licet fucoſa dignitatis imagine, opibus, ætate,literis anteibas, nec tibi à me curatio animæ aut ſpirituale pabulũ debebatur:tamẽ cum eſſes ea facilitate ſuauitateq; morũ,vt me adoleſcẽtẽ ſenex in familiare colloquium frequenter exciperes,quiduis dicẽdi ſecuritatem & ſilentiũ præſtares, querelas apud me tuas, certorum in te calumnias Hæreticorũ deponeres,paternè demum hortarere, vt via regia planus & erectus incederem,vt Eccleſiæ,cõciliorũ,patrũ veſtigiis inſiſterẽ,his vt cõſpirãtib⁹ nulla in re falſitatis labecula aſpergi poſſe crederẽ: valde mihi ſuccẽſco, q pulcherrimã hãc anſã ædificãdæ fidei, vel nefario pudore,vel ſcelerata negligẽtia præterirẽ, q paululũ modo diſtãtẽ à regno Dei nõ accẽderẽ cõfidẽter,ſed aura fauoris & gloriæ tuæ poti⁹ vmbratilẽ exiſtimationẽ honoris mei quã ſempiternũ bonũ promouerẽ.

Cæterùm quia,tam quod erat, ſublatũ eſt, vt præſentẽ pſẽs conarer inflectere: proximũ eſt ad abſentem

abſentem vox mea proficiſcatur, teſtis obſeruãtiæ, ſolicitudinis, anxietatis meæ, quam ille ſcit, apud quem quotidiana pro ſalute tua voueo. Audi obſecro, audi paucis. Annos plus minus ſexaginta natus es, incerta valetudine, debilitato corpore, Hæreticorum odium, Catholicorum pudor, vulgi fabula, tuorum luctus, inimicorum ludibrium, pugnante conſcientia falſum nomen vſurpas Epiſcopi, peſtiferam ſectam, quam non probas, tacendo publicas, perculſus anathemate, reciſus à corpore, in quod ſolùm Chriſtus influit, exutus omnium ſuffragiorum, ſacrificiorum, ſacramentorum beneficio. Quis videre? quid expectas? quæ tua vita eſt? & quam in eo tibi ſpem reſtare putas? quod Hæretici implacabili odio conuiciiſq; laceſſant? quod ex omnibus Hæreſiarchis tolerabilius inſanias? quod viuam Chriſti præſentiam in altari & liberum hominis arbitrium profitêre? quod catholicorum neminem in tua Diœceſi protriueris? quod hoſpitiis flores tuorum ciuium, & bonorum hominum? quod palatium & prædia non, vt tui ſodales, delumbaris? Et quidem iuuabunt iſta, ſi redieris ad complexum Eccleſiæ, ſi cum domeſticis fidei vel minimum quidquam patiare, vel ſalubriter meditere. Nunc autem dum foris es, dum hoſtis es, dum nequiſſimus transfuga ſub alieno Duce militas, fruſtra ſtudes integumentis virtutum innumera flagitia piare. Nec aliud cõſequere, niſi

vt cru-

vt cruciatibus æternis paulo fortaſſe minus horribiliter mactêre, quam Iudas, aut Lutherus, aut Zwinglius, aut illi ipſi Cooperus, Humfredus, Samſonus antagoniſtæ tui. Quid intereſt quæſo, ad mortis genus? ad mortem vero ipſam nihil intereſt, alta ne rupe quiſpiam præcipitetur in mare, an de ripa mittatur in profluentem; Ferrone quis intereat, an laqueo; tortus in eculeo, an iaculo transuerberatus; gladio diſſectus an ſecuri; lapidibus obtuſus an fuſtibus; igni toſtus, an aqua bulliente coctus. Quorſum attinet pro multis fidei capitibus dimicare, & in paucis perire vacillantem? cauere naufragium, vt pugionibus iugulêre? declinare peſtem, vt inedia cōtabeſcas? vitare flammulas, vt fumulo ſuffocére? Nullum fidei credit articulum qui vnum aut alterum recuſat credere: Nam ſimul ac pertinaciter tranſiliit limites Eccleſiæ, quæ eſt columna & firmamentum veritatis, cui Chriſtus Ieſus ſūma prima ſimpliciſſima veritas, fons, lux, dux, linea, norma fideliū inſtillat omnia. Quātūcunq; retinet Catholicorū dogmatū, tamē ſi quod vnū pniciosè vellicat, cætera q̄ aſſentit, non iā orthodoxa fide, ſine qua eſt impoſſibile placere Deo, ſed ſuo ingenio, ſua perſuaſione retinet. Ociosè catholicorum religionem tueris, ſi, quæ libitum eſt, ea ſola exoſculere; Alia quæ tibi non videntur amputes. Vna, ſyncera, nota eſt via, non meis tuiſq; cancellis, non priuato iudicio, ſed humili-

tatis

tatis & obſequii ſeueris legibus terminata, à qua cùm deflexeris, exorbitaſti. Intus oportet ſis in domo DEI totus, intra ſalutis parietes, tutus ac ſaluus ab iniuria; Si paululum modò vagère & ſpaciére, ſi pedem vel manicam è nauicula prominentem negligas, ſi vllam vel minimã pugnã in hoc nauigio dederis, exturbabere. Occluſa eſt porta, exũdat Oceanus, periiſti. Qui mecũ (inquit ſaluator) nõ colligit ſpargit: idq; exponit Hieronymus, q Chriſti non eſt, Antichriſti eſt. Non es tam ſtupidus, vt ſacramentariorum hæreſim conſectére: non tam demens, vt omnia Lutheranæ factionis aſſecla velis eſſe, quæ nunc Oecumenicis conciliis (quibus tute fidendum exiſtimas) damnãtur Conſtãtienſi & Tridẽtino: Et tamen hæres in luto phantaſmatis tui, ſcilicet vt cornicum oculos configere videreris, vt fraterculis tuis arbiter ſederes honorarius. Memineris reſpõſum, qp mihimet ipſi ſerio ſanctèque protuleris, tum cum ante triennium in ædibus clariſſimi viri Thomæ Duttoni conueniſſemus, prãſuri Shyrburniæ. Incidimus in D. Cyprianũ. Obieci tibi, vt tua ſenſa melius expiſcarer, Synodum illam Carthaginenſem, quæ circa baptiſmũ puerorum lapſa eſt. Dixiſti id, quod res erat, non vni prouinciæ, ſed Eccleſiæ Spiritum ſanctum adpromitti: Eam vniuerſam in pleno Concilio repræſentari: oſtendi non poſſe doctrinam vllam quæ tale Concilium fefellerit. Recognoſce

ſce tua tela, quibus in Euchariſtiæ myſterio debellas aduerſarium; Clamas orbem Chriſtianum, cœtus Epiſcoporum cuſtodes depoſiti, hoc eſt, fidei antiquæ; hos vt interpretes ſcripturæ commendas populo. Latrunculorum quorundam figmentum impudens iure optimo rides & eleuas. Nunc quid dicis? En tibi celeberrimos Patres & Patriarchas, & Apoſtolicos viros nouiſſimè coactos Tridenti, qui pro veterum Patrum fide communicatis operis, decertârunt; Legatos, præſules, Cardinales, Epiſcopos, Oratores, Doctores plurimarũ gentium, ætate maturos, rara ſapientia, dignitate Principes, eruditione mirabiles; Vndique circumfluentes Italos, Gallos, Hiſpanos, Luſitanos, Græcos, Polonos, Hungaros, Flandros, Illyricos, multos ex Germania, aliquot ex Hybernia, Croauia, Morauia, ex Anglia quoque non neminem. Hi te quam diu ſic viuis, vt nunc viuis feriunt, explodunt, eliminant, execrantur. Quid cauſæ adfers? maximè cùm tuis collegis bellum indixeris, cur non te totum citra exceptiones in horum Præſulũ diſciplinã ſubmiſsè dedas? Vidiſtin' aliquid in cœna Domini, ꝙ iſti non viderint, excuſſerint, diſſoluerint? Audeſnè teipſũ vel cẽteſima parte cũ infimis hui⁹ cõcilij Theologis exæquare? Non diffido prudẽtiæ, nec modeſtiæ tuæ, non audes. Victus es ergo tuis iudicibus numero, valore, pondere, grauiſſimo

ſimo totius orbis terrarum & maximo teſtimonio. Redi, redi ad cor (miſerabilis ſenex) reſtitue mihi veterem nitorem, & egregias dotes tuas hactenus ſopitas in cœno turpitudinum. *Da te* parenti tuæ, quæ te Chriſto peperit, aluit, conſecrauit, agnoſce parricidium; ſit erranti medicina confeſſio. Alterum (quod aiunt) in cymba pedem habes, fortaſſe ſtatim, breuiſſimè ſine dubio rapiendus è vita, ſiſtendus ad tribunal illud, auditurus, Redde rationem villicationis tuæ; quam niſi celeriter & accuratè cum aduerſario peccati viator inіueris, ad vltimum quadrantem exactus, de vita infœlix agitabere ab eo, cui ſoluendo nunquam fueris. Tum ille manus, quæ ſpuriis ordinibus tot miſellos iuuenes initiarũt, ſulphureum corpus, præ dolore pungent, & terebrabunt: illud os impurum, periuriis & ſchiſmate delibutum, ignibus ac vermibus, & ſpiritu procellarum opplebitur: illa tuæ carnis ambitioſa pompa, ſella Pontificia, prouentus annui, ſpacioſa domus, honorifica ſalutatio, famulorum cohors, apparatus elegans, rerum affluentia, quibus te ſtulta plebecula beatum æſtimat, in horribiles fletus, in ſtridorem dentium, in fœtorem, ſqualorem, fœditatem, carceres, vertentur. Ibi te Caluini manes & Zwinglij, qb' cũ nũc luctâre perpetuò affligent, cum Arrio, Sabellio, Neſtorio, Wiclefo, Luthero: deniq; cum diabolo, & Angelis tenebrarum ſupplicia dependes, blaſ-

phemias

phemias eructabis. Parce tibi, vitæ tuæ, dolori meo. Licet fracta naui, proiectisq; mercibus, tamen accipe tabulam pœnitentiæ, adnata quantũ poteris, & vel nudus ad Eccleſiæ portum applica. Chriſtus, ne dubites, præſeruabit manu, accurret, dabit oſculum, veſtiet ſtola candida; Cœlites triumphabunt. De vita minima cura eſt. ille curabit, qui dat iumentis eſcam ipſorum, & coruorum pullis inuocantibus eum. Tu ſi noſtrum exilium deguſtaſſes, ſi conſcientiam repurgaſſes, ſi viuidum pietatis exemplar oculis & animo luſtrauiſſes, quod hic in Epiſcopis, preſbyteris, religioſis fratribus, præpoſitis Academicis, proceribus regionum, laicis omnium ætatum, ordinũ, ſexuum reſplendet; credo reliquam temporis vſuram, gemitibus & fletibus imbuendam, ſexcentis Britanniis commutares. Sin autem, quæ tuæ rationes ſunt, ſic impediris, vt liberè, quò velis euolare non queas, animum ſaltem grauiſſimis catenis eripito, corpori quiduis impera, modò ne te mole ſua premat, & infra omnes mandet exilio, vbicunq; remanſeris, & quocunque diuerteris; Nouit DEVS, qui ſunt eius, & prope eſt omnibus inuocantibus eum in veritate. Da veniam (ſenex ornatiſſime) iuſtiſſimis aculeis, & ardori meo. Liceat odiſſe mortiferam plagam, liceat inſignis viri chariq; capitis, quolibet vel acerbo pharmaco periculum præſentiſſimnm redimere & propellere; Iamq; futurum, ſi CHRI-

STVS annuet, ſi tute non refugeris, tam expecto q̃ te diligo; diligo vt natura, literis, vrbanitate, moribus præſtantiſſimum, & mihi multis tuis meritis officiisque coniunctiſſimum. Si conualueris, beaſti me, ſi contempſeris, teſtor chirographum hoc, DEVS iudicet inter me & te: ſanguis tuus ſuper ſemetipſum.

VALE.

Salutis tuæ ſtudioſiſſimus Edmundus Campianus

Tracti-

Tractatus de imitatione.

Ex
COMPENDIO RHETORICES QVOD EDMVNDVS CAMPIANVS SOCIETATIS IEſu ſuis Oratoriæ *facultatis ſtudioſis Anno 1577. & 1578. propoſuit Pragæ.*

IN INVENTIONE ET DISPOſitione multos, in elocutione vnum imitandum eſſe.

Caput I.

REm aggredimur non ſatis ab authoribus explicatam, & inter diſertos homines ſanè controuerſam. tollamus initio confuſionem, matrem erroris, nouercam lucis, nutricem rixæ. Negari non debet, cum in doctrina benè dicendi res & verba ſpectentur, duas Rhetoricæ partes inuentionem ac diſpoſitionem, quæ rerum ſunt, ex optimis quibusq;, licet ſtylo diſſimillimis, iuuari ac perfici oportere. Tertiam quæ verborum eſt, ad vnius effigiem excellentis in ea facultate Magiſtri cenſeo componendam. Etenim ſi Marcus Tullius Archiæ ſe præceptis doctiſſimi poëtæ formatum ad eloquentiam fatetur,

propterea ꝙ omnia humanitatis ſtudia ſui quodam vinculo ſocientur; quanto magis oratores ab oratoribus ingenioſis & acutis cuiuſque modi fuerint locupletari & excoli poſſe putemus. Quis dubitet Varronem, Saluſtium, Liuium, Valerium Maximum, Senecam, duos Plinios, Quintilianũ, Q. Curtium polite ac prudenter ſcribere? Horum opera legentes augebimur argumẽtis & peritia dicendi. Hi enim alius alia virtute claruerunt: Ille neruis, ille moribus, ille varietate, ille granditate, alter methodo, alter ſuauitate. Non caruerunt ſua laude, neq; Cornelius Cethegus, de quo Ennius:

Is dictus ollis popularibus olim
Flos delibatus populi ſuadaéq; medulla.

Neq; Cato ſenex cuius orationes 150. legerat Cicero, graues in laudando, acerbas in vituperando, in ſententiis argutas, in differendo ſubtiles. Neq; Caius Carbo quem oratorem Lucius Gellius eius æqualis canorum, volubilem, acrẽ, vehementem, dulcem & perfacetum fuiſſe dicebat. Neque Tyberius Grachus, qui & diligentia Matris Corneliæ, & exquiſitiſſimorum è Græcia præceptorum dicendi gloria multis præſtitit. Neque Antonius, Craſſus, Catulus, Philippus, Cotta, Hortenſius, quos paſſim Cicero deprædicat qui his ſucceſſit & antecelluit in omni

omni genere virtutis oratoriæ. Cum ergo de hac imitatione loquimur, ſequimur tales viros, quales iam recenſui, id eſt optimum quemque cuius & ſapientia & ordine & reliquo artificio perſpecto reddamur doctiores. Sed in his ipſis præcipuum Ciceronē, non tamē ſolū qui eſt omnes in omni laude eloquentiæ antegreſſus. Accedūt iſtis Poëtæ, hiſtorici, philoſophi lætiores, qui hac quidem in parte proderunt & etiam ſcriptores Græci qui ingenii & artis diuitias ſuppeditare poterunt. Conſtat Ciceronem ex Ennio pro feciſſe, delectatū Tragœdis & Comicis. Ex Iſocrate vero, Platone atque Demoſthene plurimū creuiſſe. Sicut ex Homero Virgiliū. Hoc pacto & latini libri vernaculū erudient oratorē & latinum vernaculi. Quæret quiſpiam, cum inuentionem ac diſpoſitionem tantopere laxemus, cur tandem phraſim & ſtylum ad vnius reuocemus exemplum. In promptu cauſa eſt. Hæc enim ſupellex rerum, ſemper conſtare ac ſui ſimilis quacunque dictione veſtiatur permanet; at voces & λέξεις in quibus prudentiſſimi viri frequenter offendunt, ſi à multis promiſcue ſumerentur, formam ſermonis inæquabilem, incertā ac vitioſam redderent. Quod ergo facillime patet errori, illud ſecuriſſime inter limites coërcetur.

DE ELOCVTIONIS IMITATIONE.

Caput II.

AD apparatum ſermonis ornatumq́; quod attinet, non exiſtimo nullum fructum eſſe niſi voluminum Ciceronis, aut eorum qui Ciceronem feliciter expreſſerunt. Sed hoc dico in cæteris legendis cenſores vos eſſe debere; in Cicerone diſcipulos: Illos notare; hunc ſuſpicere: illos guſtare; hunc vorare, & concoquere, & in ſanguinem penitus ſuccumque veſtrum vertere. Habent illi delitias quaſdam, parcè à nobis cauteque delibandas; hic plenas menſas & opiparas dapes, confidenter auideque ſumendas. Ex hoc igitur ſolo conficietur elocutio. Sicut enim nemini cutis, aut color aut certa corporis conſtitutio naſcitur ex epulis quas attingit, ſed ex quotidiano paſtu, quo vegetatur & alitur; ſic oratio, quamuis nõnulla de aliorũ ſcriptis tanquam de alieno conuiuio ſeponat, formã tamẽ & naturã ex vno Cicerone, cui ſẽper aſſueſcat, tãq̃ ex cõſtanti pabulo orietur. Hæc eo ſpectant vt probẽ, qui Ciceronianus non ſit, eloquentem eſſe neminem. Aliter ſenſiſſe video & Angelum Politianum, cu[illegible]tat ea de re ad Paulum Cortheſium epiſt[illegible] Ioannem Picum admirabili doctrina p[illegible]em, cuius rationes diſſoluit Petrus

Bem-

Bembus Cardinalis. Ac mihi quidem attentius cogitanti explodenda videtur inprimis earum ſententia qui prorſus imitationem ſuſtulerunt & ſuum cuiq; ductum in ſcribendo, relinquunt; nec audiendi ſunt, qui omnes bonos latinitatis authores præfigi maluerunt: nuſquam enim eſt qui vbique eſt. Certe inter ſcriptores ipſos probatos & bonos dictio tam diſſimilis reperitur, vt qui horũ veſtigiis omniũ velit inſiſtere, & optima deſeret, & non conſequetur mediocria. Vnde illud prouerbiũ inoleuit, qui plures inſequitur lepores, nullum capit. Sed & illi aberrãt à vero qui Ciceroni in imitatione primas ſtyli, non tamen ſolas deferunt. Quis pictor qui artem didicerit vt ab Apelle, Polygnoti aut Thymantis tabulas, è quibus doceretur adhibuit? Quis fictor quem Lyſippus eduxerit Calamidis ſigna rigida magnopere fuit contemplatus? illud eſt expeditiſſimum, vt vnus ponatur ob oculos, vnus ad imitandum conſtituatur. Quod ſi vnus? quis niſi M. Tullius? cui natura ſuas omnes opes contulit, cui latinus ſermo patrius fuit, cui literæ, linguæ, artes, ingenium iudiciumq; perpolierunt. Cui cum ætate hoc ſtudium adoleuit atque conſenuit; cui exercitatio dicendi & ſcribendi aſſidua mirabilem facultatem peperit, cui dignitas in Repub. ſapientiam cumulauit, & auxit diligentiam, cui denique hæc ipſum curæ & cordi fuit eloquentiam latinam perficere.

Quæ quas viciſſitudines, varietatesque ſubierit, quibus etiam incrementis & olim ad ſumã progreſſa, & noſtro ſeculo reſtituta ſit, quoniam intereſt ſcire, ad negotium, quod tractamus intelligendum, paucis declarabo.

DE TEMPORIBVS ELOQVENTIÆ.

Caput III.

QVinque fuerunt hactenus eloquentiæ Latinæ tempora, quibus animaduerſis imitandi ratio quam dixi, facilius approbabitur. Primum antiquiſſimum, eorũ qui ab vrbe condita vsque ad Liuium Andronicum, circiter quingentis annis floruerunt. Quo ſpatio cum multa ſuſpicemur ſcripta fuiſſe, pauca tamẽ ad poſteros peruenêre. Nam in originibus Cato tradidit, nihil horũ ſeculorũ, iã tũ extare, præter orationẽ Appij & aliquot laudationes mortuorũ: hic ſermo totus propemodũ obſoleuit. Quis enim nũc ita loquitur? ſi nox furtũ factũ ſit, imò ſiq; occiſit iure cas' eſto. quã legẽ è tabulis citat Macrobius. Aut quis illa carmina ſi audiat, non miretur quæ olim Salij Gradiuo cecinerunt? Adhuc ergo nihil habemus quod imitemur: etiamſi quædam huiuſcemodi authorum fragmenta legere poſſimus.

Secundum, tempus vetuſtum dici poteſt, an-

norum pænè centum qui inter Liuium illum & Marcum Tullium fluxerunt. Vixerunt hac ætate, Plautus, Cato, Terentius, Lucretius, horriduli illi. Multi præterea quorum opera perierunt. Ennius, Næuius, Cæcilius, Pacuuius, Actius & oratores plurimi, quos in Bruto commemorat Marcus Cicero. Nec adhuc quidem perfecta eſt imago quam volumus eloquentiæ.

Sequitur tertio loco Ciceronis ætas florentiſſima. Quæ tabellæ huic manum appoſuit vltimam. In ea principes Cicero & Cæſar, habiti; Laudati Varro & Saluſtius, Titus Liuius in ſuo genere viſus excellere. His adnumeratur Cornelius Celſus medicus. In Poëtis verò heroicus Vergilius; Elegiacus, Ouidius; Lyricus, Horatius. Quin etiam Vergilius linguæ latinæ columen vocatur à Seruio: & Cicero, cum iam ſenex in huius adoleſcentis opuſculū incidiſſet, de illo ſic fertur auguraſſe: Magnæ ſpes altera Romæ. Ciceronis æqualium habentur epiſtolæ vt Cecinnæ, Pollionis, Cælij, Planci, Pompei, Marci Bruti, Lucii Lucei, Marcelli, Dolabellæ, Sulpitij ex quibus coniici poteſt, quam illud ſeculum ferax oratorū fuerit. Hiſce temporibus eruditiſſimis cum ſuos coæuos longè poſt ſe reliquit M. Cicero, qui cæterorum næuos cauerit, & beata quadam vbertate ingenij omnes ex ſeſe facundiæ virtutes extulerit, quis non huius vnius in dicēdo ſimilis eſſe cupiat? Huius (inquam) vni-

us qui formam & Ideam quam expetimus artificis præſtantiſſimi, ſic ad amuſſim effinxerit, vt Fabio teſte, non iam hominis hoc nomen, ſed Eloquentiæ videatur. Cæteris quos antea nominaui, qui hac tempeſtate viguerunt, quantum ſit tribuendum, Ciceronis lectio diligens & obſeruatio docebit. hunc enim ſolum, diſcentes, intuebimur. Cæſar in hiſtoria terſus ac purus vtpote qui vocabulum inſolens tanquam ſcopulum fugiſſe dicatur. Saluſtius breuis & aſtrictus, ſed peruerſus frequenter & mutilus in ſententiis. Titū Liuium eloquentiæ lacteo fonte manaſſe teſtatur Hieronymus, idque verum eſt in ſuo quem ſecutus eſt modo. Varronis reliquiæ quædam de re ruſtica, & de latina lingua leguntur, ſatis vtiles. Poëtis, in alio imitādi genere vtemur. Audaci⁹ quidē certè ab omnibus, qui tum extiterant, voces & locutiones noſtro delectu, arbitrioque mutuabimur. Nam his extinctis, illa ſermonis probitas & ſanctitas quaſi pollui cœpta eſt. Succeſſit enim Quartum tempus ab Auguſti Cæſaris interitu ad ante annos plus minus octuaginta. Quo ſæculorum decurſu, vt Poëtas taceam, oratores, hiſtorici, grammatici celebres, Columella, Valerius, Plini⁹, Suetonius, Quintilianus, Cornelius Tacitus, Quintus Curtius, Aſconius Pædianus, Aulus Gellius, Macrobius, Donatus, Seruius, Priſcianus, ab illo nitore Ciceroniani ſæculi plurimum degenerarūt, idque Fabius ingenuè

gentile confitetur, Dicendi, inquit, mutauimus genus, & vltra nobis quam oportebat indulſimus. Illuſtres hinc fuêre noſtri Patres Eccleſiæ ſanctæ lumina, Cyprianus, Lactantius, Auguſtinus qui iuuenes Rhetoricam docuerant. Itéque Hieronymus, Ambroſius, Fulgentius, Sulpitius & Arnobius Rhetores, Vincentius Lyrinenſis, Leo & Gregorius Magni, Bernardus, Chryſologus, Damianus, omnes facũdia potẽtiſſimi, ſed ea quæ tum placuit. Poſt illos ferè dominantur ſcholæ, neglecta latinitas eſt, præterquam in paucis qui hæc ſtudia coluerunt. Franciſcus Petrarcha, Iuſtinianus Venetus, Pius ſecundus, Platina, Trapezuntius, alii. ducentis illis (tot enim fuerunt) añis tantum ſuccreuit licentiæ, vt ſuo quiſque arbitratu, verba crearet noua. Itaque etiam illos qui erudiebant iuuentutem, non puduit vocabularia, quæ appellant, cudere referta verbis ſordidiſſimis. Neque de arte Epiſtolandi, accentuandi, Diphthõgandi, punctuandi ſcribere. Ita iacuit linguarum decus, graues tamẽ & profundæ magisq; neceſſariæ ſciẽtiæ regnarunt, Theologorum & Philoſophorum. Labentibus autem bonis literis oportune ſuccurrit eximius ille pontifex Nicolaus quintus qui annis ab hinc centum & triginta Vaticanam inſtruxit Bibliothecam, magniſque ſtipendiis doctiſſimos profeſſores ad hæc ſtudia reſtaurãda collegit. Laborauit inter primos inſignis grammaticus

maticus Laurentius Valla qui tum claruit, cuius elegantiæ ſunt in precio. Hæc initia nouiſſimum iſtud ſeculum eloquentiæ peperere, quod mihi videtur quinto loco ab Iñocētii octaui Pōtificatu ad noſtra tempora deducendum. Extitere tum potiſſimi cultores linguarum Ioannes Picus Mirãdulæ princeps, Hermolaus Barbarus Aquileienſis patriarcha deſignatus, Angelus Policianus familiæ Mediceæ alumnus, Bartholomæus Schala eques Florentinus, Marcus Antonius Sabellicus nobilis hiſtoriographus, Aldus Manutius Pauli pater, Pomponius Lætus, Philippus Beroaldus, Georgius Merula, atque Itali multi, qui ad priſtinam Romani ſermonis gloriam ſtudioſorum animos erexerunt. Secuti ſunt Hadrianus Cardinalis, qui libellum edidit de modis latinè loquendi valde vtilem, & Leo decimus Angeli policiani diſcipulus elegantium literarum amantiſſimus ipſe quoque eleganter doctus. Sub hoc pontifice Ciceroniana valuit eloquentia, nam illi priores nondum eò condeſcēderant. Dehinc vero celebrati Petrus Bēbus, Iacobus Sadoletus, Reginaldus Pol⁹ Cardinalis, Chriſtop. Longolius, Hieronymus Oſorius Siluenſis Epiſcopus, Ioachimus Perionius, Petrus Fontidonius, Paulus Aldi, Aldus Pauli filius, Manutij. Et vt Theologi ſatis etiam accuratè Ciceronem imitati Cardinalis Hoſius & Melchior Canus Varmienſis & Canarienſis Epi-

ſcopi

ſcopi. Hos & horum ſimiles qui Tullium præ ſe ferunt, vna cum ipſo poterimus conſectari. Hi perficient ταύτην τὴν γϱάμμην, quam in oratore ſolum poſtulo. Non quin & eos quos ante Leonem poſui & cõplures alios, vt Morum martyrẽ, vt Budæum vindicem Græcæ linguæ, vt Paulum Iouium excellentem hiſtoricum, vt Albertum pium, Carporũ principem, vt Cochleum qui Lutherum oppugnauit, itemque cæteros, qui noſtra patrumq; memoria ꝓdierunt genusque diuerſum eloquentiæ ſunt complexi vehementer laudẽ & admirer, ſed quòd imitandi ratione ſimpliciter eorum inſtitutum probem qui alios vt dixi lectitant; vnicum vero Ciceronem, ita verſant ac terunt perpetuo, vt eum veriſſime conentur exprimere, præterea neminem. Hanc enim viam ad emendate ſcribendum & dicendum cum minimè dubiam, tum maximè compendiariam eſſe iudico.

QVID

QVID SIT IMITARI CICERONEM.

Caput. IIII.

NOn diffiteor inter eos qui Ciceroniani dici volunt, quoſdam eſſe qui ridiculo ineptóque labore,ſic ipſum, velut hominem ſimioli, non quod naturale eſt, velut filij Patrem referant. Nam & pagellas expilant manifeſtè, & verba capiunt importunè & vim faciunt ſententiæ & deformem ſeruiunt ſeruitutẽ. Itaque recte præcipiunt,qui iubent,ſi placuerit eius inuentio, veſtire verbis tuis, id eſt aliis: Si verba; libentibus illis vti, non recuſantibus. Sunt enim qui ſenſa vocibus ligent, nactíque phraſes pulchras & plauſibiles,rem quàmlibet in eas,tanquam in vincula coniiciunt. Contra factum oportuit, nam de re primum, pòſt de vocabulis cogitandum. Aliud quoq; mandant,non inutile, ſed nõ in perpetuum,ſcribis epiſtolam, delige Ciceronis vnam in eo genere quã ſequaris. Peroras vel diſſeris aliquid,quære in illius operibus exẽplar, quod inſpicias ſemper;caue ne tu te prodas, vel vt inopem vel vt captiuum. Tertium hoc ſit quod quia ſeptem antea librorum præceptionibus explicaui,curſim tantummodò notabo:Cõtemplabimur in egregio corpore lineamenta, venas,cutem,colorem, partes & virtutes ſingulas,

las quàm illud ſolidum & ſucci plenum, quàm formoſum quàm ſubactum, quàm illuminatum quàm varium, & concinnum appareat. Illius exordia ſtatim conciliant animos; narrationes ſuſpendunt, Contentiones expugnant, motus poſſident, exempla, loci communes, amplificationes, omnis varietas artis, & orationis copia mirifice delectant. Sic ille grandis eſt vt non turgiat; ſic humilis, vt non vileſcat; ſic medius & venuſtus, vt nullas vnquam acceſſat ineptias. hæc dum amabimus & ſequemur, ſtudioſè vitabimus κακοζηλίαν. Quartum enucleatius proponam, quoniam in hoc negotio, non minimam ſibi partem vendicat.

QVOMODO IN VERBIS SIT IMITANDVS CICERO.

Caput. V.

VErbum recipio nullum quod non ille recepiſſet: multa autem admitto quæ ille non protulerit, prolaturus ſine dubio, ſi tuliſſet occaſio. An ego dubitem, qui vir grauis & ſapiens, pertractans philoſophica, voces conuenientes fecerit, idque vt augeret linguam latinam, ſicut ipſe affirmat; idem ſi de agricultura fuſus diſputaſſet, plurima dixiſſet cum Varrone, Catone, Columella, præſertim cum in vno libello de ſenectute, & occatum & occatio, & ariſtæ, & aci-

nus vinaceus, & repaſtinatio, & conſitio & pomaria leguntur, alibi apud hunc nuſquam. Quid qui ſemel de legibus, virgeta nominauit, ſemel ad Q. Fratrem ſiluam viridicatam, ſemel de fato, mulieroſum, ſemel in Tuſculanis, multiplicabilem; ſemel in Paradoxis, mutilum; ſemel in Epiſtolis ſportellas & artolaganos; ſemel ad Atticum dieticulã; ſemel de vniuerſitate, diuiduum; ſemel in Verrem, diuaricari; ſemel de natura deorum viticulas: ille non eiuſdem generis alia prodidiſſet, ſi vel ſæpius vel copioſius talia diſſeruiſſet? Quid ſi recuperari poſſent ipſius volumina de Republica quæ exciderunt, an non ſuppeditarent bona vocabula, quæ tamen nullus adhuc Nizolius in reliquo Cicerone viderit, cuius rei coniecturam ex eo capio, quod in ſomnio Scipionis & extimum globum, & ſtelliferũ cœlum & immobilem terram, & lunarem curſum reperio, quæ non reperiſſem niſi hoc fragmentum ex illius ſexto de Rep. libro ſupereſſet. Nõ igitur linguam Ciceronis quæ multa reticuit, non fortunam temporum, quæ multa perdidit, ſed Ciceronem ipſum facio cenſorem & iudicem dictionum, ſic loquar vt ipſe loquebatur & paratus erat loqui. Militiæ verba quæ in illo deſidero, ſumam de Vegetio, Agriculturæ, de Varrone & Catone, Architecturæ, de Vitruuio; Medicinæ, de Celſo; philoſophiæ de ſcholis, ſed ita ſumam, vt imitationi quam vrgeo nihil incommo-

commodem. Neque enim ſi reliquus ſermo ſui ſimilis fuerit, vocabula quædam adſcita, & perſperſa rarius, quæ vel neceſſitas peperit, vel vſus emollit, figuram vniuerſam corrumpere ac deprauare poterunt. Sed ne quis hanc libertatem vertat in audaciam, duo præſcribo. Primum vt quo ad eius fieri poſſit, Cicero totus exquiſitiſſime referatur & exprimatur. Secundum vt extra Ciceronē nihil aſſumatur quod non ingens vtilitas neceſſitaſuè flagitent, vtilitatem interpretor, cum vim, lucem, pondus, ſecuritatem apportet vna dictio, qua repudiata, vel obſcuritas, vel error, vel offenſio non modica bonorum hominum iure timeri debeat. Nempe, apud Ciceronem perpeſſio non paſſio inuenitur: num propterea Chriſtiani, non audebimus Chriſti paſſionem totidem literis & ſyllabis enunciare? Per me quidem potius in Tyberim omnia Ciceronis opera proiiciantur, quam huius vnius dictiunculæ iactura fiat. Quare? Sic enim increbuit iam ſignificatio rei ſanctiſſimæ & maximæ, vt non ſit tutum abolere. Idem exiſtimo de Pœnitentia quæ fortius & valentius Eccleſiæ Catholicæ ſenſum loquitur, quam reſipiſcentia quæ mihi videtur non ſolum re infirmior ſed ſono etiam durior. Iam vero quis neſciat Sacramentum apud illos Ethnicos non idem ſignificaſſe quod hodie apud Chriſtianos? Aut vetus nouumque teſtamentum ex talium autho-

rum ſententia pro ſacris bibliis accipi non poſſe? Quid ergo? nomen antiquabimus? Conſenſio fidelium,& verbi religio vetat. Aliquid *etiam* copiæ largiemur, ſed magna cum cautione & *in* vocibus admodum luculentis, quæ licet nihilo plus efficacitatis aut commoditatis afferant tamen ſi dignæ videantur Ciceronis auribus,locupletandi ſermonis gratia,iuuant, vt gracilis pro tenui,ſtrigoſo, ſubtili,exili, exiguo cur damnetur? Cicero non habet. gracilitatem habet quæ proxima eſt.at gracilitudinem & gracilentum, nolim quæ nihil vtilitatis, multum inſolentiæ ſecum ferunt.Sed quoniam ad Ciceronis mentem in hoc delectu prouocauimus, quid ille ſenſerit eliciam' ex eo quod fecerit libro 2.de diuin. Soritem,inquit,ſi neceſſe ſit, latino verbo liceat Acerualem appellare: ſed nihil opus: Vt enim ipſa philoſophia & multa verba Græcorum, ſic Σωρείτης ſatis latino ſermone tritus eſt. Ecce cum res poſtularet, finxit vocabulum, quanto magis vteretur iam factis, non à quolibet audaculo & imperito,ſed ab idoneis & diſertis; neq; ſemper,ſed verecundè,nec vbique, ſed loco ſuo. Hæc ſi tribuimus commoditati, inopiæ certè & neceſſitati pluſculum dabimus. Vt Fibula Cæſaris eſt,lib. 4. de Bello Gallico; Ciceronis non eſt,qui tamen in Bruto dat eidem Cæſari de puro & incorrupto ſermone honorificum & liberale teſtimonium. Acetum frigorificum, dixit

Gellius.

Gellius. Alterum rectum eſt, alterum ineptum, neutrum Ciceronis, illud amplectimur, hoc reiicimus. Cum ergo deeſt vocabulum rei quotidianæ, vel ſatis vſitatæ, quam circumloqui moleſtum ſit, quis non concedat aliunde ex laudatiſſimis authoribus eſſe petendum? vt ſunt abſtemius, accipiter, accentus, abolitus, & ſimilia quæ quidem inſerta, nihil officiunt imitanti, imo pauciſſimis exceptis, eadem nihilo ſecius manebit phraſis, compoſitio, & figura ſtyli ſemper eadem.

DE PHRASI ET COMPOSITIONE TVLLIANA.

Caput VI.

Omnino ſeruanda eſt vnius locutio Ciceronis, nec vlla ſocietate ſcriptoris alterius, vel idiomatis contaminanda. Labemur autem facile in multis, niſi hanc legem ſanctè cuſtodierimus. Vulgus enim non ita diceret: propius abſum, contra rem meam venit, abdo me in Bibliothecam, moueor inſolentia loci, quantum honoribus mandatum voluiſtis, allegat illis homines nobiles, tua prædia ſibi depactus eſt. In hac tanta puritate & elegantia quam lucidus q̃ planus eſt Marcus Cicero! Vtitur etiam peculiari quadam cum gratia, certis particulis, vt à mẽdacio ſtare, à nobis eſt, mecum facit, vnus de

illis, de amicorum ſententia, in ante Calendas, pro templis, ad vrbem pugnatum eſt, cum tum, qui tum, vero, planè, ſanè, quippe. Connectit etiam mirifica diligentia & varietate clauſulas atque periodos, vt ſiquidem, neque enim niſi fortè, ſed quamobrem, reliqua verò, an eſt quiſquã, quod ſi, cur igitur, atqui, mihi vero, at enim, perinde quaſi, quonam igitur pacto, an vero, quid? itaque, quæ cum ita ſint: quid quod: huc accedit, ad illa venio, ad alia feſtinat oratio, & huius generis ſexcentæ minutiæ inter legendum minimè contemnendæ. Denique accuratiſſimus eſt in numeris, quorum quanta ſit habenda ratio docuimus initio lib. 7. cum de pedibus & periodis non pauca traderemus. Illud moneo, ne quis huic parti ſatisfactum putet, ſi quales ſe nouiſſe teſtatur Fabius, in fine poſuerit: eſſe videatur. Plus iſta res & aſſiduitatis, & induſtriæ poſtulat. Quare vt opus expediam, concludo paucis, cum ſit vnum in quoque genere perfectiſſimum, quod, ſi non ſenſu, mente tamen comprehẽditur; v nam ſpeciem quoq; & idæam cœleſtis eloquentiæ, quam ſequamur, à nobis eſſe contemplandam, ad eam Cicero ſine controuerſia proximus acceſſit, huius ergo maximè ingeniũ, vim, motus, acumen, ordinem, æmulabimur. Alios interim, non excludemus, quia beneficij ſatis, nihil apportant periculi. At in apparatu ſermonis vniuerſo, in verbis, in phraſibus, orna-

ornamentis,numeris, ſolius Marci Tullij ſimiles eſſe cupiemus. Nam & ſi neceſſarias aliundè voculas raro mutuabimur,nihilo tamen ſequius hũc ſolum,ſi volumus in ſtylo referemus. Quod cum faciemus, non homini donum hoc ſed præpotenti DEO qui fons eſt omnis ſcientiæ referemus acceptũ, multoque religioſius CHRISTVM in vita, quam Ciceronem in lingua imitari conabimur. Laus DEO & B. Mariæ.

Calendis Februarij Anni, 1578. finiuit Reuerendus & ſanctiſſimus vir EDMVNDVS CAMPIANVS, tum tẽporis adhuc Magiſter, poſtmodum preſbyter Pragæ, iam vero ſanctiſſimus & conſtantiſſimus Angliæ Martyr, &c. ora pro me. DeſcripſitSelenderus 1586. in Vig. D. Thomæ.

Memoria iuuatur collectione animi, confidentia, & præſentia mentis, exercitatione, ordine, ſobrietate, & gubernatione valetudinis. Læditur vero morbo, timore, confuſione, frigore, humore, crapula.

FINIS.

[illegible] Google